BIBLIOTEKA E SHTET
SHKODER
Nr 7311

N 15
633 R9

M. ANTONII SABELLICI HISTORIÆ RERUM VENETARUM

Ab Urbe Condita

PARS ALTERA.

BIBLIOTEKA
SHKODER
NR. INV.

BIBLIOTEKA PUBLIKE
"MARIN BARLETI"
SHKODER (2018)

IN LIBRUM PRIMUM

EPITOMA.

GAusæ ſecundi belli Gallici primo loco referuntur: Nicolaus cognomento Stella, Guiniſii Lucenſis opes improviſo bello fregit: Foſcarus Princeps ab Andrea Contareno violatus eſt: Franciſcus Sforcia in Hetruriam tranſiit, Lucenſibuſque libertatem reſtituit: Nicolaus Picininus & ipſe adverſus Florentinos in Hetruriam erupit: Philippus ſpem futuræ affinitatis Sforciæ prætendit: Theſſalonica in Thermaico ſinu a Turcis capta eſt: Suburbanæ aquæ alta glacie concretæ plauſtris ſunt perviæ factæ: Florentini de Piſis retinendis vehementer laborare cœperunt: Bellum circa Cremonam cum Philippo eſt renovatum: Veneta claſſis Padanis aquis profligata eſt: Genuenſes in Rapallitano ſinu a Venetis ingenti ſunt prælio victi: Lauretanus rem Eccleſiæ ad Urbem Veterem juvit: Philippus cum Carmaniola ad Summam congreſſus, æquo marte dimicavit: Cremona pene capta eſt: Picininus Liguſticam oram multis cladibus afflixit: Monferratenſem Principem, Venetorum ſocium, principatu dejecit: Chius inſula aliquandiu fruſtra eſt a Venetis oppugnata: Carmaniolæ fides apud Patres ſuſpecta eſſe cœpit: Carmaniola perfidiæ convictus, ſecuri eſt percuſſus: Venetus in Camonica Valle parum proſpere pugnavit: Pax cum Philippo ſecuta eſt.

M. AN-



M. ANTONII SABELLICI, RERUM VENETARUM AB URBE CONDITA, DECADIS TERTIÆ,

LIBER I.

PErſuaſum mihi fuit ab initio operis res 1430
Venetas, quas ab Urbe condita ſcribere
ſum orſus, hoc quem abſolvimus libro-
rum numero poſſe a me facile comple-
cti. Sed ſive illorum brevitas fecerit,
qua conſulto ſum uſus, ne ſi legitimam
magnitudinem implerent, prius lector
eos faſtidire, quam legere cœpiſſet, ſive potius id acci-
derit nobis, quod & multis, qui non prius, quantum ne-
gocii adierint reſpiciunt, quam præcipua laboris parte ſint
defuncti: ecce viceſimum librum operis ad calcem per-

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1430 duxi, qui lucubrationis hujus ſupremus eſſe debuerat, nec tamen ad exitum noſtra ſpectare cœpit hiſtoria; quin tot & tanta adhuc dicenda reſtant, ut tertiam laboris hujus partem ſcribenti mihi adhuc ſupereſſe intelligam. Verum quantuſcunque ille labor fuerit, eo ſane jucundior erit, quo cætera quæ deinceps ſequuntur, ob rerum amplitudinem plus gratiæ, quam illa, quæ ad hunc locum ſcripſimus, ſunt omnino habitura. Quieſcebat igitur non ſolum Gallia, ſed (quod multis ante ætatibus raro contigerat) tota etiam Italia: quum ocium illud Bononienſium a Martino Pontifice turbare cœpit defectio. Nec multo poſt & bellum inter Venetos & Philippum renatum: cujus cauſa, ne unde orta ſit, minus quandoque intelligatur, aliquanto eſt altius repetenda. Poſt pacem Vicecomiti redditam, fines Cremonenſis agri, qui Veneto fuerat jam antea adjudicatus, aſſiduæ diſceptationis cauſam & quaſi futuri belli fomitem præbuere: cujus rei cognoſcendæ etſi Æſtenſis Marchio hinc inde arbiter ab initio erat dictus, renovandi tamen belli cauſa quædam & occaſio videri potuit. Cæterum æſtate illa, quæ proxime pacem ſecuta eſt, cœpit Philippus Fliſcos & Fregoſios, Genuenſes extorres, acri bello vexare, quos in Florentinorum partibus cenſeri, dum de pace ageretur, non fuerat paſſus, ſed pollicitus erat, eos ſe in amicorum numero habiturum. Multas illis arces & oppida ademit, Genuenſibus primo, inde Picinino cum valido exercitu in eos movere juſſis. Sed hæ quanquam non exiguæ, omnino tamen leves cauſæ viſæ, quibus ad arma tam temere recurri oporteret: alia quidem major, & unde vix aliquis expectaſſet, futuro bello orta eſt materia. Paulus ex Guiniſia gente, Lucenſis, jam triceſimo ante anno injecto ſuis civibus freno, tyrannum ſe Lucenſium conſtituerat: atque ita interim rei ſummam ſuo nomine adminiſtrarat, quod in multis magniſque bellorum procellis, quibus tota Italia per id tempus agitata eſt, nunquam adduci potuit, ut cujuſquam arma aut fœdera ſequeretur. Offenderat id non mediocriter Florentinorum animos, qui ſuorum temporum novitate nihil ab eo, ut

Cauſa belli Gallici.

vici-

vicino, fuiſſent adjuti. Odiſſe itaque omnes publice & 1430
privatim Guiniſium nomen, perpetuamque illi fœlicitatem invidere. Poſitis igitur cum Philippo armis, quærebant inter ſe principes civitatis, quo pacto illum aliquo novo implicarent bello. Nec interim deerat cauſa, qua jure in eum res novas moliri viderentur. Ladislaus ejus filius, quum Florentinorum ſtipendia faceret, eorum injuſſu, quod minime factum voluiſſent, Martino Pontifici Bononienſi tumultu militarat. Sed populus longo bello feſſus nihil minus libenter, quam arma reſpiciebat. Principes vero, qui tyranni opes inviſas habebant, imprimiſque Coſmiana factio, quia aperto bello agere non licebat, occultiorem viam ingreſſi, Nicolaum, Brachii ductoris ſummi ex Stella ſorore nepotem, qui adhuc pene adoleſcens Florentinorum ſtipendia faciebat, clandeſtine ſubornant, ut publice exauctoratus diceret, avunculi veſtigia ſecutus, velle ſuis auſpiciis militare: tum in Lucenſem agrum impetum faceret: monſtrare ad hæc illi cauſam, cur jure videri poſſet id facere. Totam Hetruriam ſcire, Guiniſium Brachii olim tributarium factum: hæreditario jure repetere ſe a tyranno tributum, quod poſt illius mortem nulli reddidiſſet. Nec audax juvenis abnuit factum: ſed publice dimiſſus, ad duo hominum millia brevi contraxit, ſubſtititque in Florentinorum finibus, quaſi mox inde longiſſime abiturus: eratque interim motus ille magis Senenſibus quam Lucenſibus ſuſpectus. Impiger dux prima noctis vigilia ex ſtativis citato agmine profectus, poſtridie tertia diei hora in Lucenſem agrum tumultuoſe erupit, ubi omnia incauta adeptus, ingentem vim hominum pecorumque in prædam egit. Habuit biduum in Lucenſi planitie caſtra, quo tempore omnia incendio, rapina, fœdaque populatione complevit. Converſus inde ad oppidorum oppugnationem, paucis diebus octo Guiniſio caſtella ademit: vi capta diripuit victor; quæ voluntariam fecere deditionem, violari non eſt paſſus. Ad famam novi belli multi mortales ſpe prædæ adducti, paucis diebus in Brachiana caſtra confluxere. Tyrannus Lucenſeſque ſubito

Nicolaus cognomento Stella Guiniſii Lucenſis opes improviſo bello fregit.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1430 bito malo consternati, incerti primo unde subita illa tempestas sibi effusa esset, omnia timere. Ubi vero quis esset, cognitum est, apparuitque, Florentinorum eam esse artem, tradita Guinisiis juvenibus urbis custodia, Florentiam primo oratores mittunt, qui præsentem injuriam tanquam ab eis profectam quererentur. Florentini, velut eorum quæ facta essent omnino ignari, calumniam constanti inficiatione discutere. Miserunt & ad Venetos de sociorum injuria questum, noviſſime vero ad Philippum & Senenses: quos ut opem rebus suis indigne afflictis ferrent, vehementer orabant. Florentini interim perpetuos Brachiani juvenis successus videntes, rati brevi fore, ut Lucam tot malis concussam suo imperio adjungerent, si id bellum transigendum suscepissent, publico decreto in castra ad Nicolaum mittunt, qui per se tantum exercitum jam alere non poterat, ut Florentinorum nomine inchoatum bellum fortiter exequeretur: paratos esse se militem, commeatum, supplementa, pecunias, & brevi omnia, quæ ad bellum essent necessaria, ei abunde ministrare: pergeret ipse modo eo animo, quo cœpisset, bellum ad finem perducere, unde ingentem gratiam, nomenque esset indelebile laturus: cæterarum rerum curam penes Florentinum populum fore, dicere.

Senenses & ipsi interim veriti, ne, Luca vicinis armis subacta, in libertatem suam tempestas illa grassaretur, ad Venetos suo nomine miserunt, ut Florentinos, communes socios, gravi aliqua denunciatione, si alia ratione non possent, ab armis revocarent. Accidit forte, ut per id tempus, quo Senensium legati hac de causa Venetias venere, sanctissimus civitatis magistratus unius sit violatus amentia. Andreas Contarenus, patricia alioquin familia natus, qui, quum ob adversam valetudinem parum sibi constare credebatur, Hadriatici sinus præfecturam petebat; accidit, ut is post repulsam in Comitiis habitam, in adolescentes quosdam inciderit, qui omnem repulsæ culpam per jocum in Principem rejicientes, affirmare auderent nullam homini, Foscaro incolumi, reliquam fore obti-

Foscarus Princeps ab Andrea Contareno violatus.

obtinendæ dignitatis spem. Is ira & dolore, duobus acer- 1430
rimis stimulis, in apertum furorem evectus, Ducem in Auream ædem sacrorum hora descendentem, per secretioris colloquii speciem, mediis scalarum gradibus aggreditur: cedentibus, qui proximi steterant, ut ad aurem commodius admitteretur, exerit repente ille cupressum pugionem, quem sub pallio occultum habebat: jugulasset que continuo senem, nisi Senensium legatorum alter, qui proximo loco steterat, arrepto illius brachio, in faciem circa nasum vulnus detorsisset. Continuo Patrum apparitorumque turba cruentatum Ducem reumque uno tempore circumsistunt: hunc protegunt, illum fugam molientem, ad supplicium retrahunt: retractus, eodem loco dextera truncatur, cum qua ad collum suspensa, ex superiore parte curiæ, vel, ut alii dicunt, ad geminas columnas laqueo necatus est. Consternata atroci casu Republica, responsum pene tumultuarium legatis datur: Cupere Venetos libertatem Senensibus incolumem omni tempore manere: sed ad se non attinere, quid rei Florentino populo cum Senensibus sit, velle cognoscere, quos utique ille in omnibus fœderibus sibi socios & ascribi & censeri voluerit. Cum his Senensium legati dimissi. Florentini interim gravi bello Lucam premere. Tum demum Senenses & Guinisius ad Philippum & Genuenses misere. Ille Florentinorum arte usus, Franciscum Sforciam subornat, ut, missione a se impetrata, cum quantis posset copiis in Hetruriam ad Lucam bello levandam transiret. Is quoque & ferox & gloriæ cupidus, non multo post superatis Alpibus, cum validissimo exercitu ad Lucam consedit. Sub ejus adventum Stella, ne circa urbis mœnia cum Sforcianis & Guinisiis uno tempore pugnare cogeretur, avunculi exemplo deterritus, quem Aquilana obsidione eo pugnæ genere oppressum non ignorabat, sublatis repente signis, in Pisanos se fines recepit, rem tantisper dilaturus, dum Sforciani rerum inopia Lucensi agro discederent: quibus abeuntibus, certus erat, tam diu obsidionem continuare, donec ut tyrannum, aut

Franciscus Sforcia in Hetruriam transit, Lucensibusque libertatem restituit.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1430 aut eo invito, cives ad deditionem compulisset. Sforcia, expugnatis sub primum adventum hostium præsidiis, quæ circa portas urbis illi ab initio communiverant, Lucam quasi ovans est ingressus, ubi mutua gratulatione a Guinisio acceptus non diu apud eum desedit: sed in Pistoriensem agrum transgressus, aliquot oppida paucis diebus expugnavit. Guinisius præsentis belli eventum secum reputans, ratus ea auxilia, quibus in præsentia uteretur, nequaquam sibi diuturna fore, nec, si perpetua essent, ea tamen videri, quibus præsentis belli onere omnino levari posset, atque iccirco futurum omnino, ut vellet nollet, ad deditionem quandoque faciendam cogeretur; cæterum non ignarus, se longe meliore conditione tunc, quum res suæ aliquanto tutiore loco essent, pacem, quam postea tentaturum; cum Florentinis de ea clandestine agere cœpit; communicatoque domesticis consilio, factum est, ut eorum indicio quibus res credita erat, quæ Guinisius moveret, continuo Sforcia resciverit: qui, Philippo auctore prius facto, tyrannum & liberos in suam potestatem redactos Mediolanum misit, preciosissimam ejus supellectilem suis diripiendam dedit, Lucensibusque in antiquam libertatem restitutis, urbem valido firmavit præsidio. Eum abeuntem cives ampliſſimis donaverunt muneribus: Florentini quoque non modico & ipsi viatico sunt prosecuti, triginta aureorum nummum millibus ob pacem sibi nuper redditam datis. Hetruriæ rebus in hunc modum compositis, ipse opibus & fama, certissimis ad majores rerum successus gradibus, auctus, deductis ex Hetruria copiis, in Galliam decessit.

Eo decedente, Florentini nova obsidione Lucenses premere sunt adorti. Ad quos præsenti periculo levandos Philippus parum diversa a priore illa ingressus via, Nicolaum Picininum Genuensium nomine (in quorum fidem Lucenses venisse dicebantur) ad Florentinorum conatus evertendos misit: qui cum ingentibus copiis magnoque tumultu in Hetruriam erupit. Audita Picinini in Florentinos expeditione, Veneti, etsi nullis Florentinorum

Nicolaus Picininus & ipse adversus Florentinos in Hetruriam erumpit.

rum adhortationibus antea adduci potuerunt, ut Lucen- 1430
sis belli causa arma induerent, periculi, quod sociis ex ea re imminebat, admoniti, ad Philippum miserunt, qui dicerent: mirari se, Genuenses, qui alieni juris essent, tam validum exercitum adversus Florentinos comparasse. Quanquam nemo ignoraret Picininum, & qui cum eo in Hetruriam transiverat, Lavellanum, jam pridem non Genuensium, sed Philippi stipendia facere. Aut proinde standum esse fœderibus, dicere, nec alterius partis sociis insidiandum; aut, si in animo habeat, Genuensium ministerio Lucensibus opitulari, ne gravaretur, si deinceps & Veneti Florentinos socios auxiliaribus copiis juvare cœpissent. Demum in ejus arbitrio esse, vellet nec ne, pacem quam cum Veneto sanxisset, inviolatam manere. Nam quod ad se attineret, tam diu fœdera se rata habituros polliceri, quoad sociorum res per Philippum & alios ocio florere vidissent. Quod quum longe aliter evenire cernerent, aut si vellet, absisteret Philippus in socios res novas moliri; aut si pergat Florentinum nomen lacessere, sciret Venetos pro eorum salute jam dudum ad arma & bellum spectare. Secundum hanc denunciationem, etsi nihil certi ab eo legati domum retulere, haud tamen placuit, tam cito arma capere. Interim Picininus ingenti prælio Florentinos ad Auserim vicerat. Quod ubi Venetias perlatum est, tum Patres haud ultra differendum rati, bellum decernunt; & ut Franciscum Sforciam, post Lucensem illam expeditionem in Mirandulanis se finibus tenentem, ad suum traherent stipendium, sedulo dant operam. Florentini quoque eum sibi jungere studio quærebant: ad quos ille ob paternam amicitiam magis inclinabat. Sed quum ea resciviſſet Philippus, ut aliquo arctiore vinculo ferociſſimum juvenem sibi devinciret, unicam filiam, Blancam nomine, in matrimonium ei se daturum pollicetur; facit ad hæc illi spem, si nullam deinceps masculam stirpem tulisset, fore ut eum in totus principatus successorem institueret. Ex Montani commentariis didicimus, ob copiarum imperium Picinino demandatum, veritum

Philippus Sforciæ filiam offert & successionem.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1430 tum Philippum ne Sforcia (quia æmulum ſibi prælatum videret) a ſe alienaretur, ſpem illi affinitatis feciſſe.

Diſtulit aliquantiſper bellum, ad quod utrinque jam animi ſpectabant, Martini Pontificis interitus, hi atque illi conducibilius rati, priuſquam arma caperentur, expe-
1431 ctare qualem eſſent Pontificem habituri. Gabriel Condulmarius, patria Venetus, qui Eugenius ex Pontificatu nominari voluit, in demortui locum ſuffectus eſt. Is etſi per Legatos ab initio ſuæ creationis populos ac Duces monuit, ne quid temere moverent, profeſſus velle ſe utrorumque cauſam cognoſcere, pacemque, ſublatis e medio armis, componere; nihilominus ob patriam ſuſpectus Philippo eſſe cœpit: atque ob id occulte primo, mox vero palam in eum res novas moliri adortus, non prius deſtitit omnia turbare, quam domeſtico eum bello, Columnenſi factione Romæ ſubornata, implicuit. Tum Veneti, quum appareret Philippum non modo in Pontificis poteſtate non futurum, ſed aperte etiam in eum bellum meditari, quarto menſe ab Eugenii creatione, renovato cum Florentinis fœdere, ei bellum indicunt. Juvant ad hæc pecunia Monferratenſem & Palvicinos in nova fœdera acceptos. Decernitur præterea claſſis ingens, quæ Pado flumine hoſti objiceretur. Carmaniola interim apud Novos Urceos ſtativa habebat, ad primam belli famam in hoſtem moturus: ei Philippus Tollentinatem, & Franciſcum Sforciam cum florentibus copiis objecit. Cremonæ, quo tota belli moles videbatur inclinatura, Lodovicum Columnam cum lectiſſima cohorte præfecerat: Monferratenſi modicis copiis munito Lavellanum oppoſuit. Dum hæc in Italia geruntur, primæ quædam ſcintillæ laborioſiſſimi belli, quod Veneti poſt aliquot annos cum Mahometho Othomanno, potentiſſimo Turcorum Rege, terra marique laborioſiſſime geſſerunt ad Theſſalonicam Macedoniæ oppidum emicuerunt: eſt ea urbs in Thermaico-ſinu poſita, mira olim nobilitate inſignis, ætate noſtra ita infrequens, ut eam decem barbarorum millia expugnarint. Erat tum Venetorum locus, præerantque publicæ adminiſtrationi Jaco-

Jacobus Dandulus, & Andreas Donatus; quo media captæ urbis trepidatione elapſo, Dandulus in hoſtium poteſtatem venit. In urbe duplex nummus per id tempus percuſſus eſt: qui majoris fuit ponderis, octonis taxatus ſolidis, alter vero binis. Pons ad ædem Minorum tum quoque ex candido lapide conſtructus. Ita ſuburbanæ aquæ alta glacie concrevere, ut ex urbe Torcellum, Medoacum, & (quod omnino longius fuit) Clodiam uſque pedibus iretur. Proditum eſt memoriæ, ex Meſtra oppido ſponſam curru Venetias advectam, quod nullis ante ætatibus acciderat, ut id aquarum, quod inter urbem eſt & continentem, fuerit aliqua ratione plauſtris pervium. Poſt cladem in Hetruria ad Auſerim fluvium acceptam tentaſſent Florentini, reparato exercitu, Picinino abſente, Lucam denuo obſidere (ſeceſſerat ille poſt eam pugnam, ad Pontem Tremulum & alia Fliſcorum loca, quæ circa Alpes erant oppugnanda) niſi Bartholomæus Fornarius, Liguſticarum triremium quinque, duarumque onerariarum præfectus, Liburnium per eos dies inſediſſet. Quo motu veriti illi, ne aliqua Piſanorum ſequeretur defectio, partem copiarum ad præſidium urbis eo mittere ſunt coacti. Nec ita multo poſt Picininus affuit, qui mira celeritate omnia Piſani agri oppida, pauciſſimis exceptis, in ſuam poteſtatem redegit. Florentini, reliquis amiſſis, veriti ne & Piſæ quoque ab victore hoſte occuparentur, propoſito miſerabili edicto, ut priuſquam candela ardens abſumeretur, cives omnes a quintodecimo anno ad ſexageſimum urbe decederent, ſuſpectam civitatem multitudine exoneraverunt. Ex Piſano agro in Volaterranos hoſtis movit: fuitque expeditio illa nihilo Piſana deterior. Cæteris ademptis, Volaterræ quoque in diſcrimen veniſſent, niſi Michael Attendulus, quem Eugenius Pontifex Florentinus miſerat, oppidum maturo adventu protexiſſet. Hæc in Hetruria.

Mirari interim Philippus quid eſſet, quod Carmaniola, qui apud Urcios copias jam pridem inſtructas habere dicebatur, nihil ad eam diem moveret: veritus ne, velut priore bello, ab aliquo non expectato faciore quod inſta-

1431 *Theſſalonica a Turcis capta.*

Aquæ ſuburbanæ glacie altæ concretæ plauſtris perviæ factæ ſunt.

Florentini de Piſis retinendis vehementer laborant.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1431 ſtabat, auſpicaretur, circumſpicere res ſuas, atque in omnes partes intentus eſſe, ne qua in ſe occultiore via hoſtis graſſaretur. Et quum in id unum omnem curam intendiſſet, comperit factam eſſe Carmaniolæ ſpem Laudenſis arcis occupandæ. Proditione itaque matura celeritate oppreſſa, conſtituit Philippus experiri, an & ipſe hoſtis ſuis artibus capi poſſet. Cum Sonciniæ arcis præfecto occulte agit, ut ſpem Veneto Imperatori faceret, ſi certam ſecum pactus eſſet mercedem, fore ut munitiſſimum locum cum præſidio ei traderet. Ille conditionem non aſpernatus, grandem paciſcitur pecuniam, tempus conſtituit, quo cum copiis ſe adeſſe oporteret. Edoctus Philippus de his quæ acta erant, Sforciam & Tollentinatem, quam occultius poſſent, eo cum parte copiarum ire jubet, vias & loca omnia occupare, inſidiaſque Carmaniolæ venienti quam accuratiſſime ſtruere, ut cum omnibus qui illum ſecuti eſſent, ſi fieri poſſet, infeſtiſſimum hoſtem opprimerent. Affuit ad diem, uti convenerat, Carmaniola: ac præmiſſis, qui arcem occuparent, ipſe urbi propinquus, haud omnino proditori credens, cum reliquis copiis ſubſtitit. Jam qui præmiſſi erant, in partem arcis admiſſi, in hoſtium poteſtatem venerant: quum repente, ex ſumma turri clamore ſublato, præfectus, quam alta poteſt voce, ſignificat (Carmaniolam identidem appellans) *Se non Philippi proditorem eſſe, ſed hoſtis illuſorem*; ac cum his Sforcia & Tollentinas a tergo a fronte a lateribus ex inſidiis coorti, ingentem Veneto injiciunt terrorem. Senſit Carmaniola ſe ſuis artibus petitum: ſolutiſque repente ordinibus, quam maxima potuit celeritate e conſpectu hoſtium ſe proripuit. Percrebruit rumor, illum, mille & amplius equitibus amiſſis, Tollentinatis opera ſervatum. Nec multis interjectis diebus, quum Veneti in Cremonenſi ſtativa potius quam caſtra haberent, ſecuriuſque prædam late agerent, Lodovicus Columna, quem ad urbis præſidium miſſum diximus, palantes equites circa Padi ripam adortus aliquanto minoribus copiis, Venetum fudit fugavitque, trecentoſque ademit equites. Sed de hac ſecunda clade

Bellum circa Cremonam cum Philippo renovatum.

apud

apud quoſdam nihil reperio. Dum hæc in Gallia geruntur, gravi bello erat Hetruria implicita, & imprimis Florentinorum res, Picinino aſſiduis expeditionibus eas affligente. Siquidem poſt multa, quæ ille in Volaterranis geſſerat, in Arretinos movit, ac parum abfuit quin & Arretium proditione occuparit. Qua poſtea ſpe deſtitutus, ad arces & oppida oppugnanda converſus, multa ex hoſtibus loca, partim vi, partim voluntaria deditione cepit. In hoc ſtatu res utriuſque provinciæ erant. Tollentinas interim ægre ferens, Franciſcum Sforciam & Picininum ſibi a Philippo gratia & dignitate prælatos, quorum alterum affinitatis ſpe, copiarum imperio alterum auctum cernebat, quaſi ignominia ab eo affectus, Philippi partibus relictis, cum non parva ſuorum manu in Flaminiam conceſſit. Hunc quoque Veneti & Florentini tentarunt ſuis armis adjungere, copiarum omnium imperio, ſi in Galliam tranſire vellet, oblato. Sed res longa cunctatione diſcuſſa eſt. Ille vero Romani Pòntificis ſtipendia ſecutus, ex Flaminia ad bellum, quod circa urbem cum Columnenſi familia Eugenius contraxerat, profectus eſt. Tollentinatis digreſſu coactus eſt Philippus Picininum in Galliam revocare. 1431

Interim Veneti, etſi parum lætis principiis bellum a ſe renovatum videbant, nihilo tamen ſegnius militem, commeatus, & arma expedire: præter terreſtres copias validiſſimam etiam claſſem Cremonam admoveri jubent, quæ præter remiges, decem bellatorum millia habuiſſe dicitur. Erat illius imperium penes Nicolaum Trivisanum; cæterum præerant ſingulis navibus patricii ordinis viri; inſtrumentorum ad hæc vis ingens, atque hominum numero nihilo inferior. Carmaniola & ipſe circa urbem bina caſtra parum inter ſe diſtantia fuerat metatus, in quibus duodecim equitum millia, ac peditum stipendia facientium totidem fuiſſe dicuntur. Struxerat & Philippus in Ticino claſſem, navium numero, nolite, reliquoque apparatu Veneta omnino inferiorem; præfecti vero & gubernatorum virtute ſi non potiorem, omnino parem. Fuit

is

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1431 is Joannes Grimaldus Genuenſis, maritimarum rerum peritia apud ſuos ea tempeſtate clariſſimus: quo monſtrante, gubernatores aliquot lectiſſimoſque Liguſtici nominis ſagittarios in naves Philippus impoſuit. Auxerat & terreſtres copias Picinini ex Hetruria reditus. Sed quantum Philippi rebus illius præſentia in Gallia addidit, tantum ejus abſentia in Hetruria pene abſtulit. Siquidem non multo poſt, quam inde profectus eſt, Albertus Cunii Comes, cui copiarum quæ in Hetruria ad bellum relictæ erant, demandatum fuerat imperium, ad Collem oppidum in inſidias præcipitatus, mille & amplius equites amiſit: venitque ob id in ſuſpicionem, quia ad hoſtes tranſire deſtinaſſet, eam ultro cladem adire voluiſſe.

Sed dum hæc in Hetruria gerebantur, omnis interim belli moles in Gallia circa Cremonam incubuerat: ubi quum terra & aquis hoſtium opes omnino Venetis inferiores eſſent, cernerentque Picininus & Sforcia, niſi ars aliqua infirmis rebus adhiberetur, utrobique ſe Veneto impares futuros: ingenio ſupplent, quod viribus deerat. Tumultuariis certaminibus, velut hoſtium vires ſibi jam vileſcere cœpiſſent, circa caſtra Venetum ſollicitare: & quaſi navalis rei obliti, quo magis Veneti adverſo flumine propinquare dicebantur, eo ferocius, alterutra laceſſendo caſtra, inſtare. Noctu vero cum Grimaldo occulta colloquia habere, deque Padanæ pugnæ ratione conſilia inire. Et jam conſtiterat inter eos, qua arte ad victoriam uſuri eſſent, quando audax Ligur ſpeculatorias Venetorum naves procul conſpicatus, continuo in hoſtem ſolvit, ut illæ ad Triviſanum reverſæ adventum ſuum nunciarent. Appulſa interim Cremonæ pomœrio claſſe, Picininum cum cataphractis militibus æqualiter in naves diſtributis, ſpei & animorum plenus accipit: ſenſim inde ſecundo fluvio in hoſtem delatus, ubi primum ab iis qui in caveis erant conſpectus eſt, continuo ad arma conclamatum. Venetus, qui ad id ipſum paratus erat, confeſtim impelli remos, attrahique reſtibus ſuas naves edicit, ut, injecto certamine, cominus cum hoſte confligeretur; quod Picininus non

non modo non detrectavit, ſed aliquanto a reliquis cum 1431
parte navium provectus, ferociter etiam capeſſit. Venetus primo hoſtis audaciam miratus, ubi omnia armis micare vidit, ratus, quod erat, cum terreſtribus copiis ſibi rem fore, continuo trepidiſſimis nunciis aliis ſuper alios miſſis, Carmaniolæ ſignificari jubet, Picininum & Sforciam cum ſuis copiis ſecum manus conſeruiſſe: orarent proinde, ut ſi rem Venetam ſalvam vellet, ſubito & ipſe auxilio adeſſet. Ferunt, illum ad eam nunciorum trepidationem, ut iracunda erat natura, excanduiſſe: altaque voce Venetorum errorem deteſtatum, qui, ſuo ſpreto conſilio, eam pecuniæ magnitudinem in terreſtres copias non contuliſſent: *Nec credere ſe, ita eſſe, ut illi nunciarent: ſed Præfectum ipſum, armati hominis ſpeciem exhorrentem, in navibus hoſtium gigantes natos ſomniare.* Anceps interim prælium erat, & jam inclinante die, quatuor Veneti *Galeones* harpagonibus ab hoſte comprehenſi, pugnam cominus conſerebant: gerebaturque res jam, non ut ante, bellicis tormentis ſagittiſve, ſed gladiis, veruto, ſecuribus in hunc uſum comparatis. Demum quatuor illis ſub noctem amiſſis, reliquæ Venetorum naves, quæ cum hoſte congreſſæ fuerant, ſe in priſtinam ſtationem recepere. Picininus, ſubductis navibus, quas ceperat, Sforciaque cum cohorte una in naves accerſito, quarta noctis vigilia Grimaldum in hoſtem denuo movere jubet. Certus erat Venetæ claſſis Præfectus confligere, & quo magis terreſtrium copiarum auxilium deſperaverat, eo intentius accuratiuſque ſuos ad pugnam inſtruxerat. Prima igitur luce, ubi claſſes in conſpectu fuere, horrendis utrinque clamoribus prælium poſcebatur. Terreſtris pugnæ ſpectem Venetus imitatus, naves velut in procinctu ſtantes locavit, ratus fore, ut crebris machinarum ictibus hoſtium turmæ, quæ bellatorum numero ſuis longe firmiores eſſent, procul diſtineret. Quod ubi ductores ipſi animadvertere (nam ita ſane erat eventurum, ut ille animo conceperat) continuo ſuos remis incumbere, perque omnia diſcrimina pugnam cominus conſerere jubent: quo repente facto, manicis

Veneta claſſis aquis Padanis profligata eſt.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1431 nicis ferreis pari irruentium excipientiumque cupiditate utrinque injectis, tam ferox prælium coortum dicitur, quam nunquam ante alias eorum quiſquam, qui maritimæ rei periti aderant, vidiſſe meminerit. Lapides, jacula, vectes, omnia telorum genera in confertam bellatorum turbam cadere: incenſæ faces pugnantium ora perſtringere: gladiis, veruto, clavis, ſecuribus vulnera inferri: multa mortis diſcrimina & varia obverſare oculis. Attulit ad hæc utriſque parem moleſtiam vetus Genuenſium Venetorumque maritimis præliis aſſuetorum inventum. Demittebantur ex ſummis caveis propugnaculiſque in adverſas naves teſtæ olei bitumine denſati: quibus fractis, ita omnia in navibus lubrica reddebantur, ut nemo ſuo veſtigio poſſet conſiſtere, ſed diſcriminoſa fieret tota navi titubantium cadentiumque colluctatio. Vivæ calcis corbes ad obtenebrandum viſum ſuperne dejectæ lubricitatem illam aliquantiſper mitigarunt. Ibi deterior pugnæ conditio Venetis ab initio fuit, quod & recentia ſubſidia ab hoſte nocte illa in naves fuerant accerſita, & quod firmiore ille, quam Venetus utebatur armatura, ita ut nullum teli genus, quamvis cominus emiſſum, formidaret. Ea res memoriaque cladis priore die acceptæ fregerant Triviſani & aliorum animos: quo factum eſt, ut fortuna jamjam inclinatura, recordatus ille, penes ſe publicæ pecuniæ ſummam eſſe non parvam, tanquam eam ſervaturus, ex prætoria navi in parvum tranſcendit navigium. Quo abeunte, reliqua claſſis metu perculſa, fugam & ipſa circumſpectare cœpit. Inſtat interim hoſtis, Venetumque ſua ſponte ad fugam ſpectantem fundit, fugatque. Quinque ex tam ingenti navium numero, nec plures, evaſere: quæ celeri fuga ad Palvicini fines delatæ, quum ibi quoque male acceptæ eſſent, ad inferiora Padi curſum tenuerunt: reliquæ in hoſtium poteſtatem venere. Ex utroque exercitu ad duo hominum millia deſiderata dicuntur: Venetorum ſena millia capta, & in his tredecim Patricii ordinis illuſtres viri. Ex ingenti præda nihil Philippo navibus ipſis gratius fuiſſe dicitur, quarum magnitudine præcipuas

cipuas Ticinum adverſo fluvio attrahi juſſit. Armamenta navibus adempta in Cremonenſem arcem ſunt repoſita. 1431
Ad eam cladem, quæ omnino ingens fuit, Palvicini defectio acceſſit, & a gerendarum rerum curſu Carmaniola, ſuæ culpæ conſcius, obſtinato animo deſtitit: cujus iracundum ingenium ad id deſperationis dicitur proceſſiſſe, ut Patres pro magno negocio habuiſſent, vecordiam hominis, ne in majus aliquod facinus prolaberetur, per oratores delinire, atque in officio continere.

Ipſi vero non modo non animum ad eam cladem remiſerunt, ſed ad omnem fortunæ impetum propulſandum erecti, quoniam navali prælio victi, Genuenſibus qui Philippi claſſem inſtruxerant, acceptum referebant, ſtatuunt id belli genus in eorum mœnia detorquere. Duo igitur deviginti triremes navalibus eductas, remige, armis, commeatu, milite continuo inſtruunt: Petrum Lauretanum, virum rei maritimæ aſſuetum, claſſi præficiunt. Is, omnium opinione celerius circumacta ex Supero mari ad Inferum claſſe, Liburnium applicuit: ubi triremibus quinque a Florentinis ſociis auctus, Jacobum Adurnum, & Antonium Fliſcum Genuenſes extorres, belli ſocios, tam honorifice ad ſe venientes accepit, ut ſua, non Veneta claſſe illi viderentur in patriam reducendi. Eſt enim Adurna gens popularium una, ex quibus ſolis Genuenſes aliquandiu Ducem creare conſueverunt: Fliſci vero plurimum in nobilitate ſemper polluerunt. Creditum ab initio eſt, tantorum virorum præſentia, quam valida liberorum populorum claſſis adhuc venerabiliorem faciebat, Genuenſes ſe in libertatem vendicaturos fuiſſe, Philippique magiſtratibus ejectis, ſuos cives miro ſtudio amplexuros. Sed illi ad famam Venetæ claſſis jam antea exciti, quatuor & viginti triremes ad bellum paraverant, in quibus oneraria navis una fuit. His, Philippo auctore, Franciſcus Spinula eſt præfectus, homo præter domeſticum ſplendorem, geſtarum rerum gloria admodum inſignis. Proceſſerat interim Veneta claſſis ad Rapallitanum ſinum, decem millia paſſuum Genuæ propinquum: ibi in anchoris ſtabat, quum ad illius

Genuenſes in ſinu Rapallitano a Venetis ingenti prælio victi.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODËR (2018)

BIBLIOTEKA SHTETËRORE SHKODËR NR. INV. 7344

BIBLIOTEKA "MARIN BARLETI" SHKODËR NR. INV. 9805

1431 lius famam Spinula tanta celeritate ex urbe movit, ut quædam e numero navium prætoriam eo die assequi nequiverint. Ibat Ligur animorum ac fiduciæ plenus, quam recens suorum ad Padum victoria faciebat. Quum prima igitur illuxit aurora, ad Rapalli promontorium (*Caput montis* hodie vocant) quia in conspectu jam erant hostes, suos corpora curare jubet, inde quæ ad pugnam essent necessaria, expedire. Nec postea multum cunctatus, sed secunda usus aura, dato suis signo, ipse quasi eam adversarum navium in quam primo fuisset invectus, alto mari depressurus, velis in summum mali sublatis, in Venetum vadit. Sensit Spinulæ consilium Lauretanus, pugnamque detrectanti similis, quam maxima potuit celeritate se sinu proripuit. Sequitur eum velut fugientem alacri clamore Ligur; sed ubi est eo Venetus progressus, unde in hostem rediens ventum a puppi haberet, continuo triremium proras in Ligusticam classem flecti jubet: quem in pugnam ferociter redeuntem Spinula intrepide excepit, manuque utrinque avide conserta, cruentum initur prælium: vis telorum ingens dextra lævaque & a fronte cadens, multos ex utraque classe conficiebat. Et jam tres Venetorum triremes a Ligure premebantur, quas ille ab initio pugnæ circumsteterat: eas conspicatus Spinula, ratus vel minima virium accessione facile a suis opprimi posse, impulsis vehementer remis, advolat: quemvi remorum & æstu vadentem, longa Florentinorum navis ex transverso invecta ita impulit, ut parum abfuerit, quin prætoria in latus depressa, sit ibidem undis absorpta. Verum, dum ea ægre remigum nisu erigitur, hostis repente proram occupat: atque ita accidit, ut in eadem navi ex puppi Ligur, hostis ex prora acriter dimicarent. Sed tanto ardore hic atque ille pugnam ciebat, ut æstu aliquanto concitatiore pelagus fervens, utramque navim pene obruerit. Apprehenderat interea, harpagonibus injectis, octo hostium triremes Venetus: quæ acri se certamine tuentes, ubi prætoriam navim in discrimen adductam videre, facta deditione, in Lauretani potestatem venerunt:

runt: reliquas male habitas, celerique fuga dilapsas, victor Venetus jam pugna fessus persequi non potuit. Victrix classis ad Rechum admota est: quod oppidum Fliscus voluntaria deditione recepit. Inde Liburnium reditum; octingenti ex utraque parte post navalem pugnam desiderati: saucii ad quatuor millia fuisse dicuntur. Lauretanus, Spinula præfecto cum octo navium gubernatoribus & tribus consiliariis eo prælio captis, Florentiam primo, inde Venetias misso, ipse in Superum mare supplementi causa classem reducturus, quum ad Urbem Veterem appulisset, Eugenii rogatu, quoad munitissima arx, quæ portui imminet, reciperetur, stationem illic habuit. Ea vero paucis diebus recepta, profectus inde, extremam Italiæ oram circumvectus, Corcyram applicuit. Fliscus & Adurnus post Lauretani digressum, quum ex Pisis se Florentiam conferrent, ut in luce hominum essent usque ad Lauretani reditum, a Rufetio quodam Ticinensi insidiis excepti, dum se fortiter tuentur, ne in hostium potestatem venirent, vulneribus confecti occubuerunt. Hæc in maritima maris ora. 1431

Lauretanus rem Ecclesiæ ad Urbem Veterem juvat.

In Gallia vero post Padanam pugnam Philippus in melioris fortunæ spem elatus, quasi suis præsentem victoriam gratulaturus, Cremonam venit. Erant tum Veneta castra ad Summam, locum Pado propinquum: quo Philippi duces post illius accessum dimicaturi, si per hostem pugnandi copia facta esset, quadrato agmine accessere. Nec Venetus Imperator pugnam detrectavit. Magno utrinque animo in aciem est descensum, ac tanto ardore dimicatum, ut (quod raro accidere soleat) paucæ equitum turmæ fuerint, pauci peditum manipuli, qui eo die non manum conseruerint. Demum fortuna adhuc neutro inclinante, datum utrinque est signum receptui. Reliquæ ejus anni expeditiones omnino ignobiles fuerunt, nisi quod circa Octobris idus Cavalcabovis industria (ducebat is honestum in Venetis castris ordinem) Cremona pene capta est. Obrepserat ille cum suis concubia nocte ad pomœrium usque urbis: ibi, inter rubos & virgulta, quibus fossa ob-

Philippus cum Carmaniola ad Summam progressus, adhuc marte dimicat.

Cremonæ pene capta.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1431 tegebatur, tam diu taciti delituere, quoad vigiles, jam ſole pene exorto, ex ſuis ſtationibus abiiſſent: quas ubi deſertas viderunt, ſcalis continuo admotis, in ſummum milites evadunt, firmantque præſidio murorum ſummitates. Subſtiterat ad tertium lapidem cum legione una Carmaniola, præmiſeratque cum ſilentio expeditos pedites, qui quum mature affuiſſent, multi per ſcalas prius mœnibus admotas muros ſcandunt, illiſque intra urbem tranſlatis, mira celeritate ad unum deſilientes, oppreſſa ſubito incurſu ſtatione, proximam portam occupant: per eam alii admiſſi irruentium civium turbam modico negocio ſuſtinent. Capta erat Cremona, ſi Carmaniola copias ſubſidio miſiſſet: quo ceſſante, tanquam exploratum habuiſſet, inſidias ſibi ab hoſte imminere, qui in urbe erant, paucis amiſſis, ſe ad ſuos recepere. Sunt qui tradant, occupatum ſemel locum, biduum a Veneto milite retentum: alii (quibus facilius accedo) octo horas tantum. Ea potiundæ urbis occaſione manibus elapſa, Venetus Imperator (appetebat jam hyems, ac crebri imbres, qui per autumnum ingruerant, aliquanto annum inclementiorem fecerant) copias omnes in hyberna dimiſit. In Liguria poſt Lauretani digreſſum res parum fœliciter geſta. Nam ubi ad Rapallitanum ſinum male a Genuenſibus eſt pugnatum, Barnabas Adurnus, trecentis equitibus a Monferratenſi Duce acceptis, omnem fere occiduam Genuæ oram ad defectionem compulerat. Ad eos motus opprimendos Picininus miſſus, Adurno cum ſuo equitatu ad Navarum victo, nullum fuit crudelitatis genus, quod in miſeros accolas non ille exercuerit. Nam præter innumeros mortales, quos non uno prælio occiderat, eos etiam, quibus fortuna belli pepercerat, carnificibus trucidandos objecit. Ubi vero cædis ſatietas cepit, majores natu cum matronis, verendiſque ſacerdotibus haſtæ ſubjecit. Inde in Monferratenſem hoſtem movit, cui paucis diebus caſtella circiter triginta ademit.

Picininus Liguſticam oram multis cladibus affligit.

Lauretanus Præfectus, ubi primum Corcyram venit, ad Senatum ſcripſerat, ſupplemento opus eſſe, & ut naves, quæ pro-

proxima pugna concuſſæ fuerant, reſarcirentur. Ea Lauretano aliquanto tardius data, ob alteram claſſem quam paucis ante diebus Patres ad Chium Genuenſium inſulam oppugnandam miſerant. Habuit claſſis illa onerarias naves decem, triremes vero quatuordecim, ac minora alia navigia, quibus Andreas Mocenicus præfectus eſt. Is, navibus ad inſulam admotis, oppidum ejuſdem nominis in ea munitiſſimum terra marique obſidione cinxit: quod machinis aliiſque operibus bellicis duos & amplius menſes oppugnatum (quia valido tenebatur præſidio) capi non potuit. Conſtans interim fama erat, vim navium ingentem Genuæ parari, multoſque ad id milites longa obſidione ſibi deeſſe Mocenicus ſentiebat: quia omnino inde abire in animo erat, ne nihil actum videretur, quod reliquum in inſula fuit, iratus Venetus fœda populatione vaſtavit, vinetis fœlicibuſque arboribus paſſim ſuccifis. Ante Hadriaca claſſis inde abducta eſt, quam ex Genua ſubſidia ulla veniſſent. Audito Venetorum digreſſu, triremes aliquot cum paucis onerariis per hyemem in inſulam hoſtes miſere. Æſtate, quæ ſecuta eſt, validior omnino claſſis, Petro Spinula præfecto, domo eſt profecta, quæ onerarias naves habuit quatuordecim, triremes ſeptem, cum octo bellatorum millibus. Ad primam illius famam Veneti & ipſi claſſem, quæ Corcyræ erat, majorem in modum auctam, ita ut trium ſupra triginta navium ſit numerus expletus, Genuenſium conatibus oppoſuere. Movit Lauretanus ex inſula, ac mira celeritate, dum hoſtis Trinacriæ oram legit, Siculo freto ſuperato, ad Liburnium, unde paucis ante diebus Ligur profectus erat, conſedit. Spinula & ipſe ocius quam ullius expectatio eſſet, circa Corcyram conſpectus, ingentem curam civitati attulit inſulæ præſidio muniendæ. Pro magno itaque negocio Patres habuere, Lauretano per literas ſignificare, in quanto diſcrimine Corcyrenſium res eſſent, ni maturo aliquo ſubveniretur præſidio. Ille periculi admonitus, ſex lectiſſimas ex omni claſſe triremes eo ad præſidium miſit:

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1431 quibus quatuor aliis adjectis, Senatus Silvestrum Maurocenum præfecit, mandatumque ei est, ut Ligurem quacunque versum flexisset, persequeretur, tutareturque maritimam oram cum ipso sinu.

Quum hæc mari gererentur, Picininus Monferratensium Principatu everso, in Cremonenses reversus, Turriculam & Bordelanum paucis diebus recepit. Sed id eo magis omnes mirati sunt, quo propius viciniusque Carmaniola copias habebat. Indignitate rei doloreque adacti Patrum animi, quod jam antea parturierant, tum demum parere cœperunt. Erant non pauci, quibus ab initio illius fides suspecta fuerat: ii aperte in Senatu vociferari, non modo non extinctam suspicionem illam olim de homine a se conceptam, sed ad eam diem vehementer etiam auctam, augerique propemodum indies amplius, quum nihil in eo viro cernerent, quod præter Imperatoris nomen non idem hostile, Venetoque nomini inimicum esset. Alii non prius adduci potuerunt, ut in suspicionis crimen hominem devocarent, quam manifesta perfidiæ signa in eo extitere. Retulerunt & ad Senatum nonnunquam publici Advocatores, redigendum esse hominem in potestatem, ac, si quæstione adhibita, perfidiæ convinceretur, de eo supplicium summendum. Declaravit ea deliberatio, quæ diu tenuit, quanta Venetorum Patrum in agendis sit rebus taciturnitas, quanta publicorum consiliorum fides. Evocato namque ad hoc Senatu, qui ex pluribus magistratuum ordinibus conficitur, quum ad primam facem Patres curiam ingressi essent, usque ad lucem ea consultatio protracta est. Erat tum Venetiis Carmaniola: qui dum mane Principem salutatum venisset, hilari fronte ab eo ex curia exeunte quæsiviisse dicitur: *Matutinane, an vespertina potius* (quia post cœnam non quievisset) *uti deberet salutatione*. Cui subridens Princeps, *Senatum*, dixit, *magna animis volventem, pervigili illa disceptatione nihil tam frequens quam ejus nomen in ore habuisse*. Moxque, ne qua ex ea voce innascere-

Carmaniolæ fides apud Patres suspecta esse cœpit.

tur

tur suspicio, sermonem ad alia convertit. Interceserunt consultationem illam ac supplicii diem menses ferme octo: quibus adeo perpetuo constantique silentio res compressa est, ut ne minima quidem suspicio aut conjectura ad Carmaniolam pervenerit, quum multi alioquin ex eo ordine, & longa familiaritate conjuncti, atque admodum inopes essent, quorum quilibet quantumvis auri ea confessione reo exprimere potuisset. Temporis igitur spacio (quia cum Philippo jam de pace agi cœptum erat) accersitus ille Patrum literis Venetias venit. Eum Patavino flumine scapha devectum, frequentes Patricii de more mutua gratulatione excepere-runt, exceptumque in curiam, haud ignari eorum, quæ pararentur, præcipua comitate perduxerunt. Hic subjectus quæstioni, & literis, quas suas esse negare non poterat, & domesticis testibus convictus, undetricesimo die postquam in custodia esse cœperat, ad geminas columnas securi est percussus: ejus bona in publicum sunt redacta. Accusationis capita fuere: subsidium Trivisano denegatum, & Cremona perfida cunctatione Philippo servata. Ante supplicium de eo sumptum, Mantuano Principe illis ipsis diebus, in quibus Carmaniola Venetias accersitus erat, in Galliam ad exercitum dimisso, Reipublicæ summa Georgio Cornario, & Marco Dandulo legatis decreto permissa est. Quibus in provinciam nondum profectis, Picininus prosperarum rerum cursui insistens, victoriam vel Carmaniola præsente inchoatam studio sequebatur, & nisi pontem Ollio impositum oppugnans grave vulnus accepisset, quo aut pereundum illi, aut diutius languescendum medici judicarunt, brevi omnia quæ Veneti in Cremonensi ad eam diem tenuerant, recepisset; cujus cladis audacissimo hosti inflictæ nuncius effecit, ut Monferratensis Marchionis, quem principatu Picininus dejecerat, adventus lætior aliquanto fuerit. Is postquam suas opes fractas vidit, Alpes transgressus, per Taurinos in Germaniam transiit: inde Taurisium delatus, ad Vene-

1432

Carmaniola perfidiæ convictus securi percutitur.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1432 tos belli ſocios confugit, ubi tanta Patrum munificentia & liberalitate acceptus eſt, ut neque patriæ neque amiſſi principatus (ut ipſe poſtea prædicare ſolebat) ſentiret deſiderium. Seneſcentibus interim in Gallia Philippi rebus, in Hetruria quoque nihilo meliores erant. Nam & Tollentinas Pontificis ſtipendia emeritus, mox & a Florentinis accerſitus, facto in Senenſium fines impetu, omnem maritimam oram prædabundus excurrit. Junctis inde cum Attendulo copiis, cum quo ſciebat ſibi æquatum imperium, aliquot Senenſi populo locis ademptis, omnia Piſani agri oppida brevi ex hoſte recepit, Demum ad Montem Topulum cum Philippi copiis acie congreſſus, Bernardinum Ubaldinum ingenti prælio victum cum tribus millibus equitum cepit: alii mille equites, non amplius captos dicunt.

Sigiſmundi electi Imperatoris Romanorum iter in Italiam.

Eodem die, quo ita ad Topulum pugnatum eſt, Sigiſmundus Caroli filius, Boemiæ atque Ungariæ Rex, qui ingentibus Philippi adhortationibus cum quatuor millibus equitum in Italiam tranſierat, Lucam ingreſſus eſt. Fuerat is per aliquot dies Mediolani, ubi ferrea de more corona donatus, Romam profecturus, Philippi ſuaſu, ne cum Florentinis hoſpitii nomine gratiam aliquam iniret, Lucam conceſſerat, mox inde Senas tranſiturus. Eo Florentinorum juſſu Tollentinas & Attendulus copias admovere: in quos circa urbem copias circumferentes tradunt impetum a barbaro factum, fuiſſeque Pannonii equitatus impreſſionem audaciſſimam, ita ut eorum nonnulli ad tabernaculum uſque Attenduli pervenerint, in quibus barbarus ingenti præditus ſtatura, prægravique clava dimicans ducem ipſum graviter percuſſerit. Eum vero ferrea caſſide ſervatum, haud ultionem diſtuliſſe, ſed, vibrato repente gladio, medium transfixiſſe hoſtem; inde barbaros cum Lucenſibus fuſos, aliquot fortibus viris amiſſis, intra mœnia trepide compulſos. Sigiſmundum poſt adverſam pugnam Senas demum conceſſiſſe ajunt, ubi aliquandiu cum Eugenio

genio graves exercuerit ſimultates: mox crebris legationibus citro ultroque miſſis, in gratiam cum Pontifice reverſum Romam abiiſſe, ubi poſtea Imperii ſit inſignitus diademate. A Lauretano nihil fere memoria dignum ea æſtate in Inferi maris ora eſt geſtum. Sigeſtini tantum terra marique aliquandiu obſidione preſſi: ſed res parum fœliciter tentata; amiſſis nanque navalibus ſociis ex his quos cum Abramo Fregoſio ad terreſtrem oppugnationem miſerat, infecta re inde claſſem abduxit. Fecit & in Clavarenſem agrum impetum, unde levem omnino abduxit prædam. Secundum hæc claſſis domum reducta eſt. Nec meliori Ligur æſtate illa uſus eſt fortuna, ſed aliquanto etiam deteriore. Etenim circa Trinacriam tempeſtate jactatus tres longas naves amiſit: nec re ulla deinceps memorabili geſta, ſub autumni exitum claſſem & ipſe domum reduxit. In Gallia interim Sanctes Venerius, qui Dandulo petenti ſuffectus fuerat, & Cornarius legati Rempublicam ab initio præclare adminiſtrarunt, Bordelano, Ruminengo, Fontanella, ac noviſſime Soncino Philippo ademptis. Erantque in hoc victoriæ curſu res Venetæ, quum, Mantuano Principe domum decedente, cœptum eſt de pace agi. Monferratenſis Principis rogatu Patres Fantinum Michaelem Ferrariam miſerunt, auditurum tantum, quæ pacis conditiones ab hoſte afferrentur. Miſerunt & Florentini eo Pallantem Strocium. A Philippo Franciſcus Gallina ad hoc ipſum eo jam antea fuerat miſſus. Sed dum Ferrariæ de pace agitur, legati montanos incolas adorti, Vallem Camonicam primo, inde Tellinam armis ſubegere. Succeſſit interim Venerio Daniel Victurius, qui Cornario in Tellina Valle conjunctus auctor fuit, Abduam in hoſticum ponte superandi. Sed ea expeditio, terrore ab hoſte injecto, Veneto irrita fuit. Obtinebat nihilominus interea Cornarius trium millium hominum præſidio Tellinam Vallem. Eo a principibus Gibellinæ factionis, quæ Philippo favebat, Piccininus accerſitus, Vallem tumultuoſe ingreſſus haud medio-

1432

1433

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1433 diocri clade accepta, repulsus est. Quo successu, quum Veneti ferociam ad omnia audenda promptiorem factam callidus hostis non dubitaret, postero die reversus, injecto de industria certamine, legatum ipsum cum toto præsidio insidiis excepit, exceptumque, adjuvantibus subita defectione accolis, cum omnibus fere copiis oppressit. Trecenti equites, eruptione per medios hostes facta, in aversos saltus abiere. Capti eo prælio præter Cornarium, Thaddæus Æstensis, Cæsar Martinengius, Italus Forojulianus, Baptista Capitius, & Antonius Martinascus, clarissimi ea tempestate ductores. Nec circa Padum res in ocio fuere. Sed dum hæc in montibus geruntur, Philippi duces Casale majus & Brixellum recepere. Tellana clade nunciata, confestim relatum est ad Patres de novo Imperatore eligendo: Senatus Mantuano Principi, licet suffragiis aliquantisper variantibus, copiarum omnium imperium decrevit: quo recepto, ad bellum continuo ille profectus est, ac Vallem Camonicam, quæ interim defecerat, subito adventu recepit. Contareno inde consentiente, qui in Cornarii locum fuerat suffectus (jam enim bruma aderat) in propinquas valles copias ad hyberna dimisit. Pax per eam hyemem agitata, demum sub vernum tempus his conditionibus secuta est: Ut Philippus Brixiani Bergomensisque agri locis, quæ interim quum de pace ageretur, receperat, prorsus decederet: Monferratensem Veneti nominis socium, in amissum eo bello reduceret principatum, quanquam non desunt qui in Sigismundi gratiam id antea a Philippo præstitum dicant: Lodovico Vermio, & aliis, qui Veneto imperio eo bello militassent, antiqua rerum redderetur securitas: Captivi illustres ex fœdere utrinque restituerentur: In Volaterrano & Pisano oppida Florentinis adempta Philippus redderet, daretque ad id operam, ut Senenses quoque, quæ Florentinorum occupassent, intra mensem relinquerent; quod si illi facere recusassent, nullis eos postea auxiliis juvaret. De Lucensibus, Thoma Fregosio,

Venetus in Tellina Valle parum prospere pugnat.

Pax cum Philippo.

sio, & Lodovico Plumbinate (nam hic quoque Florentinos eo bello oppugnarat) ita comparatum est, ut redderent quæ Florentinis ademissent, nec Plumbinas in Philippi partibus censeretur: Fregosio vero, ne earum quidem alteri liceret ascribi. De Ponte Tremulo tenuit aliquandiu disceptatio: obtinuit tamen Philippus, ut id oppidum retineret, verum ea conditione, ut quæ in Florentinorum partibus mansuris ademit, restitueret. Cornarius non redditus ita Venetorum animos sollicitos habuit, ut pacem pro infecta habendam Patres censerent, nisi Philippus patricium suum ex fœdere restituisset. Sed legati ad hoc missi eum ante diem vita decessisse jurejurando affirmantes, Principi ac Patribus Philippi nomine satisfecere. 1433



BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

IN

IN LIBRUM SECUNDUM EPITOMA.

Franciſcus Sforcia Picœnum agrum & Umbriæ partem occupavit : Eugenius Pontifex ex urbe pulſus eſt : Omnes Sforcianæ & Brachianæ copiæ in Vetrallenſi agro pene conflixere : Bellum a Picinino in Sabinia propemodum eſt reparatum : Picininus ſociales copias ad Himulam ingenti clade ſuperavit : Marſilius Carrarius capitali ſupplicio eſt a Venetis affectus : Genuenſes Alphonſum Regem navali prælio ad Cajetam vicerunt : Genua a Philippo defecit : Luca gravi obſidione a Florentinis preſſa eſt : Conſtantinus Palæologus Imperator & multi Chriſtiani nominis Antiſtites Ferrariam de re Chriſtiana cum Pontifice acturi convenere : Venetæ copiæ ad Abduam pene interceptæ ſunt : Coſmus Medices Venetias publico nomine eſt miſſus : Sforciæ & Picinini circa Alpes expeditiones : Sforcia cum Philippo & Florentinis fœdus percuſſit : Picininus multa in Bergomati & Brixienſi agro loca Venetis ademit : Benaci lacus deſcriptio : In Camonica Valle a Venetis proſpere pugnatum eſt.

M. ANTONII SABELLICI, RERUM VENETARUM AB URBE CONDITA, *DECADIS TERTIÆ,*

LIBER II.

CUm Philippo quatuor deinceps annis neque certa pax, neque bellum fuit. Eugenium illo clam primo, mox aperte bello oppugnante, contra Venetis adverſo fœdere nitentibus, ut & populärem ſuum in Pontificia retinerent dignitate, omnia molientibus. Multi interim citro ultroque armorum conatus, multiſque locis vario eventu pugnatum: ſuſpiciones ad hæc mutuæ & invidiæ, non ſolum foris, ſed domi etiam hoſtiliter intentatæ: de quibus abunde ſuo loco dicetur. Nunc quæ procul domo 1433 ſunt

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1433 ſunt geſta, breviter explicabo, ut plane ſciri poſſit, unde bellum ſit Venetis poſtea cum Philippo in Gallia renatum. Implicaverat ille ab initio ſui Pontificatus Eugenium domeſtica, ut dixi, ſeditione, unde ſub belli Gallici ſecundi exitum graviſſimæ diſcordiæ domi foriſque exarſere, quæ licet quandoque compreſſæ viderentur, nunquam tamen omnino reſtingui potuerunt: ſed aliis atque aliis locis emergentibus, ita demum longe lateque furor ille armorum proceſſit, ut nulla fuerit Romanæ Eccleſiæ provincia, nulla civitas, nullus denique locus, in quo non ſit aliqua ex parte laboratum. Et ne nimis longe repetatur hiſtoria, pacatis Ciſalpinæ Galliæ rebus, Franciſcus Sforcia ægre ferens copiarum imperium a Philippo jam antea Picinino demandatum, etſi futuræ affinitatis ſpem ſibi a Vicecomite factam videbat, non potuit tamen ferox juvenis ſtomacho temperare, ſed ab eo poſt longam efflagitationem exauctoratus, quaſi Renati Regis partibus militaturus, qui de Neapolitani regni poſſeſſione acri bello cum Alphonſo Rege diſceptabat, ex Gallia cum duobus millibus equitum ingentique peditum robore profectus, per Flaminiam in Picœnum agrum tumultuoſe erupit: ubi ita pacata omnia præſidioque nuda offendit, ut poſt multam prædam & rerum agreſtium rapinas, urbes, vicos, arces, omne denique Picœnum nomen, partim vi, partim voluntaria deditione ſubegerit. Præſtitit ea expeditio commodiſſima Sforcianis hyberna. Sub vernum tempus Pici-

Franciſcus Sforcia Picœnum agrum & Umbriæ partem occupat.

1434 ninus (cui Sforciæ ſucceſſus ſemper ſuſpectiſſimi fuere) Philippo auctore, ad opprimendos illius conatus ex Gallia profectus cum mille lectis equitibus, quaſi ſaluberrima, quæ in agro Senenſi ſunt, balnea frequentaturus, in Heturiam venit. Inde per internuncios cum Nicolao, cognomento Stella; egit, ut collatis in unum copiis, rem communi conſilio in Pontificem & Sforcianos gererent. Tenebat Stella per id tempus aliquot oppida urbi circumjecta, Eugeniumque ex propinquo, Columnenſium factione fretus, graviter infeſtabat. Atque ita Romanæ Eccleſiæ opes, velut ad prædam in medio relictæ, uno tempore

re a duabus inimiciſſimis lacerabantur factionibus, quæ et- 1434
ſi non multo ante erant in terra Italia ortæ, omnes tamen alias & virtute armorum & potentia longe anteibant. Sforcia inter hos motus ex hibernis profectus, in Umbriam primo tranſiit; hic miro rerum ſucceſſu Turdeto, Ameria, & aliis pleriſque locis ſubita deditione receptis, trajecto Tyberi, omnia metu & trepidatione complens, in Viterbienſi agro conſedit. Cives illum commeatu juverunt, adhortatique dicuntur ad Pontificis partes, quas ille Eugenio reconciliatus ſequi cœperat, adverſus Brachianos hoſtes tuendas. Habebat tum caſtra Picininus ad Faliſcum montem: quod ideo magis a Sforcia properatum credibile eſt, ne ille cum Nicolai copiis, quæ circa urbem tunc erant, ſuas per occaſionem jungeret: malebat utique cum ſolo pugnare, ſi dimicandum fuiſſet, quam de ſumma rei cum tota Brachiana factione (quod pene accidit) decernere. Interim Eugenius, Brachianis opibus Columnenſique familia annitente, pontificia domo ejectus, in Hadriani molem ſe trepide recepit: mox vero ſecundo Tyberi inter tela ex utraque ripa in eum conjecta Hoſtiam delatus, Florentiam abiit. Eo ex urbe pulſo, Brachianus victor ad Sforciam opprimendum animum adjecit. Ille, Michaele Attendulo omnibuſque Sforcianis viribus in unum contractis, pene invictum comparaverat exercitum. Picininus & Stella inter Viterbium & Riſpampanum caſtra contulere eoque & Sforcia copias admovit: quo accidit ut exiguo intervallo omnes duarum illuſtrium factionum opes (quod nunquam antea contigerat) bello decreturæ convenirent. Certus erat Sforcia acie dimicare, ſi pugnæ copia ab hoſte fieret. Et jam Vetrallenſem ſaltum peditum robore inſederat: apparebatque, Brachianos ingenti eo die eadem accepturos fuiſſe, niſi Urbanus Dertonenſis, Philippi legatus, interveniſſet: qui medius inter utramque aciem volitans, cum lachrymis nunc hos nunc illos orans, obteſtarique per Philippi nomen, *Ne tantum nefas committerent: ne oblivi ſcerentur, ſe ſub uno Principe ſtipendia feciſſe, ſub Philippo coaleſcere & florere cœpiſſe. Acies ipſas, ſi non*

Eugenius Pontifex ex urbe pulſus.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1434 *ſi non nomine, re tamen amicas & quodammodo cognatas inter ſe eſſe. Alterutrius partis victoriam Philippo funeſtiſſimam fore, Reſpicerent eum, cui ſe æque charos eſſe non ignorarent: cui quicquid nominis, quicquid armorum in utriſque caſtris eſſet, acceptum referri oporteret.* Valuit tanti Principis vel abſentis apud utroſque auctoritas: compreſſiſque armis, ad pacem continuo ſpectare cœperunt. Eſtque ita demum inter eos comparatum, ut Picininus in Galliam rediret: Sforciæ vero, municipiis, quæ Stellæ præſidio circa urbem tenebantur, inviolatis, circumferre qua vellet arma liceret. Sed Picininus (cœperant, credo, diſplicere illi pacis conditiones) haud multo poſt in Sabinos, ubi bellum repararat, Sforciam pertraxit, qui trajecto Tyberi Otriculum contendit: Brachiana caſtra haud procul inde ad Mallianum erant; hic, levibus quibuſdam præliis commiſſis, pluribus Philippi legatis intervenientibus, petiit Picininus, ut liceret ſibi, incolumi exercitu, inde in Galliam abire. Quod a Sforcia jam dudum morbo implicito, haud gravate impetravit. Et jam per pacata ei loca erat Picininus Flaminiam ingreſſus, quando circa Himolam illi ab Eugenio, Venetis & Florentinis, qui fœdus inter ſe iniverant, ingens objectus eſt exercitus. Contraxerant ii illuſtrium ductorum copias, ut Bononiam, quæ, Cannedulis auctoribus, ab Eugenio defecerat, gravi bello premerent. Et jam aliqua Bononienſium oppida erant recepta, quum averſa ab ipſo bello cura ad Picinini tranſitum impediendum Pontificis & ſociorum conſilia ſpectare cœperunt. Igitur demandato Tollentinati imperio, ad Himolam ſociales copiæ caſtra munivere. Picininus & ipſe non multo poſt in Himolenſi conſedit. Erant cum Tollentinate ipſo Paulus Urſinus, Cata Mellita, Guidantonius Faventius, Thaddæus Æſtenſis, ac plerique alii viri illuſtres. Acciderat interim, quod Mellita tumultuario prælio ad ducentos equites hoſti ademerat: quo factum eſt, ut alii tum æmulatione, tum quoque prædæ cupiditate accenſi, prælium immoderatius poſcerent. Quo temere commiſſo, fuſis fugatiſque reliquis, Tollentinas cum Æſten-

Bellum a Picinino in Sabinia reparatur.

Picininus ſociales copias ad Himolam ſuperat.

Æſtenſi & Urſino ac pleriſque aliis, qui clara ad eam diem fecerant ſtipendia, in hoſtium poteſtatem venere. Capta eo prælio equitum tria millia, peditum mille dicuntur: & quæ ejus ſæculi fuit militaris mollities, quatuor ea pugna non amplius occubuiſſe dicuntur, triginta leviter vulnerati. Victor hoſtis Bononiam conceſſit; a quo incepto eum avertere Pontificem & ſocios voluiſſe credere æquum eſt. Conſtabat enim Philippum, a quo ille in Hetruriam revocabatur, aperte Bononienſibus favere. Cannedulorum inde precibus Franco oppido aliquandiu fruſtra oppugnato, in Galliam Picininus, Franciſco filio in Bononienſi cum ſexcentis equitibus relicto, abiit. Creditum poſtea eſt, eum equitatum a Picinino cum filio dimiſſum, ut Marſilio Carrario, ſi Paduam occupaſſet, confeſtim præſidio adeſſet. Fuerat is ejus Franciſci filius, quem triceſimo ante anno in vinculis cum duobus filiis juſſu Patrum necatum oſtendimus. Eum ex Pannonia accerſitum aliquandiu Philippus in Gallia occultum habuit: ſubornatiſque interim Patavinis quibuſdam, magnis hortationibus perſuaſit, ut, Marſilio in urbem accepto, portas & arcem, quæ nullo tunc tenerentur præſidio, occuparent: nec aliquo modo dubitarent, unde ſibi petenda eſſent auxilia: paratum ſe eſſe confeſtim omnia eis ſubminiſtrare quæ ad urbis & civium ſalutem attinerent, militem, pecunias, commeatum: &, quod omnium tutiſſimum eſſet, ſe ipſum valido exercitu affuturum. Veronenſes ad hæc Vincentinoſque dicere, clandeſtine ad defectionem ſpectare. Quod ab eo confictum poſtea compertum eſt, ut commodius ad id facinus Patavinos impelleret. Quum his igitur aliiſque pollicitationibus facinoroſos quoſdam ad infandam ille proditionem compuliſſet, ad idus Martias dies dictus erat, quo Marſilius Patavium ingrederetur. Et jam, mutata veſte, velut negociator ex Germania Romam profecturus, Vincentinos fines, paucis comitantibus, attigerat: eratque ſequenti die urbem ingreſſurus, cum a paucis (quibus jam inde a patris principatu notus fuerat) cum ſociis captus Venetias perducitur. In eum & duos Philippi

1434

1435

Marſilius Carrarius a Venetis capitali ſupplicio afficitur.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1435 lippi amicos, qui illius jussu Marsilio hærebant, ac Patavinos viginti conjurationis conscios, capitali supplicio animadversum est.

Nec quidem multo post Piccininus cum florentissimo equitatu in Flaminiam revertitur. Ad cujus conatus evertendos Franciscus Sforcia ab Eugenio, cum quo certo fœdere jam in gratiam, ut diximus, redierat, ex Umbria est accersitus. Fœderis conditiones fuere: ut Sforcia Pontificis & Collegii decreto, quoad vixisset, Picœni agri Marchio esset, haberetque copiarum omnium, quæ Romano Pontifici mererent, imperium: annua ad hæc trium millium equitum ac peditum mille faceret stipendia. Laboratum igitur in eo motu aliquandiu in provincia erat, vagataque citro ultroque Brachiana arma: & jam de pace agi cœptum erat, quum Florentini mira celeritate rescivere, Genuenses Alphonsum Regem ad Cajetam navali prælio vicisse, atque eum captum cum duobus fratribus, Joanne Rege, & Henrico Infante, Joanne Antonio Tarentino Principe, & aliis trecentis illustribus viris Genuam perducere. Quo factum est, ut pax æquioribus conditionibus utrinque data & accepta sit, priusquam victoriæ nuncius ad Philippum perveniisset. Ob eam pacem res Hetruriæ, Galliæ, & Flaminiæ omnino quieturæ videbantur, nisi quia per eos dies ob Cremonensis agri fines inter Philippum & Venetos renovatæ erant contentiones: ad quas e medio tollendas, præter Nicolaum Æstensem, ab initio ejus rei utrinque arbitrum conditum, Eugenius quoque diligentissimam impendebat operam: quum inopinate affertur, Genuam, Opicino Alzate præfecto urbis cæso, a Philippo defeciisse. Defectionis causam inde ajunt ortam: quod Alphonsum & qui cum eo capti fuerant, Philippus, invitis Genuensibus, Mediolanum perducendos curaverat, eosque regali apparatu acceptos, non ut hostes sed hospites habitos a se, non multo post dimiserat. Franciscus Spinula, secundo bello Gallico a Lauretano captus, ejus fuit defectionis auctor. Is cum nobilibus aliquot Liguſtici nominis, qui cum eo ad Ripallitanum sinum vi-

Genuenses Alphonsum Regem navali prælio ad Cajetam superant.

Genua a Philippo deficit.

cti

cti in Venetorum potestatem venerant, Venetiis habitus, 1435
identidem a patriciis, cum quibus colloquia habere solebat, dicitur admonitus: *Indignum, ac pene miserabile videri, Genuam splendore rerum terra marique gestarum insignem urbem, ad libertatem & imperium natam, & quæ tum quoque nonnullis urbibus in extrema Europa imperaret, ita vividos illos majorum animos exuisse, ita prostratam, suique splendoris immemorem jacere, ut insolentissimo tyranno tam ocioſe pareret, quam quævis civitas ad servitutem nata. Irent, & quando non solum turpe esset, sed miserum etiam cuiquam servire, sibi indignum illud superbæ tyrannidis demerent jugum: non auxilia, non pecunias, non classem, non denique aliquid, quod ad propulsandam attineret injuriam, eis defuturum: paratos esse se cum Florentinis sociis (& in Philippi invidiam, & quia æquum ducerent, eos qui liberi essent, aliorum libertati consulere) non minus Genuensium salutem, quam propriam tueri.* His vocibus animati illi Genuam venere; sed Spinula postliminio reversus, quia Philippo se suspectum senserat, Cajetam voluntario exilio concesserat. Sunt qui tradant, eo a Vicecomite missum, ut urbi præsidio esset: quam quum ejus imprimis opera ab Alphonsi Regis incursu servatam constaret, ratus ea ratione satis superque se Philippo gratificatum, fidemque suam in eo abunde illi probatam, Genuam post Cajetanam victoriam redierat: ubi a magistratibus urbis parum amico vultu acceptus, auctor populo extitit sese in libertatem vendicandi.

Genuensium igitur defectione nunciata, Piccininus continuo in eos movere jussus, nulla re memorabili gesta, in Liguria aliquandiu fuit. Florentini, Veneti auctoribus, Genuenses frumento mercenarioque milite juvare cœperunt, nihil fœdera reveriti, quæ utique Philippus antea violarat: quippe qui contra pacis conditiones, icto cum Alphonso fœdere, se Neapolitani regni rebus immiscuerat. Sed de fœdere, hujusmodi, quod non dico tenuit, apud quosdam nihil reperio. Pontifex Bononiam haud multo ante, Cannedulis cedentibus, receperat, ubi de instauran-

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1435 randa pace cœptum erat agi. Ad cujus conditiones aliquanto æquiores ut Philippus inclinaret, Franciſcus Sforcia fecerat, qui ex Picœno in Flaminiam Pontificis juſſu tranſiverat; ferociſſimo nanque hoſte ex propinquo conſpecto, nonnihil ille ex ſua remiſerat pertinacia. Erant
1436 ubique fere induciæ ob ſpem componendæ rei a Pontifice factam: quum ſubiti Genuenſium motus, Aragonio præſidio ex arce, quæ ad Portum Veneris eſt, in maritima Liguriæ ora, ejecto, omnia turbarunt. Tenebat Alphonſus Rex tria in ora illa littorali oppida, quæ a Philippo non multo ante dono acceperat. Ad eam igitur pulſi præſidii famam ex Parmenſi Picininus excitus (Philippus aperte jam Alphonſi partes tuebatur) ad arcem recuperandam advolat: quam quum natura & armis inexpugnabilem vidiſſet, converſis alio ſignis, Serzanam occupat. Inde Caſtro novo aliiſque locis in eo littorali tractu captis, Macra fluvio contra antiqua recentiaque fœdera ſu-
1437 perato, Lucam ſe contulit: compulſiſque Lucenſibus ad pacem, quam cum Florentino ſanxerant, violandam, Piſanos fines adortus, confeſtim nonnulla ademit Florentinis oppida. Sunt qui tradant, Picininum a Lucenſibus accerſitum, qui Bargam oppidum a Florentinis repetebant: ac interim quum Bargenſes oppugnantur, a Ciarpellione & Petro Brunorio a Sforcia miſſis, fœliciter in Picininum pugnatum. Affeciſſet ille omnino Florentinos ſubito illo motu aliqua majore clade, niſi, ſpe Genuæ per ſeditionem recipiendæ oblata, relicta Hetruria, citato agmine in Liguriam abiiſſet. Interim Sforcia, ſuperato Arno fluvio, quæcunque hoſtis oppida in Piſano agro occuparat, brevi recepit: admotiſque ad Lucam caſtris, præſidiiſque circa portas communitis, gravi cœpit Lucenſes premere obſidione. Picininus autem ſua expeditione fruſtratus, in Parmenſem ſe recepit, commeatus & ſupplementi inde petendi conſilio. Sed dum tardius omnia expediuntur, Lucenſes interea ſegetibus, partim ante meſſem corruptis, partim ubi maturuiſſent, ab hoſte deſectis, ad tantam rei frumentariæ

Luca gravi obſidione a Florentinis premitur.

riæ inopiam devenerant, ut niſi aliena ope adjuti eſſent, 1437
appareret cives non multo poſt vel invitos deditionem facturos. Objecerat ad hæc Sforcia ſe Picinino Lucenſibus auxilium ferenti in ipſis Apennini anguſtiis: reque parum fœliciter tentata, hoſtis, deſperato tranſitu, poſt varios conatus ceſſit. Inſtabant Veneti qui in armis erant, ut acciſis Lucenſium rebus, ita ut ab illis deditio omnino facienda eſſet, Sforcia cum parte copiarum in Galliam tranſiret. Siquidem in animo habebant, Abdua ſuperato, præſidioque in ulteriore ripa impoſito, Mediolanenſem agrum invadere, unde Philippum pecuniarum vim ingentem exigere conſtabat. Apparebat, eo fœde populato, ferociſſimi hoſtis opes ita acciſum iri, ut armorum (cujus rei appetentiſſimus eſſet) oblitus, ad pacem quibuſcunque conditionibus amplectendam cogeretur. Id Florentini indigne ferre, Venetiſque ex eo invidiam facere: quaſi pati non poſſent, Lucam, urbem in Hetruria non ignobilem, in ſociorum poteſtatem venire. Sed tantum abfuit, ut Veneti in id crimen devocari debuiſſent, quod confeſtim, deſperato Sforciæ acceſſu, Franciſcum Gonzagam, ſuarum copiarum Imperatorem creatum, ad eam expeditionem miſerint. Erat tunc, ut dixi, Bononiæ Eugenius, quo ſe ex Florentia contulerat, ut certo aliquo eam firmaret præſidio. Ad portam igitur, quæ *Galera* dicitur, muro, foſſis, & aggeribus locum in ſpeciem arcis ſumma ope munitum curavit. Ea munitionis ratio, & Antonii Bentevolii cædes (quem noviter in urbem reſtitutum, quia populo chariſſimum videbat, Baldeſſar Offidanus urbis præfectus ſecuri percuſſerat) ita Bononienſium animos a Pontifice alienarant, ut defectio, quæ non longo interjecto tempore poſtea ſecuta eſt, his cauſis, non aliis illis, orta dicatur.

Sed dum Eugenius Bononiæ eſſet, Joannes Palæologus Græciæ Imperator, cum Joſepho Conſtantinopolitano Antiſtite, Demetrio Peloponneſi Principe, Alexandrinæ, Antiochenæ, Hieroſolymitanæque Eccleſiæ procuratoribus, Trapezuntinis legatis, Iberorumque & Miſiorum Metropolita-

Conſtantinus Palæologus Imperator & multi Antiſtites Ferrariam cum Pontifice de re Chriſtiana acturi conveniunt.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1437 litanis Pontificibus, Venetias venere: unde Ferrariam transgressi, cum Eugenio, qui eo ex Bononia processerat, de Christianæ fidei unione frequentissimo conventu egere. Ita sane acciderat, ut quingentesimo ante anno ex una fide, quæ nomine & re una est, duæ factæ viderentur. Nam non pauca erant, quibus Græci a Romana Ecclesia variare credebantur: qui etsi sæpius ad officium rediere, Imperatorum culpa, quæ nonnunquam ex ipsa negligentia orta est, in antiquam hæresim aliquanto obstinatiore proposito, quam inde aversi fuerant, reciderunt. Tenuit tantæ rei cognitio, immo disceptatio, non paucis mensibus: resque ex Pontificis sententia (ut postea dicetur) ad exitum perducta est. Sub id tempus, ut diximus, desperato Sforciæ adventu, negocium Abduæ fluminis ponte superandi Patres Mantuano Principi demandarant, penes quem copiarum omnium erat imperium. Militabant tunc Veneto nomini Mellita, Tybertus Brandolinus, Petrus Navarinus, Guidantonius & Astur Faventini, Sigismundus Malatesta, Bartholomæus Collio, Guido Ranchonius, Guerrerius Martianus, Antonius Martinascus, ac plerique alii illustres viri. Mellita igitur, qui rationem ponendi pontis primus monstrasse dicitur, primam aciem trans amnem ducere jussus, intempesta nocte cum equitibus, quos ad id negocium paratos habuit, fluvium transnavit: ulteriore que ripa per ocium occupata, pedites lintribus noctu comparatis miro sunt silentio trajecti. Et jam utrinque Venetus jungendo ponti erat intentus, ut priusquam dies adesset, copiæ traducerentur: quum nocturni imbres ad Alpium radices per noctem effusi (quorum sensus ad exercitum non pervenerat) ita Larium primo lacum, ac sub auroram Abduam auxere, ut, intumescente alveo, aquisque circa utranque ripam strepentibus, non modo opus intermissum sit, sed ne lintribus quidem in tanta fluminis rapacitate ullus amplius esset usus. Tentarunt nonnulli ad suos nando redire; apparebat enim, ob ipsam exclusorum paucitatem, quum primum illuxisset, essentque illi, qui in adversa ripa steterant, a proximis accolis conspecti,

specti, fore ut ad unum subito trucidarentur. Sed qui primi tumidum amnem equis ingressi sunt, vorticibus absorpti alios a transitu deterruere. Postquam igitur lux omnia retexit, sole jam orto, vicinorum collium incolæ hostem in utraque ripa fluminis conspicati, primo novitate rei perculsi, parumper immoti stetere: inde paucitate eorum qui in citeriore parte erant, eorumque trepidatione animadversa, Lodovicum Severinatem, qui circumjectis villis hybernabat, ducem secuti, ad fluvium facto agmine procurrunt. Sustinuit intrepide irruentium impetum Mellita, donec pedites ad suos se reciperent, quorum multi impetu aquarum victi periere: sed omnino plures, fluminis magnitudine natandi peritia superata, in ulteriorem ripam evasere. Deinde equite sensim dimisso, ipse Romanum Coclitem imitatus, omnium noviissimus ad suos annatavit. Re igitur parum prospere tentata, in Abduanam tetram Venetus Imperator duxit, Lugnianoque repente occupato, alia quoque ejus oræ oppida brevi expugnasset, nisi Picininus eorum fama quæ facta erant, excitus cum validissimo exercitu affuisset. Ex Lunensi agro, ubi tunc erat, quartis castris ad Padum progressus, hicque die uno in trajiciendis copiis consumpto, triduo post in conspectum hostium venit. Venetus qui ferociissimi ducis adventum aliquanto antea per exploratores compertum habuit, palustri loco occupato, qua unicus hosti patebat accessus, aliquandiu se tenuit. Inde (sive inopia, sive metus, castra mutare coegerit) profecti, in pacatum se recipiebant: quum eos ultro cedentes, copiis per montium compendia celeriter actis, Piciniuus ferociter assecutus in castellum, quod est ad Ollii pontem, pene præcipites egit, quingentis curribus qui cum impedimentis sequebantur, interceptis.

Venetæ copiæ ad Abduam pene interceptæ.

Rebus igitur longe aliter quam Venetus ab initio existimarat, cadentibus, quippe qui hostem lacessere adorti, ab eo ipsi bello premerentur acerrimo, a Florentinis vehementius solito efflagitare cœperunt, ut Sforciam trans Padum ad se mitterent. Sed quum alia atque alia cau-

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1437 ſando, neque ille neque Florentini, quod tantopere contendebant, præſtituri viderentur, ob id ſaltem Regium uſque Lepidi mittendum poſtularunt, ut Parmæ timens hoſtis a gerendarum rerum curſu averteretur. Siquidem Calepio in Bergomenſi everſo, Treſchoriam vallem Picininus occuparat: ponte ad hæc tria paſſuum millia ab urbe expugnato, arcem Bergomo incubantem ſumma ope oppugnare erat adortus. Fatigatus Venetorum literis Sforcia Regium conceſſit: qui vix bene ex Hetruria moverat, quum, ejus adventu explorato, Picininus & ipſe Parmam citato agmine contendit. Hic ille (quia jam inde ex quo cum Pontifice in gratiam redierat, fueratque Picœni agri Princeps declaratus) haud multum Eugenio fidere. Nam hoc imprimis malum in tyrannide eſt, ut amicorum etiam fides ſit ſuſpecta. Veritus, ne quis impetus in fratres quos provinciæ præfecerat, ſe abſente fieret, Italum Forojulianum cum una equitum ala in Picœnos miſit. Reliquerat ad hæc copiarum partem non parvam ad Lucenſem obſidionem continuandam. Quo accidit, ut Italo decedente, vix cum dimidia legione ille ad Regium ſubſederit. Cæterum Venetis ſic quoque efflagitantibus, ut Padum trajiceret, contra Sforcia poſtulante, ut copiæ ſibi ex fœdere explerentur, tempus ſine re ulla memorabili terebatur. Picininus interim nihil Lucenſium oblitus, fabrorum agreſtiumque operariorum manu ingenti comparata, ad Lucam urbem obſidione levandam ex Parmenſi ire pergit. Sforciani & ipſi per Mutinenſes celeri curſu ad Alpes contendunt. Multi hinc inde fuere conatus, præliaque non pauca, ſed ea ipſa levia, & per occaſionem commiſſa, ita ut quotiens Picininus (cujus vires longe majores erant) congrederetur, eum Sforcia non ſolum ſuſtineret, ſed ſtrenue etiam repelleret.

Dum hæc in Alpibus geruntur, aut certe non multo poſt, Franciſcus Gonzaga ultro ſe imperio abdicans Mantuam conceſſit, ſigna, ut ajunt, odii in Venetos concepti & multa & magna præ ſe ferens. Rumor erat, veniſſe eum in ſuſpicionem, quaſi in copiis Abdua flumine traji-

trajiciendis parum fidam Veneto nomini navaſſet operam. 1437
In eo tamen temperavit, quod ſuorum equitum alam paſſus eſt in Venetis caſtris manere: ſed quo id conſilio ſit factum, eventus ipſe poſtea declaravit. Gonzaga decedente, Fœdericus Contarenus legatus copiarum imperium decreto Patrum ad tempus recepit: inde ex urbe Paulus Thronus in caſtra eſt miſſus. Is ductorum quorundam nunc ignaviam, nunc perfidiam, ex Patrum ſententia liberius inſectatus, ex eis nonnullis jampridem animo alienatis, ad miſſionem audacius efflagitandam aditum fecit: in quibus Antonius & Aſtur Faventini, & Borſius Æſtenſis Nicolai filius fuere. His atque aliis pleriſque hoc nomine exauctoratis, qui cum eis militabant, ut optimus quiſque fuit, nec abire voluit, ita honeſtiſſimo eſt ſtipendio ornatus. Inſtare interim Sforcia, & aurum ſibi a Florentinis Venetiſque debitum repoſcere: mittitque Venetias, qui emerita multorum menſium peteret ſtipendia. *Sforcia a Venetis ſtipendia petit, ut & a Florentinis.*
Huic in curiam admiſſo, quum diceret, veniſſe ſe, ut ſummam auri a Sforcia emeriti cum Principe & Patribus recognoſceret, pecuniamque illi debitam exigeret, ferunt Foſcarum Principem ex voluntate Senatus dixiſſe: *Eam eſſe Venetorum fidem, ut vel cumulatam reddere ſoleant mercedem iis, qui promiſſam Reipublicæ operam aliquo modo navaſſent: verum a Sforcia non ſolum non navatam, ſed quum maxime etiam exhiberi oportuit Venetis, ab eo denegatam.* Ad hæc illo, aut debitum ſtipendium reddi, aut fidem Sforciæ, quam publice obligatam haberet, remitti poſtulante, ut ſuis poſſet rebus liberius conſulere, tum in eum ab omnibus reclamatum ajunt: *Nihil magis libenter Senatum facturum, quam ut pro exauctorato jam inde Sforciam haberet.* Iis ille commotus, magis ne Philippum rejicere cœpit animum, qui nullis antea conditionibus adduci potuerat, ut a Pontifice & ſociis deſciſceret: verum præſenti injuria accenſus ad id decurrit, ut a Florentinis peteret, quod aut ſibi ſuoque Venetorum nomine debitum ſtipendium perſolverent, pecuniaſque emeritas expedirent: aut ſi id minus facturi eſſent, con- *Veneti recuſant.* *Florentini annuunt.*

tinuo

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1437 tinuo se, ut Veneti, libere missum facerent. Florentini utramque pecuniam polliceri: rogare tamen, ut tantisper adhuc in officio esse vellet, dum ab exhaustis civibus tributum exigeretur, mittereturque Venetias ad Principem & Patres: satagere interim rerum omnium. Apparebat enim, Sforcia exauctorato, non solum potiundæ Lucæ spem omnem sibi ademptum iri, sed periculum etiam futurum, ne nova aliqua belli tempestas sibi alicunde oriretur. Mittunt itaque publico decreto Cosmum Medicen, virum præter summas divitias, sapientem etiam ac popularem. Fuerat is paucis ante annis aliquandiu Venetiis, quum per invidiam esset Florentia ejectus: quo tempore tanta comitate & modestia cum omnibus vixit, ut publice & privatim cunctis æque esset chariſſimus. Quo accidit, ut in patriam restitutus, quia ejus civitatis in qua tam hospitaliter versatus esset studium retineret, a suis

Cosmus Medices Venetias mittitur.

1438 *Venetus* appellaretur. In curiam igitur ductus vehementi usus dicitur oratione, cujus summa hæc ferme fuit. *Ut repetito suo in Venetos studio, quo factum est, ut non tanquam Hetruscus homo, ac Florentiæ natus, sed ut Venetus, esset ad Venetos missus, ad eam pecuniarum inopiam diceret Florentinum populum deductum, ut neque via neque ratio ulla esset reliqua tributi ad alendum exercitum a populo exigendi. Nec renovati cum Lucensibus belli culpam ullam penes suos cives esse: Picininum, qui in Pisanum agrum, nulla Florentinorum lacessitus injuria, impetum fecisset, Lucensesque ad res novas moliendas compulisset, se ad bellum non solum provocasse, sed invitos etiam traxisse. Verum ita Dei benignitate accidisse, ut arma capere coacti ad id Lucensem hostem redegissent, ut nisi spes pacis aliunde, & (ut rumor erat) a Veneto prætensa esset, fuisset ille, vellet nollet, in Florentinorum potestatem venturus. Accessisse ad id, quod eorum magis prudenti quam fœlici consilio Sforcia Apenninum superare jussus, Regium concessisset: ad cujus absentiam non parum Lucensis hostis respirasset. Nec Florentinos in culpa esse, quod Sforcia totiens ab eis requisitus, Padum nunquam trajicere vo-*

1438 *Oratio Medicis coram Senatu Veneto pro Sforcia.*

voluisset: sed quia ille Pontifici omnino parum fideret, veritus, ne si longius abscessisset, in Picœnum agrum aliquis fieret impetus, ac quum vellet, non posset eam terram, quam retinere in animo haberet, præsenti bello levare. Compertum Florentinos habere, illum jamdudum, quia emeritum non redderetur stipendium, ad Philippum respicere cœpisse: Nec dubium esse, quin, si Venetus pergeret eum sua mercede fraudare, non multo post ad eum transiturus esset, quo amisso, fore, ut non spe solum potiundæ Lucæ Florentini dejicerentur, sed in summum etiam suarum rerum adducerentur discrimen. Orare proinde obtestarique, & pro suo privato in Venetum nomen studio, proque sociali fœdere, ut in tanto discrimine sibi sociisque cautius consulerent: redderentque Sforciæ, quamvis immerito, quod se emeritum diceret stipendium. Quod si perstarent nolle reddere, atque ob id ipsum transitionem ille ad hostem esset facturus, publice se denunciare, quocunque Sforcia iverit, eum Florentinos, non ut ducem, sed (quando id effugere non possent) ut rectorem amplexuros. Hæc ille. Cui decreto Patrum ita a Foscaro Principe responsum accepimus: *Recte Florentinos facere, qui jam inde ex quo patria exul Venetiis fuisset, Cosmum pro Veneto habendum existimarent: quum ea post id tempus Venetorum & publica & privata fuerit in eum voluntas, id studium, ut omnia illi grata exhiberi, & ardua committi, quæ & unum ex primoribus Patrum Senatus & alii censuerint. Quo factum sit, ut multa Venetus Florentino nomini illiu[s] causa concesserit, quæ alioquin fuisset negaturus. Quod vero Lucensibus spem pacis a Veneto prætensam quereretur, quo minus illi deditionem facerent, de eo se non habere, quid respondere posset: quum tunc primum eam fabulam audiret. Sed adverterent Florentini, ne Lucenses sint illi, qui occultissimis literis hæc suis significent: quando nonnulli populares viri Luca oriundi Venetiis essent, atque iidem amicissimi: eorum, nec patricii cujusquam, ea existimarent literas. Si aliter compertum haberent, proderent certa indicia, aut eorum libellos ad hostes datos: facturos se, ut qui-*

1438

Venetorum responsio.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1438 *quicunque ejus ſceleris convictus eſſet, aliis documento foret, quo minus contra Veneti nominis ſocios quicquam tale moliretur. Haud tamen negare ſe, Lucenſium oratoribus publice reſponſum, ut irent, & ſi per obſidionem non liceret, ſuos per literas in ſpem erigerent: fore, ut ſi a Philippo diſcederent, Veneti, qui Lucenſibus conſultum vellent, darent omnino operam, ut quoquo modo Florentini ſocii a ſe perſuaſi, obſidione & bello abſiſterent; nihilque poſtea ab Lucenſibus reſponſum. Fateri itaque, datam a ſe Lucenſibus ejuſmodi ſpem: præſidium vero ullum aut datum, aut promiſſum, negare. Quod autem ad Sforciæ ſtipendium attineret, non eſſe cur quiſquam aut avaritiæ aut ingratitudinis Venetos accuſare deberet, quod illi promiſſum non redderent: Credere ſe eo conſilio mercenariis militibus ſtipendium a majoribus conſtitutum, ut illorum opera, qui aurum impenderent, quum opus eſſet, uterentur: Verum Sforciam, cui Florentini ipſi tantopere conſultum vellent, non modo Veneto nomini non militaſſe, ſed ſuam etiam operam tunc, quum maxime opus fuit, obſtinate denegaſſe. Irent igitur, & ipſi, quibus ille ſtudioſe ſemper obtemperaſſet, promiſſi ſtipendii rationem haberent. Nam quod de violando fœdere multa minarentur, ſeque Sforciam ſecuturos dicerent, facile eſſe Florentino populo, ſuam quum velit fidem præcipitare; verum ſperare ſe, non multo poſt fore, ut tam inhumani & perfidi conſilii eos pœniteret, daturoſque & ſuperis & hominibus, per quos olim ſervati eſſent, meritas rupti fœderis pœnas.* Cum his curia dimiſſus, poſt aliquot dies Coſmus Ferrariam ad Pontificem eſt profectus. Erat tunc illic, ut dixi, Eugenius: cum quo egit, ut ſuo nomine ad Venetos mitteret, experireturque an de ſententia moveri poſſent. Miſſus poſt Coſmum & Julianus Davantiatus, qui aliquanto minus comiter, quam ille acceptus: homo vehementi ingenio, haud ſuos latere eſt paſſus, quam Florentinorum omnia Veneto vileſcere cœpiſſent.

Picinini & Sfortiæ expeditiones circa Alpes.

Picininus interim, ut dixi, ad Alpes progreſſus, ubi eas a Sforcianis inſeſſas ſuperare non licuit, retro converſus

ſus in Mutinenſes abiit. Inde per Bononienſem agrum in Hetruriam rurſus iter molitus, per Æmiliam ducens, ad Idicem fluvium conſedit. Duabus hinc expeditorum equitum turmis ad Florentinorum fines populandos cum Aſture Faventino miſſis, ipſe cum robore copiarum ſubſecutus, Aureolum oppidum expugnat ac diripit. Hic ille fit certior de novo Sforciæ & Philippi fœdere, deque ejus formula, quam hujuſmodi fuiſſe accepimus: Ut Florentini a Philippi fœdere excluſi, quia Venetorum injuſſu id facere non liceret, in decem annos inducias cum Lucenſibus haberent: retinerentque ſex millia paſſuum ab urbe omnia, quæ Lucenſibus ademiſſent: Ejus pacis arbiter Sforcia eſſet, & ultor injuriarum, quæ ab his vel illis proficiſcerentur. Percuſſum inde inter Sforciam & Philippum fœdus has habuit conditiones: Ut neque Picininus, neque alius qui Philippo militaret, Florentinos armis laceſſeret, quippe quorum Sforcia, ut antea, ſtipendium faceret: Cæterum ut Blancam filiam ei Philippus daret, quam ad fines Parmenſis agri cum dotali pompa mitteret, mox inde in Firmianam arcem traducendam, ubi locus futuris nuptiis erat dictus. Tulit eam pacem Venetus iniquo animo, ſed Picininus iniquiore, quippe qui multa de Philippi in ſe ingratitudine queſtus, aliquandiu per Flaminiam quaſi conſiliorum inops citro ultroque cum exercitu vagatus, demum Oſtaſium Polentanum, Ravennæ Principem, qui in Venetorum fide diu fuerat, adortus, non prius ad defectionem compulit, quam hoſtibus Ravennam circumſedentibus, ab oppidanis Philippi partes ſequi fuiſſet coactus. Ravenna a Venetis alienata, majus inde facinus ille aggreſſus, eodem fere tempore Himolam Pontifici Bononiamque ademit. In hoc res Hetruriæ & Flaminiæ ſtatu erant. Mellita interim (quem, Mantuano Principe abeunte, Veneti copiis omnibus cum imperio, ſuppreſſo tamen Imperatoris nomine, præfecerant) quum vallis, qua Picininus proxima hyeme occuparat, caſtellanæ Bergomenſis agri recepiſſet, Cremonenſes fines ingreſſus, præda & populationibus omnia complevit. Ad eam famam Picininus

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1438

Sforciæ cum Philippo & Florentinis fœdus.

1438 nus excitus, Italo Forojuliano & Franciſco filio ex Umbria accerſitis, hunc his urbibus, quas nuper in Flaminia occuparat, præſidio eſſe jubet, illum cum ſua ala equitum ſe in Galliam ſequi. Ipſe ex Flaminia profectus, quartis caſtris circa Padum, qua parte Cremonam perſtringit, cum robore copiarum conſedit: moxque trajecto exercitu, Caſale majus obſidione cinxit. Venetus, audito hoſtis adventu, tradita aliorum locorum oppidanis cuſtodia, duo in Cremonenſi oppida Caſale majus & Soncinum valido ſimat præſidio. Juſſus ad hæc Mellita cum omnibus copiis Ollii ripam aſſervare, ac totis viribus hoſtem tranſitu fluminis arcere. Ille, caſtris ad Binam duodecim millia paſſuum a Caſali communitis, & Caſalinos obſeſſos protegere & ripam fluminis alteram crebris ſtationibus tueri. Interim manavit rumor, Gonzagam, qui ſe Mantuæ continebat, occulte cum Philippo fœdus percuſſiſſe. Quod ubi in curiam eſt ad Patres delatum, pro magno habuerunt negocio, eum, ſi fieri poſſet, per oratores delinire, miſſis ex primoribus Patrum, qui illi & hoſpitio & familiaritate jam antea noti erant. Ii Principis animum prævertere adorti, poſtquam magnificentiſſima de illo verba fecere, deque perpetua ipſius in Venetos fide, ſuoque in eum ſtudio ſunt locuti (quanquam compertum eſſet in caſtrenſium ordinum recognitione multos ei ad eum numerum, quo militare oportebat, deeſſe equites) remiſſa tamen militaris cenſuræ pœna, quantumcunque ſe emeritum dixit ſtipendium, benigne perſolverunt: rogarunt ad hæc, ut Veneto pergeret militare, oblato ei denuo copiarum omnium imperio, quo ipſe ſe ſua ſponte abdicarat. Sed ille nunc rei militaris imperitiam, nunc ocium, cujus jam ſtudioſiſſimus eſſet, cauſando, Venetorum adhortationes averſari. Petentibus legatis, ut ubi animum ad ocium applicuiſſet, Iodovicum Gonzagam filium ſua ſequi ſtipendia pateretur, id quoque neque palam denegare, neque polliceri. Demum eo eſt decurſum, ut id ſaltem præſtaret, ſi Veneto nomini militare nollet, in fide tamen & antiqua amicitia perſeveraret.

ret. Quod ille non ſolum oratoribus, ſed Senatui quoque 1438
per literas deſpondit: fore prædicans, ut non prius Philippi partes ſequeretur, quam Venetam (quod nollet) urbem ab eo captam & oppreſſam audiret. Summa rerum omnium ea fuit, ut ſe pacis cupidum militiam horrere diceret. Nec Venetum mirari oportere, quod cohortes, quas habere diceretur, ſupplemento expleret: id ſane ea ſe ratione facere, ne in tanto vicini belli ardore ſuos fines omni præſidio nudos, quum vellet, ab injuria tueri non poſſet. Cum his Veneti oratores dimiſſi.

Picininus multa in Bergomenſi & Brixienſi agro oppida Venetis adimit.

Picininus interim undeviceſimo die ſumma ope Caſale oppugnabat. Erant illi in caſtris ad viginti armatorum millia, quum Venetus dimidio minus haberet: ſed longa illa oppugnatio ſpem fecerat Senatui, terribiles Picinini conatus prius fractum iri, quam quæ animo movebat, conſequeretur: quippe qui in unius loci oppugnatione præter ſpem omnium tam diu fuiſſet occupatus, nec adhuc multum profeciſſet: ſperare ardorem illum indies magis remiſſurum. Soncinum præterea in Cremonenſi adhuc eſſe dicere, & alia alibi loca, natura & armis non minus, quam id oppidum, quod tunc obſideretur, munita, quorum oppugnatio omnes hoſtium conatus non ſolum remorari poſſet, ſed prorſus etiam defatigare. Hæc illi. Sed ruina concuſſæ turris ita ad eam diem Caſalinorum animos fregerat, ut ad deditionem jam aperte ſpectare cœpiſſent. Eos ſe dedentes hoſtis primo non receperat, tam diu rem conſilio dilaturus, quoad cum Gotolongicis & Gammarenſibus clandeſtine motam tranſigeret proditionem. Adjecerant illi animum ad defectionem, ad quam poſtea Picinini nunciis ſollicitati, aliud cum eo facinus omnino atrocius ſunt adorti, ut Mellitam cum copiis per Brixienſes cedentem intercluderent, ita ut uno tempore Venetæ copiæ ab agreſtibus hinc, inde & ab hoſtium copiis circumventæ, delerentur. Compoſitis in hunc modum inſidiis, Caſalini ſtatim ſunt in deditionem accepti: ratus erat Picininus ſub primum ſuum ad Ollium acceſſum Venetum abeuntem opprimere. Iccirco nullam prius a Caſalinis deditio-

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1438 ditionem acceperat, quam Veneto insidias a tergo comparatas resciviſſet, ut vel manenti, vel (quod magis crediderat) cedenti pereundum esſet. Casali igitur recepto, silentio noctis Ollium versus movit: præmissisque levis armaturæ equitibus, qui vadum fluminis tentarent, ex iis cognovit, ulteriorem amnis ripam Venetorum præsidiis teneri. Pergit tamen ille ire, atque sub auroram ad Ollii ripam quatuor passuum millia infra Binam consedit. Copiis inde ad locum admotis, omnia ad oppugnationem necessaria expediri jubet. Mellita ratus quod erat, esse illud hostis vaframentum, alioque ejus consilia, quam ad id quod specie pararetur, spectare: in omnes partes intentus esse, atque attentiore cura perlustrare. Mantuanus Princeps & ipse circa Marcariam oppidum, quod medium intra Binam & Padum tenebat, tria millia hominum in armis habebat: hortabaturque identidem Venetum ducem ut secum copias jungeret, fore affirmans, ut, collatis castris, omnes hostium conatus facilius frustrarentur. Hæc ille, etsi eorum, quæ ab ipsis hostibus parabantur, minime erat ignarus. Mellita interim in animo habebat Christophorum & Joannem Tollentinates Veronam cum suis alis equitum ad præsidium mittere. Id consilium Mantuanus magnopere improbare. Legati qui aderant, plus Gonzagæ quam tutum esset, credentes, & ipsi aliter sentire. Contra ille, seu casu, seu quod ea quæ parabantur, si non omnino, aliqua tamen ex parte explorata haberet, perstare in sententia, atque ita facto opus esse dicere. Circumferebat castra hostis, quibus sæpius interdiu, noctu etiam nonnunquam mutatis, quasi modo hac modo illac erupturus, Venetum sollicitum habebat. Hujusmodi mutua illusione aliquot diebus frustra consumptis, quia jam comparata erant omnia, Picininus ponte a conspectu hostium averso tertiam exercitus partem silentio noctis sine strepitu transmissam Gonzagæ copiis subito adjungit: ipse nihilo secius se in adversa ripa ostentare, varios assimulans conatus, ut sua facilius consilia hostem laterent, mox & ipse per Marcariæ & Canneti pontes copias trajecturus.

turus. Actum erat de re Veneta, & hostium insidiis, & 1438
oppidanorum perfidia circumventa: sed Deus Optimus Maximus, cui, quemadmodum sæpe diximus, omnis Respublica & jucunda est & grata, atque eo gratior, quo & melius (ut Venetorum) ab initio instituta, non passus est ita evenire. Opportune accidit, ut Bareta quidam Gotolengicus, ab hoste ad oppidanos ob id ipsum missus, quum in Venetos pabulatores incidisset, ad Mellitam sit perductus: ex eo, promissa prius impunitate, cognitum est, in quo discrimine esset res Veneta. Nec mora ulla fuit: motis repente castris, incolumis Venetus cum omnibus copiis Brixiam versus abiit. Picininus quarta noctis vigilia ad Marcariam jam transmittere copias cœperat, quum cohortes in Mantuana castra præmissæ præsto illi affuere. Nunciatur interea Venetum citato abeuntem agmine jam passuum millia duodecim abesse: nec oppidanos, quia neminem cedenti agmini instare sensissent, aliquid in præsentia movere ausos.

Patefacta Mantuani Principis defectione, validissima in hostem classis confestim decreta est, quæ galeones sexaginta, triremes quinque, aliaque minora navigia haberet. Petrus Lauretanus, cui navium imperium est datum, per Padi fluenta invectus, Mantuanos fines populari est jussus. Terrestres interim copiæ ad Balneolum castra habebant: quæ Venetus diligenter metatus, fossa & vallo communiverat. Tentavit ad id partem copiarum in urbem, quæ proxima erat, ad præsidium mittere: cui alterius factionis principibus renitentibus, postulantibusque, ut portarum sibi custodia demandaretur, apparuit, parum tutiore loco rem Venetam in urbe esse, quam foris. Erat præsidio civitatis Franciscus Barbarus, ad eam diem ingenii & doctrinæ gloria pacisque artibus tantum clarus. Is salubri consilio obstitit, quo minus id fieret, docuitque in quantum discrimen civitatis status adduceretur, si, alterius factionis hominibus credita urbis custodia, reliqui

Francisci Barbari industria & fortitudo in Brixia tuenda.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1438 liqui ſe pro hoſtibus, quia nulla ſibi fides haberetur, judicatos crederent: molituros eos res novas, ac palam in adverſæ factionis invidiam omnia auſuros. Valuit viri auctoritas: atque ita, eo volente, comparatum eſt, ut Veneti magiſtratus qui in urbe erant, portarum cuſtodiam haberent: Martinengios ad hæc & Advocaros, principes factionum, nova affinitate junxit. In quo negocio Paridem Ludronium caſtella in Brixianis montibus habentem Petro Advocaro, cum quo maximas exercuerat inimicitias, per Leonardum Martinengium magno Reipublicæ commodo reconciliavit. Conſtituit Picininus lacu Benaco & Mincio amne Mellitanas copias omni Veneto præſidio excludere: quibus fame domitis (conſtabat enim non eſſe unde ali poſſent, niſi ex urbe commeatus mitterentur) non dubium erat, quin de Veneto actum eſſet imperio. Eo itaque conſilio bifariam movit. Gonzaga & Lodovicus Vermius in Veronenſem agrum eruperunt, Vallegioque cum ponte qui fluvio incubat, pene prius proditione recepto, quam veniſſe dicerentur, quicquid intra Atheſim & Mincium locorum eſt, paucis diebus occuparunt. Subita Vallegii amiſſio effecit, ut Joannes Malavolta, qui trecentos equites ex Brixia Veronam ducebat, imprudens circa pontem in hoſtes præcipitatus, toto ſit equitatu exutus. Redegit & omnes Benaci accolas, qui ad Veronenſem agrum attinent, in ſuam poteſtatem Mantuanus Princeps, Piſcariam ad Mincii caput, & Lunatum in montibus, quod prius poſſederat. Eſt Benacus (ut de eo pauca dicam) amœniſſimus Italiæ lacus, omnino longior, quam latus. Longitudo illa ab occaſu brumali ad aquilonem triginta circiter millia paſſuum excurrens: quantum illi Mincius ad meridiem aufert, tantum Sarca fluvius & Ponalis a borea & ſeptentrione reponunt. Ipſius aqua ita perſpicua, ut ſi non omnino medium naviges (ubi conſtat immenſæ eſſe altitudinis) ima fere ſtagna perſpicere liceat. Sed vix tam amœnus eſt, dum nullo

Benaci lacus deſcriptio.

agi-

agitatur vento, quam violentus & minax, ubi turbari 1438
cœpit: unus ex omnibus Italiæ lacubus, ſi eminentiſſimo Poetæ credimus, quum vehementer concitus eſt, marino aſſurgit fluctu. Piſces alit optimos, in quibus carpiones principatum obtinent: eorum captura ab extremo autumno in vernum tempus extenditur: ex profundis ſtagnis ſummo piſcantium labore eruunt. Utranque ripam cultiſſima oliveta veſtiunt: his horti paſſim interjecti fœlicibus conſiti arboribus, quæ citrea, medica, punica, & quæ accolæ ipſi *Adamia* vocant, habent mala. Ora illa, quæ ad Veronenſem agrum ſpectat, ad dexteram poſt Piſcariam Lagiſium habet, Bardolinum, Gardam, unde poſtea lacus nomen accepit: Turres, Malſecinum, quam & *Malam ſilicem* audio a quibuſdam appellatam. Contra vero in ipſis aquis Sirmio eſt, Catulli Poetæ venuſtiſſimi patria, cum veſtigio vetuſtatis, ſaxo quod lacui imminet impoſito; Brixianorum poſt Sirmionem Rivoltella, ſive (ut aliis placere audio) *Rivaltella*, Minerbium, Fœlicianum, Portueſium, extremo loco Salodium totius regionis caput. Montes inde ad Boream aſperrimi ad Ripam uſque. Is locus cum Penetra, quæ non procul inde vivo ſaxo aſſurgit, Tridentini olim agri fuere. Penetranæ arci Nacus prominet vicus, unde *Benacum* vetuſto nomine lacum appellatum ſuſpicari libet, ut quem mutata litera Benacum dicimus, quia *penes Nacum* eſſet, priſci accolæ *Penacum* dixerint. Omnibus igitur ab ipſo lacu citra ultraque Mincium occupatis, Mantuanus cum ſuis copiis ad Bidiciolum, ubi Picininus caſtra habebat, ſe contulit. Blundus ex his caſtris eum profectum dicit, quum in Veronenſes primum movit.

Sed utcunque ſit, ſatis conſtat, Philippi copias, dum ea in Veronenſi agro gererentur, ad eum vicum, qui Cleſio amni adjacet, ac pene æquis a Benaco lacu & Brixia diſtat ſpatiis, caſtra habuiſſe: quorum conatibus Mellita occurſurus Gavardum cum mercenario milite conceſſit. Ad eum ex Brixia Barbarus dele-

Ctam

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODËR (2018)

1438 ctam juventutem misit, & ex montibus ingens armatorum eo factus est concursus, ita ut paucis diebus ad quinque & viginti hominum millia in Venetis castris fuisse dicantur. His copiis auctus Mellita, ab Euphemiano ad Gavardum quicquid soli est ad radices montium occupavit. Diremit florentissimos exercitus & ad pugnam instructos Clesius amnis, ea parte præaltus, nec cuiquam vadabilis fluens. Erat in animo Mellitæ cum hoste confligere: verum, ubi Picinini copias Gonzagæ accessu auctas sensit, pugna abstinuit. Accedebat ad alia incommoda, quod haud multum ductoribus quibusdam credebat, quippe quos diu in Gonzaganis castris militasse non ignorabat. Sed quam modica tum illis esset fides habenda, ipse postea eventus declaravit. Multi nempe eorum, ubi suam fidem suspectam Veneto senserunt, nec ullum fraudi locum sibi relictum, ad Mantuanum Principem transfugere. Veritus igitur; ne aliqua subita defectio rem Venetam in discrimen adduceret, ut omnem res novas molientibus præriperet occasionem, parte copiarum maxima Brixiam reducta, per municipia, quæ adhuc in fide erant, quod reliquum virium fuit Mellita distribuit. Tum demum facta est Picinino copia libere circumferendi castra: qui in id unum intentus, ut Mellitanum militem ab omni urbani commeatus spe excluderet, Salodium omnibus circumsedit copiis: sed qui præsidio erant, intrepide resistentibus, ad Fœlicianum & Minerbium castra admovit. Interim Forolani & Monclarenses ad Philippum defecere. Nec ita multo post, his cum Salodio & omnibus accolis, qui in ea sunt Benaci ora receptis, Balneolum se contulit. Mox vero castra circumferens primo Pontolium, inde Palatiolum sine ulla oppugnatione, ac pleraque alia oppida præsens recepit. Hæc in planitie. In Camonica Valle per eos dies aliquanto meliore est eventu bellatum. Antonius Becharius cum duobus mil-

In Camonica Valle a Venetis prospere pugnatur.

millibus equitum ea loca, incolis se ultro dedentibus, 1438
occuparat. In eum Barbari jussu Joannes Comes, & Bartholomæus Collio, & Leonardus Martinengius cum ingenti montanorum manu, qui Martinengiæ factionis studiosissimi erant, Vallem subito accessu adorti, post fœdam hostium stragem editam, rebellem terram incendio fœdaque populatione vastarunt.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

IN LIBRUM TERTIUM

EPITOMA.

FAma proſperæ pugnæ ad Coloniam commiſſæ ad urbem falſo delata, in diſcrimen nocturni tumultus civitatem abduxit: Mellita fruſtra tentavit ex Brixia Veronam tranſire: Nicolaus Æſtenſis res novas in Venetos molitus eſt: Veneti Poleſinum Æſtenſi reſtituere: Mellita per juga Alpium laborioſa expeditione Veronam tranſiit: Claſſis ingens per Padi fluenta in Mantuanos fines eſt adacta: Brixia vehementi preſſa eſt oppugnatione: Patres de fœdere cum Sforcia renovando agere cœperunt: Mellita copiarum imperium adeptus, Brixiam commeatu levare ſtatuit: Paris Ludronus ad Sarcam fluvium proſpere in hoſtes pugnavit: Veneti claſſem circa Benacum inſtruere ſunt adorti: Triremes per altiſſimos montes in ipſum lacum actæ: Sforcia cum Venetis & Florentinis fœdus percuſſit: Picininus & Mantuanus Princeps, Atheſi ſuperato, multa Veronenſis & Vincentini agri oppida Veneto ademerunt: Veneti ad Benacum proſpere in hoſtes terreſtri prælio dimicavere.



M. ANTONII SABELLICI, RERUM VENETARUM AB URBE CONDITA, *DECADIS TERTIÆ,*

LIBER III.

DUm hæc in Camonica Valle geruntur, 1438
Clarenſes interea ad Philippum defecere. Ad quam recentem unius populi defectionem major omnino clades ſecuta eſt, Guerrerio Martiano & Michaele Gritto, quos cum peditibus trecentis, equitatuque dimidio majore Mellita eo ad præſidium miſerat, interceptis. Admovit deinde caſtra Picininus ad Rhoadum. Id Venetos ægre ferens, cum mercenario milite, delectaque ferociſſimorum juvenum manu ex Trompianis, ad hæc Sercolianiſque montium

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1438 incolis multitudine haud contemnenda, ad ſuos obſidione levandos ire pergit. Poſt ſolis occaſum, jam primis ſe tenebris intendentibus, Mellitanæ copiæ circa Paſſirianum & Paternum conſtitere: explorato hoſtium adventu, repente motis caſtris, retro ad Coloniam tria paſſuum millia a Rhoado Picininus conſedit. Sequenti die, parte copiarum poſt proximos montes in inſidiis locata, ut ſi in æquum campum Venetus aciem explicuiſſet, circumventus opprimeretur, ipſe cum reliquo exercitu, quaſi tota acie dimicaturus in hoſtem vadit. In ejus conſpectum ubi ventum eſt, ſubito copiam pugnandi facit. Mellita neque pugnam detrectavit, neque temere ſuos in ſubjectam planitiem demiſit: ſed injecto certamine, ſenſim turmas equitum mixto pedite hoſtibus objiciebat, feſſoſque, ordinibus nihil turbatis, recipiebat: atque ita caute utrunque facere, ut, Picinini cohortibus ex inſidiis erumpentibus, immotum illi ſteterit agmen, ac prælio a prima ferme luce ad veſperam perducto, illorum tandem aliquanto majore, quam Venetorum incommodo ſit inde diſceſſum. Hoſtis, Veneto Brixiam ſe recipiente, Coloniam copias recepit. Et quamvis neutro fortuna inclinaſſet, ad confirmandos civium animos, quos in pugnæ illius eventum erectos videbant, rumores tota urbe magiſtratus diſſipandos curarunt, fudiſſe Mellitam hoſtium copias. Quæ fama haud intra Brixiæ mœnia ſe tenuit; Venetias uſque perlata, in tam effuſam læticiam civitatem provexit, ut præ nimio gaudio undique ſit in publicum concurſum, atque ob hoc ipſum Reſpublica inſuetum diſcrimen pene adierit. Multitudo ingens remigum ſociorumque navalium in urbe erat, ex Hiſtria & Dalmatia ob claſſem, quæ ſtudio inſtruebatur, accerſita. Horum non pauci, quum vino incaluiſſent, in publicum prorupere, atque ignibus non uno loco (ut in nova fit lætitia) accenſis, dum ad eos alendos materiam ex proximo ſibi quærerent, cœpiſſentque olitorias panitiaſque tabernas foro circumjectas demoliri, pulſis nocturnis cuſtodibus, qui id facere prohibebant, in unum ad tria millia coivere. Ii ſpretis, magiſtrati-

Fama proſperæ pugnæ ad urbem delata, in diſcrimen nocturni tumultus civitatem adducit.

ſtratibus, & ex primoribus Patrum quibuſdam, qui ad eum tumultum ſedandum acceſſerant, majores tabernas refringere occœperant. Et jam res ad apertam vim ſpectare credebatur, quum Petri Lauretani interventu impetus ille compreſſus eſt, cujus nomine audito, ferunt barbaros tumultuari deſiiſſe, cœpiſſeque imperium, quod dudum neglexerant, audire, ac fide ab illo accepta, ne cui id fraudi eſſet, quod nocturnus ille motus levi de cauſa ortus eſſet, ſe domum recepere. Ferunt tantam Lauretano gratiam ob res bene geſtas, tantum omnium ordinum ſtudium jam antea conciliatum fuiſſe, ut non ſolum illi, quorum conditio ſemper in noſtra civitate infima fuit, ſed amplioris quoque ordinis & fortunæ viri ejus dignitati facile ceſſuri fuiſſent: quæ omnia eo facilius ille conſecutus fuerat, quo majore erat præditus humanitate, pietateque in Rempublicam incredibili: quas virtutes amplectitur Veneta civitas, ut ſuperbiam & ambitionem deteſtatur. Accedebat ad id, quod viginti prope annis nullum grave bellum geſſerat Venetum nomen, in quo Reſpublica non eſſet illius opera fœliciter uſa: ac tum quoque, quum Galliæ res in ſummo eſſent diſcrimine, crederenturque Venetorum opes vix Philippi viribus pares, quanquam jam grandem natu, præfecerat eum tamen Senatus validiſſimæ claſſi, quam adverſus Mantuanum hoſtem decreverat. Habuit illa tantum navium numerum, quantum fluvialis ad eam diem nulla. Quippe quæ omnium generum navigia ſupra centum ſexaginta habuiſſe dicatur, in quibus triremes quinque fuerunt, ſingulæ altiore tabulata habentes, galeones circiter ſeptuaginta: cætera claſſis minores habuit naves, agilitate & motu celocibus aſſimiles. Adjiciunt & oblongam lintrem, quæ velut agmen a tergo clauderet. Ratem præterea eximiam, ex quadringentis quinquaginta trabibus abiegnis picéiſque triremium malos longitudine æquantibus contextam. Vim ad hæc armorum navaliumque inſtrumentorum tantam, ut ſcaphæ ſexaginta his rebus magis quam commeatu onuſtæ claſſem ſequerentur.

Sed

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1438 *Picininus loca multa in agro Brixiano capit.*

Sed dum hæc domi comparantur, Picininus quatriduo poſt Rhoadanam pugnam copiis ex Colonia Rhoadum in caſtra reductis, oppidanos ad deditionem compulit: quam Bomadenſes ſecuti ſunt, Paterniani, Paſſiriani; & ſequenti die Monticulani, Guglanenſes, Omiani, & Brienſes; demum, Iſeo expugnato, Trompienſes in montibus recepit. Et jam omnis Brixianorum planities cum non parva eorum parte qui montes incolunt, in hoſtium poteſtatem venerat, præter Novos Urceos, ad quos oppugnandos Picininus non multo poſt moturus erat: quum Mellita, Barbarus, & reliqui Brixiæ magiſtratus, rati quod erat, Picinini conſilia non alio ſpectare, quam ut Venetas copias omni auxilio excluſas intra Brixiæ mœnia fame conficeret, quibus amiſſis (quia nullæ reliquæ erant, quæ hoſtibus opponi poſſent) haud dubium videri, omnia quæ in continenti ora Veneti haberent, brevi in hoſtium poteſtatem conceſſura: clandeſtine agunt, ut Mellita, relictis qui urbi præſidio eſſent, cum cætero exercitu, quacunque fortuna viam præbuiſſet, per hoſticum Veronam tranſiret. Tertia itaque noctis vigilia cum quinque millibus equitum peditumque Brixia profectum Blundus tradidit: in Montani commentariis haudquaquam tantas illum copias tunc habuiſſe reperio: Paſius Ariminenſis tria millia fuiſſe ſcribit: hos ego ideo libentius ſequor, quia uterque bello interfuit. Verum quantacunque fuit illa manus, citato agmine ad Mincii ripam perducta eſt: ubi quum non multum infra Vallegii pontem vadum tentare cœpiſſet, magnitudine aquarum, & hoſtium ſtationibus, quæ ulteriorem ripam inſederant, tranſitu prohibita, nihilo ſegnius quam venerat, aliquot equis in tanta celeritate amiſſis, Brixiam eſt reverſa. Moverat Picininus Brixiam verſus, Veneti intercipiendi conſilio: ſed hoſtis celeritate præventus ſuam ignaviam accuſaſſe dicitur, quod in eam occaſionem parum omnino intentus fuiſſet, atque iccirco ſua negligentia e manibus eſſet emiſſa. Nec ita diutius moratus, in Urceanos (qui adhuc, ut diximus, in fide erant) movit. A Mellita interim nova eſt tranſitio tentata; quæ etſi non minus

Mellita fruſtra tentavit ex Brixia Veronam tranſire.

nus periculi, quam prior illa, fœliciorem tamen habuit exitum. Dum hæc circa Brixiam geruntur, Nicolaus Æſtenſis apud Eugenium, qui adhuc Ferrariæ erat, multa de Venetorum in ſe odio queſtus, compertum ſibi eſſe dicere, illos validiſſimam per eos dies claſſem comparaſſe. Et quia certo ſciret, ſe in ſuſpicionem veniſſe, quaſi Mantuanus Princeps a Veneto nomine ſe auctore deficiſſet, merito ſuſpicari, ingentem illam vim navium in ſe potius quam in alium quempiam, comparatam. Nec Venetos ignorare, Mantuanum, in quem moturi dicerentur, ſuis Philippique opibus nixum, injuriam omnem a ſuis finibus facile depulſurum. Hæc & alia illum querentem leniſſimis verbis Pontifex conſolari eſt conatus, atque in meliorem ſpem erigere: nihil eſſe affirmans, quod a Venetis metui oporteret: alio omnino illorum ſpectare conſilia: ac ſi quid ſuſpicionis ineſſet, daturum ſe operam ut omnia illi per Venetum ſalva eſſent ac tuta. Sed neque his propterea Æſtenſis deſtitit ingentem vim equitum comparare, Guidone Faventino cum mille & quingentis equitibus, peditibus trecentis accerſito, revocatoque Borſio filio, qui tum Sforciæ militabat, cum equitibus ſexcentis: quæ omnia ad propulſandam, non inferendam injuriam a ſe comparari prædicabat. Succidit ad hæc eam ſoli intercapedinem, quæ eſt inter Padum & Paduſam, ingenti ac præcipiti foſſa a flumine ad paludem deducta: eſtque Ferrarienſes hortatus ad arma comparanda, cuivitque cohortes aliquot ex Mutina & Regio ſubito conſcribendas. Quæ omnia quia alio aperte tendebant, quam ipſe videri volebat, cum Nicolao coram, & cum Venetis per oratores, multa hortando monendoque, Pontifex egit, ut arma jam prope ſumpta deponerentur, firmaque inter ſe ſancirent pacem: ſed ea conditione, ut Rhodigium cum ſeptem ejus inſulæ, quam Poleſinum vocant, caſtellis Æſtenſi Venetus relinqueret, quæ annos ſeptem & triginta oppignerata tenuiſſet. Victus Venetorum munificentia, confeſtim mutato conſilio, cepit ille Venetam claſſem, quæ jam adverſo Pado agebatur, commeatu & rebus

1438 *Nicolaus Aeſtenſis res novas in Venetos molitur.*

Veneti Poleſinum Aeſtenſi reſtituunt.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1438 rebus omnibus juvare. Quod Principis ſtudium Ferrarienſes ſecuti, & ipſi omnia Veneto libenter præſtitere. In Brixienſi interea Urceani Philippi opibus pertinaciter reſiſtere. Sed quod neque vis, neque conatus ullus tam cito fuit hoſti daturus, Petri Lucenſis proditio dedit. Is a Mellita duce ad loci præſidium cum equitibus ducentis miſſus, non multos poſt dies quam obſideri cœperat, Urceanos cum ipſo oppido Picinino tradidit.

Sed dum in ea oppugnatione eſſet hoſtis occupatus, tentatus eſt iterum a Mellita tranſitus: ſic facto opus eſſe & Barbaro & aliis magiſtratibus videbatur, ne urbs multitudine levata, tam cito fame premeretur. Cæterum conducibilius Reipublicæ arbitrari eſſe, copias aliquas, quas Veneti circa Veronam (ſi eo quoque Philippi arma perveniſſent) hoſti objicere poſſent. Qua igitur parte occaſio data eſt, Mellita iter arripuit: quia per plana parum fœliciter fuerat res tentata, per altiſſimos montes & ſaltus pene invios ire conſtituit. Jacobus Antonius Marcellus, homo impiger, & Joannes Villanus, equeſtris turmæ præfectus, ad hoc ipſum præmiſſi, omnia prius diligenti cura explorarunt. Equitibus igitur cum Thaddæo Æſtenſi ſexcentis, ac peditibus mille ad præſidium urbis relictis, edictum eſt reliquis ut curarent corpora, ac ſecunda noctis vigilia cum armis & rebus omnibus adeſſent ad profectionem parati. Intempeſta nocte copiæ ex urbe eductæ, per Sabienſium vallem iter ad montes intendunt. Multi Brixienſium, perſuaſi quidam, ſed plures ſua ſponte Veneta ſigna ſunt ſecuti: in quibus fuit Petrus Advocarus, Leonardus Martinengius, & Antonius ejus frater. Sabienſes (qui Tridentini Antiſtitis, cui parebant, in Venetos odium non ignorabant) conſpecto agmine, conſternati arma capiunt: ſed aperta vi non auſi congredi, anguſtiis viarum, qua Venetum ducturum ſciebant, abruptis, iter impedire ſunt adorti: aliquot etiam extra ordinem nacti, aut fœde trucidarunt, aut per ſubjectas præcipitavere rupes. Diſſimulare eam injuriam ductor Venetus, militem ut gradum adderet, ut ſigna ſequeretur, vehementer hortari,

Mellita per juga Alpium laboriosa expeditione Veronam transit.

tari. Et jam die uno per hos labores acto, ſecunda vigilia noctis in arduo montis jugo, quod in ſuprema valle fuit, agmen continuit, feſſum militem cibum capere jubet, ac paululum quieſcere. Inde ſub auroram motis ſignis, quum agmen procedere cœpiſſet, Paris Ludronius jam antea Veneto nomini conciliatus, repulſis a fronte hoſtibus, præſto affuit: eum miro gaudio complexum per aſperrimos Italiæ montes Mellita cum omnibus copiis ſine aliquo montanorum metu ſecutus, ad veſperam in pacato conſedit. Cenſebant omnes, hic refici jumenta oportere, aſperitate locorum defatigata, nec non & militem, duorum jam dierum ac totidem noctium aſſidua itineris jactatione deffeſſum. Quod fieri nullo modo Mellita eſt paſſus: quin properandum eſſe prius, quam Tridentinus Antiſtes Venetum per ſuos fines tranſiturum reſciviſſet, dicere. At licet maturatum ſit, hoſtis tamen falli non potuit: Poloni Maclovienſes a barbaro ſub veſperam miſſi, excitis ad arma montanis, copias omnes pene intercluſerunt: quod niſi ita, ut dicimus, properatum eſſet, atrociſſima omnino clades in anguſtiis, ad quas ventum erat, quaſque hoſtis inſederat, fuiſſet accepta: quanquam ſic quoque in ipſis anguſtiis eſt non mediocriter trepidatum. Hirti calles ac præpediti mediis montibus erant, quibus hinc rupes & ſaxorum ruinæ ingentes impendebant, inde profundiſſimi torrentis aquæ deſpici, tam procul ab hominis aſpectu recedentes, ut quæcunque in imo fundo jacentia caligantes oculi intuerentur, dimidio minora quam eſſent, apparerent. In hæc quoque horrenda loca ab efferatiſſimis incolis quoſdam ordine aberrantes dejectos credidere. Has anguſtias barbarus inſederat, & quid ſub noctem, quæ jam prope inſtabat, molitus eſſet apparebat: ut, dejectis ſaxorum molibus in ſubjectum agmen, ingentem ſubito ederet ſtragem. Mœſticia & deſperatio non itineris ſolum, ſed vitæ quoque in ore omnium imminebat: quod Venetus ductor ſentiens, Cavalcabovem, Rangonium, & Guidonem, impigros juvenes, cum trecentis peditibus, qui gladium & breviores haſtas haberent,

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1438 rent, per anfractus montium & abrupta saxa ad hostem latenter ire jubet, ac cum barbaro inermi manum conserere. Quod quum illi naviter feciſſent, pulſis imminenti jugo hoſtibus, per ocium eſt agmen traductum. Trecenti illi liberatores gravioribus armis eo loco, unde hoſtes miſſi ſuerant, relictis, per reliquum noctis itinera & ſaltus explorabundi agmen præceſſere: tertia inde aurora, quum ad Thenium ventum eſſet, oppidani primo nihil movere, inde extremum agmen repente adorti, impedimentorum partem cum ducentis equis Veneto ademerunt. Demum in planitie Arcui ſubjecta invictum agmen deſedit. Hic per exploratores cognitum eſt, Sarcam fluvium, qui ex Tridentinis montibus in Benacum decurrit, ita nocturnis imbribus creviſſe, ut vadari nullo modo poſſet. Poſtero die, poſtquam tranſmittendæ copiæ ad flumen conſtiterunt, in adverſa ripa ex improviſo armati hoſtes apparuere, quos Lodovicus Vermius a Picinino per Benacum miſſus, eo celeri curſu traxerat. Sunt qui ad Penetranum ſaltum Vermium & Franciſcum Vinciguerræ filium, Venetis occurriſſe dicant. Sive igitur hic, ſive circa flumen (omnino enim loca pene contigua ſunt) ſeſe hoſtis objecerit, ſatis conſtat, ingenti Venetum pavore perculſum (a fronte, a tergo, & ad lævam omnia hoſtium erant, dextram lacus ipſe claudebat) Leonardum Martinengium ad Vinciguerram Arcuenſium regulum miſiſſe, cui ille agnatione propinquus erat: mandatum ad id, ut quantumvis amplis pollicitationibus niteretur hominem in ſuam trahere ſententiam: qui ſi Venetorum amicitiam complecti nollet, eo ſaltem beneficio Venetum demereretur nomen, ut nihil hoſtile in ſe moliretur, Penetrenſemque ſaltum relaxaret. Quod ille ut faceret, non modo non adduci potuit, ſed continuo etiam contra jus gentium Leonardum in cuſtodiam conjecit, eumque vinctum poſtea Mantuam miſit, ubi ille vitam cum morte commutavit. Martinengii caſus majorem adhuc terrorem Mellitæ & aliis injecit, apparebatque actam eſſe de tot fortibus viris, lacu, montibus, flumine incluſis; aut in hoſtium poteſtatem, abjectis armis,

armis, veniendum, aut ſi ferro ſibi viam facere tentaſſent, 1438
tam iniquo loco cadendum eſſe: niſi Piloſus centurio ad Penetranum ſaltum progreſſus, ut illum ſuis (ſi fieri poſſet) aperiret, cum mille, vel, ut alii dicunt, quadringentis militibus affuiſſet. Is hoſtem nova arte ludificatus dicitur. Nam, quum ſaltus, per quem unicum patebat via, hoſtium præſidio teneretur, atque ea eſſet locorum anguſtia, ut decem fortes viri multa hominum millia facile remorari poſſent, interdiuque ac noctu obſervaretur: quia aperta vi non potuit, arte inde hoſtem depulit. Fuit nemus jugo quod hoſtis inſederat, admodum propinquum: in eo viginti lectos pedites ſub noctem ille condidit, juſſitque intentos expectare, ut ſi præſidium illud remiſiſſet, deceſſiſſetque hoſtis coſtodia illa attentiſſima, continuo locum occuparent: ipſe, quaſi deſperato tranſitu, laternis per noctem accenſis, quas altis fuſtibus ſuſpenderat, facibuſque ad hæc multis ardentibus, digreſſus ſimulavit longius abire. Præbuit ea res non ſolum abeuntis ſpeciem, ſed fidem etiam fecit, Venetum, quia illic ſedendo nihil proficeret, ceſſiſſe. Quo factum eſt, ut, neglecta cuſtodia, viginti illi ex proximo coorti jugum repente occuparint: affuit & ipſe centurio ſtatim cum reliquis militibus: qui ubi ſuperiore parte ſe hoſtibus cum clamore oſtenderunt, territi illi apertum Veneto ſaltum cum fluminis ripa reliquere: atque ita unius opera tot fortes viri ſervati ſunt, copiæ per ocium in pacatum tranſmiſſæ. Blundus octingentos equites ait ea expeditione amiſſos: Mariottus Montanus & Paſius Ariminenſis nullam majorem cladem acceptam meminerunt.

Lauretanus, dum hæc in montibus geruntur, per Padi fluenta invectus, circa fluminis ſciſſuram, quæ eſt infra Ficarioli mœnia, copias, quæ in naves fuerunt decretæ, expectare inſtituit. Ex octo millibus, qui claſſi debebantur, tria millia non amplius aderant. Sed dum Venetus in mora eſt, omniaque ſegnius domi expediuntur, Mantuanus interim Princeps apud Hoſtiliam Padum valido opere occluſit, palis profundo fluvio defixis, ut quaterno cui-

claſſis ingens per Padi fluenda Mantuanos fines invadit.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1438 cuique ordini ardua prominerent caſtella: ea triplex catena muniebat, ſtatuitque in utraque ripa machinarum, tormentorumque multitudinem ingentem: quæ omnia ea ratione erant diſpoſita, ut nullum navigii genus admoveri poſſet, quod momento temporis vicenis triceniſque ictibus non eſſent confoſſura. Nec minori ſtudio Sermenum quoque ad Padi dextram, medio inter Ficariolum & Hoſtiliam tractu, opere & præſidio hoſtis firmavit. Hæc circa Padum. Philippus, Urceis receptis, ubi Mellitanas copias per montes in pacatum abiiſſe conſtitit, vehementer doluit: & quanquam extremum jam autumni eſſet, appeteretque hybernorum tempus, Picininum tamen & alios duces ad ſe vocatos, ad Brixiæ obſidionem hortatur, ſignificatque interim verbis, quantopere ipſius animus de futura ejus urbis oppugnatione laboraret. Nihil, dicere, optabilius ſibi contingere poſſe, quam ut ſuorum ducum virtute Brixia expugnaretur: quæ præterquam quod opulentiſſima eſſet, ingens quoque victoriæ in ea verteretur diſcrimen. Irent igitur, & ſtrenuam ſibi operam in illa oppu-

Brixia obſidetur.

gnanda navarent: ſperare ſe, urbem præſidio deſtitutam, fame ad id & peſtilentia laborantem, aut vi aut voluntaria deditione ſuis armis brevi conceſſuram. His ille Picininum & alios hortatus, a ſe dimiſit. Nec ulla deinde mora fuit: confeſtim viginti hominum millibus ad urbem admotis, gravi obſidione Brixienſes Picininus adoritur: admota præterea mœnibus bellicorum operum machinarumque vis ingens, quarum quindecim ex Mediolano advectæ tantæ magnitudinis fuiſſe traduntur, ut earum minima trecentorum pondo lapidem emitteret. Ad tot tor-

1439 mentorum ictus tanta circa Mombellanam turrim & alia urbis loca murorum ruina ſecuta eſt, ut de deditione facienda cives, ab initio territi, nihil jam occulte loquerentur. Habuit aliquandiu res ipſa magiſtratus urbis magis ſollicitos, quam terribiles hoſtium conatus: atque ob id ita eſt inter eos comparatum, ut Chriſtophorus Donatus Prætor domi ſe contineret: qui prætorium adeuntes, multoſque etiam de induſtria ad ſe vocatos, blande excipe-

ret:

ret: magniſque pollicitationibus, ut in fide perſtarent, 1439
adhortaretur. Barbarus ipſe præſidii Præfectus ſingula obeundo, eo quo erat animi vigore, circa mœnia ac portas verſaretur, ſtationes diſponeret, milites civeſque hortando in ſpem erigeret. Quod literis, & nonnunquam *Brixienſium fortitudo,*
nunciis aſſimulatis, non ſolum effecit, ſed ita etiam omnium animos confirmavit, ut nemo jam eſſet, qui per vulnera & mortem non mallet Venetum nomen demereri, quam in hoſtium poteſtatem venire. Pugnatum eſt itaque nonnunquam fœliciter in hoſtem, nunc ex ipſis muris, interdum etiam eruptione facta, extra urbis munitiones. Quantum interdiu crebri bombardarum ictus (ita enim fuſiles machinas ære conflatas appellare placuit) demoliebantur, tantum noctu oppidani ſubitis aggeribus reponebant. Enituit in eo opere non minus fœminarum, quam virorum opera: in quibus in centurias decuriaſque diſtributis Braida, Advocaræ gentis matrona, tam præſtantia animi, quam domeſtica nobilitate illuſtris, diligentem Reipublicæ operam navaſſe dicitur. Invaleſcentibus interim duobus malis, fame & peſtilentia, facta eſt a magiſtratibus poteſtas iis, qui minus apti ad urbis propugnationem eſſent, quo vellent, abeundi. Ad id edictum multi mortales, & imprimis, qui Gibellinæ erant factionis, ex urbe decedentes ita eam infrequentem reliquere, ut ex ſeptem millibus propugnatorum, quæ ab initio conſcripta fuerant, ad tria millia tantum cum magiſtratibus & præſidio remanſerint. Adjecit ea paucitas non parum audaciæ hoſtibus, ita ut aggeribus, vineis, cuniculo, aliiſque operibus bellicis aliquanto ferocius quam antea, obſeſſos premerent. Contra illi intrepide hoſtium conatibus occurrere, nunc eminus, nunc coram manum conſerere, non pericula illa, non labores declinare. Ad Mombellam turrim, jam compianato muro, cominus congreſſi, non ſolum hoſtem fugavere, ſed illum etiam, qui in urbem pene evaſerat, ex ipſis murorum ruinis cum multa cæde deturbarunt. Nec id ſemel, ſed tum hoc loco tum alibi atrociter, & cum

Qo mul-

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1439 multa utrinque cæde ſæpius eſt pugnatum. Demum ea fuit civium fides, is vigor & induſtria tum Barbari tum aliorum magiſtratuum, ut urbe ſtrenue defenſa, Picininus fremens gemenſque media bruma inde copias abduxerit, duobus millibus hominum & amplius ea oppugnatione amiſſis, in quibus plerique viri illuſtres periere, quum ex oppidanis & mercenariis militibus, qui in urbe erant, dimidio minus occubuiſſent. Soluta obſidione, in hyberna miles eſt dimiſſus.

Obſidio ſolvitur.

Sed dum Brixia oppugnabatur, interim Mellita ratus quod erat, pro amiſſis habenda eſſe quæcunque a tergo reliquiſſet, niſi via aliqua aperiretur, qua obſeſſis commeatus & auxilia ſubvehi poſſent: cum iis copiis, quas habebat, profectus, in Lagarina valle, ut Ariminenſis Paſius ſcribit, Burgum & Corvariam vi cepit. Penetram deinde adortus, eam ex Franciſco Vinciguerræ filio recepit. Ferunt ea expeditione Piloſum (cujus virtute illis ipſis locis Venetæ copiæ fuerant non multo ante ſervatæ) grave vulnus accepiſſe, ac poſtridie, quam ictus fuerat, vita deceſſiſſe. Audito ejus caſu, continuo juſſu Patrum præſtantiſſimi ex urbe medici Veronam ad eum curandum miſſi: qui, nunciata ejus morte, ex itinere domum abiere. Occupavit Venetus dux Turbulas quoque, vicum Penetræ ſubjectum: quibus locis hybernorum reliquum bona pars militum egit. Patres ob hæc & alia præclara Mellitæ geſta abſenti illi copiarum omnium imperium decernunt, quotidieque nova mittunt ſupplementa, pecunias, commeatum; hortanturque per literas, ſi fieri poſſit, det operam, ut Brixienſes commeatu juventur. Vehementer enim ejus urbis periculum, quam Barbari literis atrociter ab hoſte oppugnari cognoverant, angebat eorum animos. Aderat Petrus Advocarus, qui Venetas cohortes ſecutus, Veronam venerat, atque inde Venetias profectus, quum in curiam fuiſſet introductus, fideliſſimæ urbis fortunam oculis Patrum ſubjecit: *Orare eos, ne tam fidæ*

fidæ civitatis obliviſcerentur: Scire ſe, ſuos cives 1439
in animum induxiſſe, prius diſcrimen omne adire, extremaque omnia pati, quam in Philippi poteſtatem venire: Verum illud ſe vereri, ne ii ſint, quibus niſi novis auxiliis commeatuque ſubveniatur, diutius potentiſſimo hoſti reſiſtere non poſſint: Properarent igitur, & ſi ſuæ dignitatis, ſi imperii, ſi ſuorum ſalutis memores eſſent, animum ad eam urbem retinendam adjiceret, cujus ſingularem in ſe fidem exploratam haberent: Compararent pecunias, auxilia, frumentum: Compertum ſe habere, Venetas opes eas eſſe, ut nullum ſit tam arduum bellum aut tam difficile, quod non facile ſuſtinere poſſint: Voluntate ad id & maturatione opus eſſe, cæteris tempus & Venetorum fortunam moderaturam. Hortabantur Senatum ad hoc ipſum vehementes Foſcari Principis actiones. Quibus curis dum omnium animi deprimerentur, ecce affertur, Brixiam per eos dies obſidione levatam. Quæ res non ſolum jacentes animos erexit, ſed in ſpem etiam melioris fortunæ quodammodo adduxit. Additurque huic ſpei alia quædam recens: Sforciam & Florentinos in ſuas partes, ſi ad eorum fœdera reſpicere vellent, revocandi, quod primus omnium in ſenatu Nicolaus Æſtenſis monſtraſſe dicitur. Is cum Patribus in gratiam reverſus, Venetias ad Principem & Senatum ſe contulit, atque albis, ut erat, veſtibus cultum curiam ingreſſus, poſt multa quæ de ſua in Venetos fide præfatus eſt, de ratione gerendi belli dicere orſus, Senatum admonuit: Oblatam eſſe Veneto nomini occaſionem non ſolum Philippi opibus reſtringendi, ſed ultra etiam illi arma inferendi: Eam vero eſſe, ut Franciſcum Sforciam, quem conſtans fama eſſet, ob filiæ nuptias nuper denegatas, a Philippo omnino alienatum, per oratores vel immenſis conditionibus accerſerent: haud dubium eſſe, virum ferociſſimum, geſtarumque rerum gloria inſignem, cum veteri Pici-

Nicolaus Æſtenſis hortatur Patres, ut Franciſco Sforciæ copiarum dent imperium.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1439 nini æmulatione, tum recenti in Philippum odio omnia enixe facturum, ut e manibus hostium præsentem victoriam extorqueat. Movit vehementer Patres Æstensis oratio, actæque sunt illi gratiæ ingentes, & quod ea temporum novitate suam fidem, ut amicum fidumque socium decuit, Senatui coram probasset; & quod de iis, quæ rei Venetæ conducere putasset, amice disseruisset. Sed de illis postea matura consultatione Senatus erat visurus. Sunt qui tradant, tum illum Rhodigium cum tota insula a Venetis dono recepisse: sed ea potius approbatio quædam fuit eorum, quæ de Polinesi restitutione nuper acta erant.

His itaque Patres in spem haud dubiam restituti, ex literis Jacobi Antonii Marcelli in senatu recitatis cognovere, post Penetram & Turbulas receptas, cœpisse Mellitam circumspicere, qua vi, quave arte subvenire posset Brixiensibus: atque jam aperte constare, si parum anniti vellent, lacus Venetis aperiendi occasionem non defuturam. Ea re adhuc magis Patres bene sperare jussi, plures legationes simul decernunt: Joannem Pisanum in Picœnum ad Sforciam mittunt, Franciscum Barbadicum Florentiam: Petrum Advocarum in curiam accersitum, docent, quæ Mellita de commeatu Brixiæ importando moliretur. Hortantur itaque illum ut primo quoque tempore ad exercitum iret, atque ibi cum ipso duce de futura expeditione communi consilio agitaret, hortareturque Paridem Ludronio per literas, ut in Venetorum amicitia & fide perstaret: Brixiensibus quoque significaret, neque commeatus, neque auxilia eis defutura: durarent tantisper, dum ea studio expedirentur. Hæc domi. Mellita, copia tritici maxima Penetram contracta, quia alia via non poterat, per montes statuit opem Brixiensibus ferre. Per nuncios igitur Paridem admonet, ut quam longius posset, frumentatoribus obviam prodiret. Quatuor cen-

Mellita Brixiam commeatu juvare conatur.

centurionibus datum est negocium, qui, frumento militibus diviso, ad Paridem primo, inde Brixiam transirent. 1439
Iniverant hostes interim Arcum & Thenium præsidio ad utrunque locum misso, missusque Italus Forojulianus cum equitibus sexcentis, & peditibus mille, qui Venetos frumentatores insidiis exciperet: resciverant nanque hostes de illorum adventu. Et jam Thenii saltum Mellitani milites evaserant, seque in tutum perveniisse rati, in profundam vallem processerant: quum hostis repente obvius factus subitum injecit terrorem. Fuit casu quodam viciniore loco prærultus montis vertex, quo trepidus miles cum ipsis sarcinis se recepit: verum ibidem circumsessus, ac pluribus præliis fatigatus (ceciderant interim non pauci) cum frumento & armis triduo postquam obsideri cœperat, venit in hostium potestatem. Erat Turbulis tunc Mellita, vulgoque ferebatur, omnes ejus cogitationes eo spectare, ut Brixiæ laboranti subveniret. Ut igitur illi omnem ferendi auxilii spem Philippus adimeret, cum sex millibus militum & Mantuano Principe in Sabiorum vallem circa Januarias idus concessit, ibique tam diu fuit, donec castella tria, ad Nucem unum, alterum ad Cagros, tertium ad Tosecetum, erecta valido firmasset præsidio: quibus stantibus, apparebat, non esse cur Brixienses alicunde auxilia ulla sperare possent. Sunt qui tradant, præsidia illa sub id tempus quo Brixia obsidione levata est a Picinino circa urbem firmata, unum ad Euphemiæ fanum, in Monte alto alterum, tertium ad Mompsianos fontes. Italus post rem ultra Thenii saltum in Venetos gestam, in Paridem movere statuit. Quod ipsum quia aliquanto postea cognitum est, continuo Barbarus præfectus, qui in omnes partes animum intentum habebat, sexcentos pedites Paridi, Veneti nominis amico, Gerardi Danduli ductu auxilio mittit. Is non procul a præsidio, quod ad Nucem erat, Philippensium equitum alam subito adortus, sine alio majore negocio oppressit. Inde Tropeanium Guelphorum multis Dandulæ cohorti se jungentibus, factum est, ut mille stipatus hominibus ad Paridem venerit.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1439 *Paris Ludronus ad Sarcam fluvium prospere in hostes pugnat.*

Italus & ipse ad duo millia agrestium ex Mantuanis & Gibellinæ factionis Brixiensibus collegerat. Cum his, atque eo peditum numero, quem secum ab initio duxerat, sexcentisque equitibus, Sarca fluvio ponte, qui in Romanii finibus est, superato, in hostem ibat: cœperatque Italus proximos montes ascendere, dum Paris per occultas valles insinuatus ex improviso præsidium, quod ille ad pontem reliquerat, adoritur: injectoque hostibus pavore, cædem momento temporis edidit ingentem; multi occidione occisi, in quibus Itali filius, & Petrus Capocius, Polonus, Tridentinarum cohortium ductor, occubuere. Adest interim Italus, sive clamore, sive cladis nuncio excitus: eum velut torrentem quendam montibus dejectum Paris fortiter excipit, exceptumque non solum sustinet, sed æquata pugna, atroci prælio fatigat. Tribus horis cruento erat marte dimicatum: quum Italus, qua proximum fuit, se in altiora loca recepit. Carpit victor Paris extremum agmen, ac nisi noctis umbra cedentem protexisset, ingentem omnino cladem accepisset hostis. Postero die orta luce, Paris suos in hostem ferociter immittit: & jam in ipsos montes cœperat dirigere aciem, dum hostis pudore victus in pugnam redit. Hic quoque aliquanto atrocius prælium quam pridie commissum: multi ex hostibus prius occisi sunt, quam fugam ullam fecerint: victa tandem eorum pertinacia, terga vertunt. Agit solutos ordines Ludronius victor, ingentemque agrestium cædem Guelphi auxiliares edunt: multos obtruncant, multos item capiunt: venerunt in victorum manus ex hostibus, mille vivi, totidemque desiderati. Italus, perditis rebus, per asperos montes Ripam oppidum petiit: quo postea trecenti equites diversis itineribus, ac pedites mille fuga dilapsi pervenerunt. Audita suorum clade, Piccininus, accersitis qui circa Brixiam in hybernis erant; per Sabiorum vallem, perque aspera montium juga præcipiti agmine Ludronium venit: quod acri obsidione adortus, quintodecimo die ex quo locum cœperat oppugnare, in suam potestatem redegit. Admota deinde ad Romaniuin castra,

nam

nam & hoc quoque oppidum Paridis erat. Id natura & opere munitum, ubi valido præsidio teneri hostis advertit, quia adhuc hyems non exierat, sub Februarias Calendas soluta obsidione, in Benaci oram hybernatum concessit. Hæc in Alpibus gerebantur, dum Lauretanus, copiis ex urbe frustra expectatis, ne nihil omnino egisse videretur, Sermenum oppidum oppugnare statuit. Locum ipsum summa ope Gonzaga antea, ut dixi, muniverat, atque ob id ea hominum paucitate expugnari non potuit. Venerunt Patres in suspicionem supplementi per invidiam potius quam inopiam negati: idque paucis alienæ gloriæ obtrectatoribus datum, qui Lauretani famam senescere malebant, quam præclaro aliquo facinore augeri. Ipse vero gravitate cœli pressus in morbum incidit, quo indies magis ac magis invalescente, Venetias est delatus. Stephanus Contarenus in illius locum est suffectus. Petrus aliquandiu morbo conflictatus, ac demum consumptus, ut ipse testamento mandarat, nudis calcibus, saxoque ad caput constituto, sine ulla funebri pompa, paucis comitantibus, ad Helenæ ædem elatus est. 1439

Petri Lauretani mors & humile funus.

Mellita jam inde ex quo Penetram receperat, Patribus per literas significare non destitit, factum esse Veneto gradum ad hostem possessione lacus dejiciendum, quo aperto, apparebat facile fore ut Brixiæ subveniri posset. Res ipsa in dubium veniebat, ac id unum quærebatur, qua ratione id fieri posset, ut classis in eo lacu pararetur, quum non silvæ essent, non fluvia ulla, per quæ naves eo attrahi possent. Tenuerat ea consultatio aliquot dies, quando Sorbolus quidam Cretensis (exploraverat is credo prius loca) ad Senatum accessit, docuitque neque animum neque consilium ex urbe in Benacum naves traducendi sibi deesse. Quod ipsum, quia impossibile omnibus videbatur, ut per ducenta & amplius millia passuum majora navigia attrahi possent, cœpit primo pro deliro haberi: sed quum multis constaret hominem non vulgari esse ingenio, perstaretque interim ille in sententia, constantique asseveratione affirmaret, id omnino fieri posse, si ea

Veneti classem circa Benacum construere adgiuntur.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2019)

1439 darentur, quæ ad rem tranſigendam eſſent neceſſaria: perſuaſus Senatus, id illi negocium demandavit, quo alacri animo ſuſcepto, continuo ſe ad opus accinxit. Data ei omnia, quæ ad rem tantam opportuna videbantur. Tractæ itaque naves adverſo Atheſis fluvio Veronam uſque, inde aliquanto laborioſius binis quaterniſve jugatis bobus ad Mauri pagum eas Sorbolus attraxit. Hic ſubjectis triremi lapſibus, quam unam Paſius fuiſſe ſcribit, ingenti hominum bovumque conatu in divi Andreæ lacum ſex paſſuum millia per plana ferme loca moles illa traducta eſt: reliqua minora navigia curribus invecta. Blundus duas majores triremes fuiſſe tradit, & tres aliquanto minores, ac cum his ſcaphas quinque & viginti. Ex quibuſdam aliis, qui rebus interfuere, didici, triremes, ut ille ait, grandiores duas fuiſſe, ſed earum alteram, ſoluta adhuc materia, ad locum deportatam. Imminebat lacui huic, in quem primum naves delatæ ſunt, rupes in muri ſpeciem ſuſpenſa. Ad eam rectitudinem caſtigandam ingens agreſtium manus eſt adhibita, qui, proximi tumuli parte in lacum dejecta, uſque adeo aſperitatem illam mitigavere, ut ſubvectæ ex aquis naves cum tota mole in adverſum jugum ſenſim agi cœperint. Eſt nanque mons arduus inter utrunque lacum; ſcindebatque montis declivia; quibus primo naves agendæ erant, rivulus per abrupta ſaxa & rupem hinc inde faſtigiatam decurrens: hac utrinque decuſſa, cautibuſque & arborum truncis virgultiſque in rivum devolutis, tellure ſuperinjecta, ita exæquarunt, ut ſubjectis lapſibus, non multo majore labore, quam in ipſa planitie naves in ſummum montis dorſum ſint actæ. Spectavi ea loca non ſine ſtupore olim: nec quiſquam mihi perſuadere potuiſſet, tantam molem per eam montium aſperitatem ingenio aut vi ulla actam, niſi veſtigia adhuc quædam, & quaſi vetus orbita, per ipſam jugi coſtam appareret, quæ rem omnibus ſæculis memorabilem ita factam manifeſte argueret. Ferunt, non minus poſtea in deſcenſu, quam prius laboratum. Timere omnes vehementer, ne ipſa moles per abrupta montium præceps acta, ſubjectis cautibus illiſa ſolveretur. Tertio menſe poſtquam Venetiis abductæ erant, Turbulas deſcendere: ubi triremibus diligenter inſpectis, conſtitit earum alteram, priuſquam refarta eſſet, haud tuto in aquas dejectum iri. Reliqua claſſis ad Sarcæ oſtium inſtructa eſt, ac triplici palorum ſerie in hemicycli ſpeciem utrinque, ut tutior eſſet, circumſepta. Caſtellum præterea ad exitum fluminis Venetus impoſuit, præſidioque firmavit, veritus hoſtium incurſus, qui triremem unam cum galeonibus & ganzariolis aliquot ad Rivoltellam habere dicebantur. Creditum eſt, eam rem magis ad alendam Brixianorum ſpem Patribus intentatam, quam quod ſperarent naves ipſas aliquo modo uſui futuras, quum interim circa lacum & ubique tantum hoſtium objectum eſſet, ut non modo non ulla Brixiam, invitis illis, penetrandi facultas eſſet, ſed cura etiam ingens eorum animos inceſſiſſet, Veronam Vincentiamque futura æſtate retinendi.

Triremes per altiſſimos montes in ipſum lacum acta.

Imminebat omnino ingens periculum, dum Venetis rebus aperte inclinantibus fortuna benignius arriſit. Fuerat Philippus magna parte hyemis illius Sforciam ludificatus, quod Blancam filiam ex fœdere, ut diximus, pactam: neque dabat petenti, neque daturum ſe negabat; nunc puellæ valitudinem, nunc hyemis inclementiam cauſando, rem de induſtria in longum trahere; hæc fraus tum primum cognita eſt. Sforcia nuptiis comparandis intentus, nihil interim minus ſuſpicari, quam ſecum dolo malo agi: verum ubi illum alia atque alia ſubjicientem incommoda, in puella abneganda perſtare vidit, novitque eam ludificationem eſſe, Troilum (cui omnia credere ſolebat) Mediolanum ad explorandum Philippi & ſuorum animum miſit; unde ille quoniam nihil præter verba reportaſſet, iratus Sforcia Veneto (quod antea non fecerat) aurem præbere cœpit. Acceſſit ad id alia recens ſuſpicio. Ferunt Piciniuum, dum magnopere ſuos ad Brixiam oppugnandam hortaretur, ac quidam interim diceret, quid eſſet, quod tam evidenti ſe ſuoſque objiceret periculo, quum urbem ipſam ac cætera non ſibi, ſed Sforciæ, qui futu-

1439

Sforcia a Philippo deluſus, cum Venetis & Florentinis fœdus init.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1439 futurus eſſet Philippi hæres, parari non ignoraret, dixiſſe: *Pergeret modo ipſe, pergerent & alii Brixiam expugnare, qua capta, prius in Picœno futuri eſſent, quam calamiſtratus ille ſponſus affuturos ſuſpicaretur. Tum ibi ego*, inquit, *ſponſa, & vos ephebi ſaltatores eritis*. Ea ubi Sforcia reſcivit, non ſolum Venetum audire cœpit, ſed & Florentiam quoque miſit. Erat ibi Franciſcus Barbadicus, quem, Paſium auctorem ſecuti, jam antea miſſum oſtendimus: Blundus Jacobum Donatum in Hetruriam miſſum ſcribit. Florentini etſi pro certo habebant, Venetorum opibus everſis, Philippum ſuas non multo poſt everſurum, voluiſſentque tyranni conatibus aliquo modo occurſum iri: quia tamen nihil minus credebant fieri poſſe, quam ut Sforcia a ſocero alienaretur, haudquaquam adduci poterant, ut ad antiqua Venetorum fœdera reſpicerent. Ad eam igitur mutationem erecti, Eugenio quoque, qui tum Florentiæ erat, hortante, idibus Februariis cum Sforcia & Venetis in quinque proximos annos fœdus renovarunt. In quo ſanciendo illud imprimis expreſſum, ut utriuſque populi ſocius ac copiarum omnium Imperator ille eſſet: cui tria equitum, peditum vero duum millium ſtipendia penderentur, & ut Veneti Florentiniique tantas mercenariorum militum copias contraherent, quantæ ad gerendum bellum ſatis illi viderentur facturæ. Aſcriptus eſt belli ſocius Nicolaus Æſtenſis, cum quo eſt actum ut Guidonem Faventinum cum mille, & quingentis equitibus, ac peditibus trecentis, & Borſium filium cum equitibus mille, utriuſque populi ſtipendio ad uſum belli retineret. In Montani commentariis nummum auri ducenta ac viginti millia Sforciæ in ſtipendium decreta reperio: quorum nonaginta millia Florentini, quod reliquum erat, Veneti diſſolverent. Quæcunque ad hæc ex Philippi principatu quærerentur, præter Cremonam, quæ Venetorum imperio cederet, reliqua Sforciæ quæſita viderentur, ac ſi præter Cremonam nihil caperetur, tum eam ipſe copiarum Imperator haberet. Cæterum illud quoque imprimis eſt expreſſum, ut ad Venetos bello levandos Sfor-

Sforcia ſubito in Galliam tranſiret. Paſius ait, fœdus in 1439
Hetruria renovatum, dum adhuc Brixiana obſidio teneret. Sed ſi ad idus Februarias eſt ictum, ut Blundus ſcribit, non video, qua ratione id fieri potuerit, quum ante Januarii calendas conſtet Brixiam oppugnari deſiiſſe: quanquam tum quoque ſatis vexata videri potuit, cui ob præſidia opportunis locis diſpoſita, & itinera hoſtibus infeſſa, neque arma neque commeatus importari poterant. Sed ſive tunc, ut ille ait, ſive poſtea id acciderit, Philippus ad eam generi defectionem vehementer animum remiſit. At Picininus nihil cunctandum ratus, nec aliquo modo expectandum, ut Venetorum opes Sforciæ adventu firmarentur, de Atheſi ſuperando cum Mantuano Principe agitare cœpit. Apparebat, non mediocriter id Philippi opibus conducturum, ſi in Patavinum agrum aut Vincentinum, bellum transferretur. Quod facile videbatur futurum, ſi alterutros fines adorti locum aliquem, ubi belli ſedes figeretur, ex improviſo occupaſſent. Sed id Mantuani Ducis conſilium fuiſſe tradunt, qui id bellum quam longiſſime domo ablegandum primus omnium excogitaſſet. Navigia quæ in Pado circa Sermenum erant (Contarenus enim claſſem juſſu Patrum Clodiam reduxerat) per Tartari fluminis hoſtium in ſtagna & paludes trahere: atque inde in Atheſim, ſi aquis non poſſet, ſolo traducere. Quod hoſtium conſilium quum Mellita aliquanto antea per exploratores cognoviſſet, Principem Patreſque identidem per literas monuit, ut continuo claſſem, quanta opus eſſe videretur, in Atheſim mitterent. Nec circa Benacum res interim in ocio fuere. Petrus Zenus, qui Turbulanæ claſſi præerat, ubi longius portui paulatim annavigare cœpit, ita eam lacus partem, quæ eſt inter Turbulas & Ponalis oſtium, ſuis aperuit, ut nonnihil frumenti, quod mercatores eo convexerant, per montis anfractum, qua fluvius ipſe in lacum præcipitatur, gradibus in hunc uſum vivo ſaxo exciſis, in aſperos montes primo, inde Brixiam ſit humeris deportatum.

Sed dum hæc in Gallia geruntur, ex legatorum, qui in

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1439 in Hetruria & in Picœno erant, literis cognitum eſt de fœderis renovatione. Quæ quum in Senatu eſſent recitatæ, ferunt ipſam fœderis formulam variis animis pro cujuſque ſententia exceptam. Multi quidem fremere, atque identidem admonere: *Viderent illi qui eam rem tantopere probarent, ne fraus aliqua fœderibus ineſſet: nihil ſibi placere, quæ Florentini in conditionibus illis affixiſſent: tutius videri, vel iniquiſſimam a Philippo pacem, ſi impetrari poſſit, accipere, quam rem Venetam in diſcrimen aliquod conjicere*. Moverant Senatum hujuſmodi querelæ: videbanturque plurimi pedibus in ſententiam ituri, ut pro infecto haberetur fœdus, quod noviter cum Florentinis & Sforcia eſſet ictum; niſi labantes Patrum animos graviſſima Principis oratio confirmaſſet, quo Senatum ſuæ primo levitatis admonuit, quod fœderis diu exoptati ita leviter pœnitere cœpiſſet: *Nec eſſe cur inſidiæ ullæ a Florentinis metui deberent, quod in apertum belli diſcrimen ſeſe ob rem Venetam conjicerent: quin eos potius beneficii non immemores exiſtimari oportere, quippe qui Philippum hoſtem, Venetorum auxilio olim ſuis cervicibus repulſum non ignorarent: Eſſe igitur hoſtimentum illud, non fraudem: Caverent ne eam retinendi imperii occaſionem, potius divinitus quam humana ulla ope aut conſilio oblatam, leviter amitterent: Videre ſe velut ea quæ oculis videntur, aut una illa via, quæ in ipſo fœdere oſtenderetur, aut nulla alia rem Venetam tam adverſo tempore ſiſti poſſe: Irent, & ſi publicæ ſaluti conſultum vellent, ea fœdera amplecterentur, quæ non ſolum præſens auxilium, ſed gradum quoque ad victoriam ſecum eſſent allatura*. Ita vehemens fuit Principis oratio, ut, mutatis ſubito animis, omnia quæ legati egiſſent, pro ratis habenda cenſuerint; curarint etiam, id publicum decretum aureis ſignis munitum Florentiam & in Picœnum deferri. Conflant ad hæc Patres pecuniæ vim ingentem, cujus partem immodicam Sforciæ ex fœdere deſtinant. Mittuntur & qui tota Italia militem conquirerent, Chriſtophorum & Joannem Tollentinates accerſunt: ii navibus (quia ob Ravennæ

Geſta in Senatu de fœderis renovatione.

næ defectionem terreſtri itinere non poterant) Clodiam 1439
ſunt delati. Dum hæc Veneti expediunt, Picininus ad Atheſim copias admoverat, cui eas trajicere paranti Andreas Donatus, qui Florentia reverſus Patavium Prætor miſſus fuerat, & Hieronymus Contarenus cum ſubitario milite adverſa ripa ſe objiciunt. Gonzaga interim duodetriginta galeones, quos apud Hoſtiliam inſtructos habuerat, per Tartari fluminis hoſtium, ejus alveo ad hoc ipſum laborioſe aperto, in paludes quæ inter Leniacum & Padanos aggeres jacent, traduxit. Nec alveo ſolum purgato opus fuit; ſed uligine etiam, quæ amnem ipſum paludeſque interjacebat, defoſſa, vadum navibus in Atheſim aperuit. Duobus locis fluvius, ruptis aggeribus, tertiam fere ſui partem in ipſas exonerabat paludes, ad Caſtagnarium vicum, quadraginta infra Leniacum ſtadia, & ad locum, cui *Maloperæ* nomen eſt. Sed Veneti ea loca, jam antea objectis molibus, obſtruxerant, lintriumque multarum ac celocium claſſe ad ea tutanda Marino Contareno & Lodovico Molino Præfectis appoſita. Primi igitur hoſtium conatus circa Caſtagnarium fuere: quibus obſtructum vadum refringere parantibus, Molinus Contarenuſque ferociter occurrunt: contractoque certamine, hoſtis, quum ſe parum profecturum videret, cerneretque ulteriorem ripam ab iis inſeſſam, quos Donatus tumultuoſe eo traxerat, pauca quædam ſub ſolis occaſum ad oſtentationem conatus, intempeſta nocte inde profectus, ad Maloperæ vada annavigavit. Hic nullo prohibente, vadi munitionibus refractis, octo galeones Atheſim ingreſſi ad mille viros, quorum plurimi inerant ſagittarii, in ulteriorem ripam expoſuere. Donatus, contempta hoſtium paucitate, quos utique non ignorabat, facile a ſe opprimi poſſe, ut in hoſtes commodius pugnaret, paululum infra Baldum pontem jacere ſtatuit. In quo ponendo dum occupatus eſſet, interim in hoſtes, qui trajecti fuerant, Tybertis Brandolinus cum trecentis equitibus, quos habuit, ferociter impetum fecit. Ipſi quoque claſſis ductores hoſtem ſecuti, medio flumine cruentam pugnam edebant, qua

Con-

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODËR (2018)

1439 Contarenus tragula ictus fortiter dimicans occubuit. Brandolinus quoque grave in dextro crure vulnus accepit. Hostes hinc quoque, desperato transitu, profecti, ad Sanguinetum se receperunt, inde in Bussetum fluvium transiere: ubi sex millibus agrestium adhibitis, fossam ad Athesim ducere adorti sunt, quam quum noctu nonnunquam Veneti milites lintribus trajecti oppleviſſent, mutato consilio, aliam viam non multum diversam ingressi, veterem Panegi fossam purgare cœperunt. Quod opus ne (ut aliud nuper intermissum) a Veneto impediretur, ad Anglarium rus, duo passuum millia ab Leniaco Veronam versus, castra posuere. Fossa itaque ex Panego in Athesim deducta, suos galeones in flumen hostis transmittere cœpit.

Marini Contareni mors.

Sed dum hostium classis ad Maloperæ vada fuit, Veneti Darium Maripetrum non suffragiis, sed (quia maturato opus fuit) extra ordinem classis imperio præfecerunt. Accersitus Mellita ex Penetra, cum octo equitum millibus, & sex peditum affuit: alii copias ipsas dimidio fere extenuant. Venerat Maripetrus Leniacum cum quinque & triginta galeonibus, ex ea classe assumptis, quam ex Pado Clodiam jussu Patrum nuper reductam diximus. Statuerat Picininus æneas machinas circiter quadraginta in Athesis ripa: idque ad Molini classem deterrendam, quo minus naves, quæ superiore parte per Panegum & Veterem fossam in flumen trahebantur, impediret. Ea intuitus Mellita, extensis adversa ripa copiis, Maripetrum & Molinum admonet, ut statim in superiora fluminis ducerent: hostes, nisi classis objiciatur, inscio se, vel potius invito, transmissuros. Paruit Molinus, atque cum sua classe & quinque ex Darii galeonibus, qui eum secuti sunt, stationes hostium ac Panegi ostium evasit. Ferunt ex galeonibus unum hostium tormentis confossum in illorum potestatem venisse. Quo viso, nullis hortationibus Darius adduci potuit, ut Molinum sequi vellet. Venetorum metu animadverso, confestim

festim Picininus machinas, sedibus primo hostium adventu sublatas, in proprias bases reponendas curavit: atque hinc Dario, inde Molino incertis, quid agendum sibi esset, nec divisa classe congredi audentibus (crebros tormentorum ictus uterque imprimis declinabat) hostes per ocium suas in Athesim naves traduxere. Tum territi, qui in adversa ripa steterant, inimicæ classis impetu non expectato, fuga dissipati diversi abiere: multi Mellitam, sed plures Donatum turpissimæ illius fugæ auctorem tradunt: sed duo faciunt, ut citius credam, apud Venetum culpam fuisse, & Pasii Ariminensis auctoritas, qui scribit, mandatum Mellitæ fuisse Donati nomine, ut relicta fluminis ripa, in tutiora se loca cum copiis reciperet, & quod non multo post a populi Advocatoribus eo nomine diem illi dictam reperio. Qui tradunt Donati jussu Mellitanas copias ripæ præsidio decessisse, Christophorum Tollentinatem, ajunt, cum sua equitum ala Veronam missum: Tybertum Brandolinum cum eo equitatu quem habebat, Montagnanum: Joannem Christophori fratrem, Vincentiam: Mellitam ipsum cum reliquis copiis ad Aponi balnea consedisse. Hostes, Athesi superato, adorti pontes, sub primum impetum occupavere: in qua expugnatione Caroli Gonzagæ, juvenis impigri, opera clare enituit. Est Leniacum velut in duo oppida divisum, quæ ponte flumini imposito junguntur: pars quæ ad orientem solem spectat, Portum vocant. Hanc hostis adortus modico negocio in suam potestatem redegit: circa reliquum magis laboratum. Clodiensium præsidio erat locus initus, quorum fida ac strenua opera, ut semper alias, tum maxime illis ipsis diebus ad Maloperæ vada Veneti usus fuerat. Aderant & Fœdericus Contarenus, & Petrus Quirinus cum aliquot aliis Patricii ordinis. Quidam pro Petro Quirino Andream Mocenigum habent: fueruntque hi missi ut locum præsidio retinerent. Sed quemadmodum evenire solet, ut neque consilio neque ratione for-

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1439 fortuna ſemel inclinata ſiſti poſſit, factum eſt, ut ſubita oppidanorum deditione ipſi cum Clodianis in hoſtium poteſtatem venerint. Leniaco recepto, Picininus & Gonzaga in Vincentinos ac Patavinos fines irrupere: ad Baldum aliquandiu laboratum: inde, eo capto, miro victoriæ curſu Leonicum cepere, Brendolam, Monticulum, Arcinianum, Monturſum cum Dreſini valle, & ea quæ Agni dicitur. Montanorum quoque nonnulli deditionem fecere. Sed hæc fere omnia Vincentinorum ſunt. In Veronenſi Suavium & quicquid fere ejus terræ reliquum erat, in hoſtium poteſtatem conceſſit. Quo tanto rerum ſucceſſu elatus Picininus, Veronam caſtra admovit, quo & Gonzaga cum omnibus copiis venit. Erantque in hoc ſtatu circa Atheſim res Venetæ, quum ad Benacum aliquanto meliore eventu eſt pugnatum. Forojulianus Italus Salodii cum equitatu non parvo, ſed majore omnino peditatu erat, & Gibellinæ factionis Brixienſes cum eo plurimi: his copiis fretus ille, Materno, Penetra, Turbuliſque Venetum dejicere ſumma ope nitebatur. Aderat Petrus Advocarus cum Guelphorum multitudine ad prohibendos hoſtium conatus. Ad Maternum itaque (nam id quoque oppidum tum Venetorum fuiſſe reperio) atroci prælio concurſum eſt. Zenus qui Venetæ claſſi præerat, tam proximo pugnæ loco naves applicuit, ut navales milites terreſtri acie in hoſtem dimicarint. Pugna a tertia diei hora ad veſperam eſt protracta. Inde dum ſenſim ſuos a prælio Italus revocaret, perque anguſtam ſemitam lacui prominenti clivo objectam accurate militem traduceret, Zenus ex ipſis navibus aſſiduo telorum jactu expoſitum hoſtem & injuriæ opportunum vehementer inceſſebat. Urgebat interim Advocarus extremum agmen, multaque cæde retardabat. Tum hoſtes ipſi a tergo & a latere multitudine telorum afflicti, ſolutis ordinibus, fugam capeſſunt. Inſtat victor Venetus, multos trucidat, multos quoque vivos in ſuam redegit pote-

Picininus & Mantuanus Princeps multa oppida Vicentini & Veronenſis agri Venetis adimunt.

Ad Benacum terreſtri prælio proſpere pugnatur.

poteſtatem. Ingens agreſtium cædes eſt edita: quadringenti & amplius capti, in quibus illuſtres viri circiter quinquaginta fuere: Italus umbra noctis uſus, Salodium ſe trepide recepit. 1439



BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

IN LIBRUM QUARTUM EPITOMA.

SForcia per Flaminiam & Ferrarienſes Clodiam primo, inde in Patavinum agrum validiſſimas tranſmiſit copias: Mellita cum Sforcia caſtra contulit: Venetus exercitus per montes actus Veronam præſidio levavit: Piciniuus cum omnibus copiis ſe ultra Atheſim recepit: Veneta claſſis ad Benacum deleta eſt: Picininus in Ludronia valle nocturno eſt prælio ſuperatus: Sforcia hoſtes ad Thenium ingenti prælio vicit: Picininus & Mantuanus Princeps Veronam, præter arces, furto occuparunt: Verona triduo poſtquam amiſſa eſt, a Sforcia eſt recepta: Commeatus media ferme hyeme per montes eſt Brixiam importatus: Mellita in morbum incidit: Picininus in Hetruriam adverſus Florentinos tranſiit.

M. AN-

M. ANTONII SABELLICI, RERUM VENETARUM AB URBE CONDITA, DECADIS TERTIÆ,

LIBER IV.

MOverat interim ex Picæno Sforcia, multique cum eo viri fortes, in quibus Alexander, Joannes & Leo ejus fratres, Rubertus Severinas, Dominicus Malateſta, Lodovicus Hadriæ Dux, cui filiam in uxorem Sforcia deſponderat, Franciſcus Ortonius, ac plerique alii viri militari gloria inſignes. Ex Æſio, quo edictum erat omnibus ut convenirent, Fortunæ fanum, atque inde Arimínum petiere. Hic dum circa ſigna cæteri frequentes eſſent, unus Guido Faventinus defuit, qui diverſarum erat

1439 *Sforcia per Flaminiam & Ferrarienſes Clodiam primo, inde in Patavinum agrum validiſſimas tranſmiſit copias.*

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODËR (2018)

1439 partium factus. Quod ubi ille exploratum habuit, aliquandiu anceps ſtetit, incertus quo primum ſe verteret: videbat id Philippi conſilio factum, ut ſuum in Galliam tranſitum per norum hoſtem retardaret. Sed ut præſenti erat conſilio, nihil ad inſtitutam expeditionem æque attinere ratus, quam (ubi armis ad Venetos veniendum erat) ſi Ravennam & Forum Popilii hoſtibus ademiſſet, quibus receptis, compendioſiſſimum ſibi iter in Galliam aperiretur, Popilinenſes adortus, poſtridie quam eo caſtra admoverat, ad deditionem compulit. Inde dum forte Ravennam duceret, ecce trepidiſſimis affertur nunciis, hoſtes, Atheſi ſuperato, quicquid citra ultraque flumen Veneti tenuiſſent, præter Veronam & Vincentiam, propemodum occupaſſe: Veronenſes ad id arcta premi obſidione: Paduæ & Vincentiæ, ejectis præſidiis, tumultuatum: periculum eſſe niſi properet ire, ne omnia in hoſtium poteſtatem ſubito concederent. Sed quod ad duarum urbium tumultum attinet, id militum culpa accidiſſe ajunt, qui nimia licentia peccantes, furta paſſim & rapinas in miſeros cives non aliter quam in hoſtes bello captos edere auderent. Patavini injuria adacti, quum ad arma concurriſſent, mox Prætoris interventu impetum tenuere. Vincentini & ipſi ſimili cauſa conſternati, ejecto præſidio, ſuam in Venetos fidem prædicantes, haud ſibi externis armis opus eſſe dicere, ſatis ſuperque conſtantiam ſuam Patribus notam eſſe: his munimentis urbem ipſam adverſus omnes hoſtium impetus tutiorem, quam ullo mercenario præſidio futuram. Laudati ſunt vehementer Vincentini a Mellita, qui ſub primum affuit tumultum, hortatique ut in antiquo ſtudio & fide permanerent: permiſſum eſt, ut ſuis viribus, quemadmodum poſtularent, urbem tuerentur. Hujuſmodi nuncii omnino auditu, quam re atrociores, effecerunt ut, mutato conſilio, continuo Sforcia, flexo a Ravenna curſu, ad Roncanum pontem citato agmine duxerit. Inde Guidone & Franciſco Picinini filio intra Forilivii mœnia cum numeroſo equitatu compulſis, quinto poſt die quam eo venerat, inde digreſſus, ſextis caſtris

ſtris per Bononienſes Bondomium venit. Hinc ſecundo 1439
Pado impedimentis Clodiam miſſis, per Ferrariam patentibus portis Gorium ſe contulit: ex Gorio mox Hadriam tranſiit, unde proximus ſinus Hadriacus primo, inde Hadriaticus nominatus eſt. Fuit id Thuſcorum oppidum, atque diu præpotens. Verum nos hæc ideo admonuimus, ne ab Hadria quæ in Picæno eſt, nomen mari inditum crederetur. Florentiſſimum hunc exercitum omnium ſpe celerius Venetæ opes in Patavinos fines traduxere quatuor ingentibus vadis, quibus erat tranſmittendus. Multis ſiquidem locis tractus ille littoralis, aut fluviis in mare emittentibus, aut maris æſtu perrumpitur. Ad Gorium primo ex fluminibus Padi unum ponte ſuperatum, quem duo & triginta longiores ſcaphæ anchoris fundatæ expleverunt: ſtrata erat aſſeribus pontis longitudo tenui ſabulo deſuper aſperſa; perticæ hinc inde affixæ, ne motu pontis equi perterriti in ſubjectas aquas præcipitarentur, erantque ad illius præſidium duodecim naves ad pugnam inſtructæ, quæ, ſiquis ſuperiore parte fluminis ab hoſte impetus factus eſſet, pontem ipſum ab injuria tutarentur. Ferunt his locis Sforcianos pro prodigio habuiſſe, & quod Padus ita repente intumuerit, ut parum abeſſet quin, aggeribus refractis, caſtra, quæ non procul ab ipſo flumine metati fuerant, ſubita inundatione demerſerit: & quod vis ingens ſerpentum ipſa militum tabernacula circumſederit. Alterum vadum ad Fornaces, quatuor & quadraginta intres arctiſſimo nexu junctæ exhibuere. Hic locus quia hoſtium inſidiis aliquanto opportunior fuit, duodecim galeones armis & propugnatoribus inſtructos habuit; centum ad id ſagittarii pontem præſidio tenuere. Tertius ad Atheſis oſtium circa Foſſiones quaternis vicenis ſcaphis 1440
eſt compactus: quo ſuperato, ſecus maris littora ad Brundulum copiæ ſunt traductæ. Hac quoque trajectus exercitus: quia ampliſſimum erat vadum, pons omnium longiſſimo nonaginta navibus expleto. Hinc ad portum, quem Clodia Venetias verſus habet, Sforcia progreſſus, trecenta navigia ad convehendas in continentem copias

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1440 parata offendit : quibus eques cum omni multitudine peditum exceptus per ſtagna, quæ ipſum mare ac continentem interjacent, ſecunda aura cœptus eſt devehi. Jucundum erat multis, atque ipſi duci imprimis, terreſtribus expeditionibus, non maritimis aſſueto, ſpectaculum, trecenta eodem tempore volitantia videre vela: mille ad hæc minora navigia omnium promiſcue ordinum hinc inde circumfuſa, quæ cum officii cauſa, tum videndi ſtudio illi obviam proceſſerant. Aderant & qui publico nomine ipſi duci fœlicem gratularentur acceſſum, amplaque ei munera deferrent. Ad Conchas, Patavini agri locum, expoſitus in terram exercitus, ubi ſex millia ducenti ac quatuor ſupra quadraginta ſunt equites cenſi, pedites mille & ſexcenti. Qui numerum extenuant, quatuor equitum millia, ac duo peditum fuiſſe tradunt. Sforcia ubi copias in continentem expoſuit, nihil antiquius habuit, quam Mellitanas copias, & ubicunque Venetarum virium aliquid eſſet, in unum contrahere, ut quam primum in hoſtem dimicaturus moveret. Nec Mellita, audito Sforciæ adventu, multum deſedit: ſed poſtridie quam appulſum erat, cum duodecim millibus equitum peditumque præſto affuit. Quidam auctores ſunt, in Colonienſi agro ipſos duces caſtra contuliſſe, ubi recognito exercitu, quatuordecim equitum millia, atque octo peditum in Venetis ſint caſtris numerata.

Mellita cum Sforcia caſtra contrahit.

Sed dum hæc in hoſtes comparantur, Brixienſes fame, peſtilentiaque non minus quam aſſiduo hoſte domiti. Nam Italus cum duobus millibus ad hoc ipſum relictis, ita aſſiduis incurſationibus urbem vexabat, ut parum meliore eſſent conditione, qui in urbe erant, quam antea fuiſſent; quum a Picinino & Mantuano Duce obſidebantur. Victi itaque tot malis cives feciſſent tandem deditionem, ni Barbarus eam rerum omnium difficultatem mira providentia ſuperaſſet. Nullam ajunt artem excogitari potuiſſe ad miſerorum civium animos in fide & ſpe continendos, quam ille maturo tempore non adhibuiſſet: ita ut ſupra fidem ſit referre, quibus modis ad alendum præſidium pecunias

Franciſci Barbari Brixianorumque obſeſſorum mira conſtantia.

hinc

hinc inde abraſerit (ab urbe ſtipendium nullum, itineribus 1440
inſeſſis, mitti poterat) parique conſilio & induſtria montium incolis, Petri Advocari uſus opera, nuces, rapa, caſtaneas, aliaque frugum genera ad levandam famem expreſſerit. Et illud pene incredibile dictu, quotiens ſit hoſtem hæc fingendo, illa diſſimulando ludificatus: qua patientia gravem in tanta rerum penuria tulerit multitudinem. Nullius congreſſum aut colloquium evitare, ne illorum quidem, quorum domum ſciebat peſtilentia laborare, quum ipſa interim lues ita in miſeram graſſaretur civitatem, ut ſeptuaginta pene quotidie efferrentur funera. Omnibus horis ad eum patebat acceſſus: prandebatque in aperto, nec in ejus menſa alius panis ea temporum difficultate conſpectus eſt, quam hordeaceus, aut furfureus, triticeus nunquam. Ferunt & calones nonnunquam in urbem pro frumentatoribus induxiſſe ſaccis palea aliave materia refertis, atque hoc ipſum ad novi commeatus ſpeciem civibus oſtendendam. Et in propugnaculis ſagittas quaſi extra urbem miſſas clandeſtine affixit cum literis, quibus cives ab aliquo publico aut privato hoſpite, qui in caſtris eſſet, moneri viderentur: Caverent ne ab hoſte ſpem veniæ, quæ ab illis prætenderetur, ullam ſperarent: Stetuiſſe eos, ſi Brixia quandoque potirentur, eam funditus evertere, civeſque ad unum cum liberis trucidare. His artibus ille commiſſam urbem non ſolum tuebatur, ſed ita ſane conſecutus erat, ut Pater patriæ vulgo a Brixienſibus diceretur. Demum ſub Advocari reditum montanis fretus auxiliis, caſtella quorum ad Crucis unum, alterum ad Mompejanum fuit, ſubito incurſu oppreſſa demoliendæ curavit. Eo ſucceſſu erecti Brixienſes (Italus enim jam antea ad Caſtanedulum ſtativa habebat, ut quam longius poſſet, peſtilenti cœlo abeſſet) conſtituerunt Salodium oppugnatione tentare, rati fore, ut Veneta claſſe aquis ingreſſente, ſi a continenti & ipſi locum aggredi adorti eſſent oppugnatione, vi aut voluntaria deditione Salodienſes ad imperium retraherentur. Gavadum itaque convenere Thaddæus Æſtenſis cum equitibus trecentis, quos reliquos ex

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1440 ala illa, quæ ad Brixiæ præſidium cum eo relicta fuerat, Petrus Advocarus cum montanis trecentis, & Theoſalvius cum ſex mercenariorum centuriis. Italus, explorato hoſtium conſilio, Fœlicianum conceſſit: in quem Brixienſis ferox confeſtim impetum fecit. Ille vero, ſignis ocyus illatis, contracto ſub mœnibus oppidi prælio, quum ab ortu ſolis ad meridiem paribus animis utrinque pugnatum eſſet, Venetus feſſus & reliqui pugna ſenſim excedere cœperunt. In eos pedes referentes tantus eſt impetus ab hoſte factus, ut ſolutis ordinibus, vi coacti ſint dare terga. Thaddæus, paucis amiſſis, perpetua fuga in Pedemontanos abiit: unde non multo poſt cum copiis, quas ex Bergomo Barbarus ſubito accerſiverat, ne aliqua major clades adiretur, Gavardum reverſus, præſidium quod hoſtes ad Euphemianum habebant, expugnavit.

In hoc ſtatu Brixienſium res erant, quando Sforcia, junctis, ut dixi, cum Mellita copiis, in hoſtem movit. *Verona premitur.* Premebant illi interim Veronam, mœniaque bellicis operibus quatiebant. Explorato igitur eorum numero, factique de Sforciæ adventu hoſtes certiores, machinis impedimentiſque ſubito in Mantuanos miſſis, ſolutaque obſidione, cum omnibus copiis Suavium abiere. Eſt id Veronenſis agri oppidum. Hic illi foſſam in ſubjectas paludes ad Atheſim attinentes quinque paſſuum millia a Suavio ductam tenebant, obicibuſque & propugnaculis munitam. Qua defenſa, apparebat, Sforciam ab omni ope Veronæ, Brixiæ, & Bergomo ferenda excluſum iri. Ille interim Leonicum acri oppugnatione adortus, ante noctem vi capit, captumque militi (ut Paſius ſcribit) diripiendum tradit. *Leonicum capitur.* Blundus plurimis certaminibus oppidanos fruſtra tentatos ait, locumque pertinaciſſime defenſum: atque ubi Petrus Brunorus, Troilus, uterque Sforciæ chariſſimus, hic tragula, ille plumbea glande graviter vulnerati occubuiſſe crediti ſunt, tum ducem ipſum ira accenſum, totis viribus incubuiſſe, eo conſilio, ut captum vi oppidum non ſolum diriperet, ſed funditus etiam everteret: ac tum demum a Leonicenis deditionem fa-

factam, omnique ob id injuria temperatum. Hoſtium 1440
munitiones haud multum a Leonico aberant; nec, dum hæc in conſpectu fierent, illi aliquid movere ſunt auſi. Eo oppido recepto, Sforcia quadrato agmine in hoſtium duces ferociter movit, aciem in eorum conſpectu circa Suavium explicat, facitque eis pugnandi copiam: ſed quum ante novam lunam dimicari non oportere reſponderetur, expreſſa hoſtibus metus confeſſione, ad Vincentinorum oppida recipienda ſe convertit: quorum non pauca, propoſita impunitate, brevi recepit. Sunt qui ſecundum hanc expeditionem, & non antea, caſtra ad Suavium admota dicant, ac tum demum, cæteris amiſſis, eum locum, velut omnium opportuniſſimum, hoſtem inſediſſe, ut undequaque verſum Sforcia Veronam ire ſtatuiſſet, ille ſe ex propinquo objiceret. Et quia foſſa ad paludes uſque deducta, ſine multa cæde iter ſuis ea parte patere non poterat, per montes Veronam ducere Sforcia & alii ſtatuere. Ad Roneam igitur oppidum, quod *Divi Joannis* dicitur, prius caſtra admota ſunt, quam quid conſilii Veneti duces cepiſſent, Picininus reſciviſſet. Tollentinas & qui Veronæ præſidio erant, facta repente eruptione, quod facere per internuncios juſſi erant, ex munitionibus, quas circa urbem Philippi duces erexerant, aliquot incenſis, duas vi captas ſuo firmant milite. Interim Sforcia, admotis ad Roneam copiis, cum Picinino circa præſidia, quæ ille aliquanto antea in prominentibus jugis firmarat, acri prælio pugnavit. Primo congreſſu turbatæ ſunt Sforciæ cohortes: mox vero, Troilo & Nicolao Piſano cum robore equitum in hoſtes immiſſis, æquatum eſt certamen; & quum, neutro adhuc inclinata acie, ſub noctem Picininus Suavium cum copiis ſe recepiſſet, ſine alio majore certamine Sforcia in montes, qui Veronam uſque protenduntur, evaſit. Venetis igitur juga montium tenentibus, circumegit aliquandiu copias Picininus, ut oppida, quæ proximis collibus occuparat, præſidio protegeret, pugna tamen omnino abſtinuit, nam præterquam quod Sforcia nullum ad inſidias locum reliquum fecerat, aliquanto bellato-

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1439 latorum numero præstabat. Blundus, qui mercenarios tantum milites recenset, quatuordecim armatorum millia in hostium castris fuisse ait, in Venetis sexdecim, multitudinem ad hæc tyronum in utrisque ingentem. Veronam ingressus Sforcia, haud intra mœnia desedit: ad tertium lapidem ab urbe Hostilienši via castra metatus est. Sunt qui in campo Martio, qui mœnibus urbis adjacet, castra habita dicant, atque ad primam superandi Athesis mentionem, Picininum, qui interea circa Porcilium consederat, subito flumen transmisisse, abiisseque cum omnibus copiis Vigasium in Mantuanis finibus. Tum Sforcia retro conversus Suavium obsidione cingit: quo recepto, paucis diebus omnia citra Athesim loca, præter Leniacensem portum, recepit.

Græcorum unio cum Romana Ecclesia.

Dum hæc circa Veronam geruntur, secuta est Græcorum illa cum Romana Ecclesia unio: quæ res pertinacissimis disceptationibus Ferrariensi conventu jactata, divino juvante Spiritu, de cujus Processu summa erat quæstio, optimum sortita est exitum. Ita nanque compertum est, ut in eo quo duæ gentes omnium aliarum peritissimæ dissentire videbantur, idem omnino sentirent, verum diverso verborum ambitu. Receptis, ut dixi, omnibus citra Athesim oppidis, quæ hostis occuparat, Veneta castra Benacum versus sunt promota, Bardolinumque oppugnatione tentatum. Siquidem omnia Sforciæ & aliorum consilia eo spectabant, ut sibi aliquo modo lacum apertum rederent: qua sola ratione apparebat, Brixiensibus subveniri posse, qui pestilentia & fame jam propemodum in ultimum erant discrimen adducti. Nam præter cladem illam, quæ in urbis oppugnatione fuerat accepta, quinque hominum millia pestis illa teterrima miseræ civitati ademerat. Fames ad hæc aliquanto atrocior quam antea incubuerat, rapis, leguminibus, quibus aliquandiu inedia levata fuerat, deficientibus. Rumor igitur erat, urbem ipsam tot malis brevi post cessuram, nisi, aperto lacu, primo quoque tempore commeatus & præsidia illi mitterentur. Et quia hostium classis aliquanto Veneta validior erat,

erat, non ausus est Zenus, suis ad Bardolinum sedenti- 1439
bus, naves oppido admovere: quo accidit, ut ubi Sforcia se nihil profecturum vidit (quoniam oppidanis auxilia aquis subveherentur) soluta obsidione, inde abierit. Quia igitur parum id processerat, Cavalcabos, Guerrerius Martianus, & Joannes Comes, Romani sanguinis, cum equitibus mille & peditibus trecentis, præter Arcum & Thenium ad Brixiam commeatu & præsidio sublevandum sunt missi. Hi per Sabienses in Pedemontanos delati, statuerunt equos montium asperitate fessos in herbido loco prius reficere, quam urbem ingrederentur. Ceperat interim consilium Barbarus, hostilis classis partem, quæ ad Salodium erat, comburere, Thaddæo Æstensi cum Andrea Valerio & Andrea Leone eo missis. Zenus quoque navium Præfectus monitus est per literas, ut ipse maturo accessu adesset, remque fortiter gereret. Picininus & Gonzaga, hostium consilio explorato, ex Vigasio clandestine cum equitibus ducentis profecti, per Piscariam ad Fœlicianum delati, se Alovisio Severinati & Italo Forojuliano junxerunt: quibus se cum omnibus copiis sequi jussis, Venetum equitatum qui in Pedemontanis adhuc stativa habebat, impetu repente facto, impedimentis exuere, nonnullisque ad id equitibus interceptis, cæteros in urbem trepide compulerunt. Inde ad eos opprimendos conversi, quos ad lacum missos audiverant, tripartito moverunt. Severinas in naves impositus jubetur aquis rem gerere: Italus Madernianos montes cum pedite invidere: Gonzaga & Picininus via, quæ montes ipsos a lacu dividit, equitatum ducere. Tum hostium classis Venetam repente adoritur: concitat Æstensis ex continenti turmas, ut suis laborantibus auxilio adsit: tum a vertice & a latere hostes coorti, in Venetos cum clamore irruunt. Thaddæus tot difficultatibus circumventus, suos quanta potest vi tutari contendit. Sed tantus ab initio pavor cæteris injectus est, ut nullo ferme loco nisi cir[illegible] Æstensem sit hosti repugnatum. Momento itaque temporis classis, & qui in continenti erant, ab hoste oppressi sunt. Erant Veneto tri-

Veneta classis deleta.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1439 triremes duæ, celoces quatuor, ſex galeones, & ganzariolæ ſeptem: quarum duæ, conſerta pugna, ab initio dilapſæ, Turbulas trepida ſe fuga recepere: reliqua claſſis cum ipſo Zeno Præfecto in hoſtium poteſtatem venit. Capti ad hæc Thaddæus cum Valerio & Leone legatis. Acceſſit ad eam cladem, quod & Madernianam arcem poſtridie, quam ita infœliciter eſt pugnatum, hoſtis occupavit. Ferunt, rem diu antea a Sforcia prævisam, monitoſque ſæpius ab eo Patres, ut ſupplementum in lacum mitterent: fore, ut niſi id mature facerent, claſſis illa, quam ad eam diem paratam habuiſſent, hoſtibus paulo poſt prædæ eſſet. Ipſe vero Turbulas Penetramque (ne ab hoſte victoria elato, ſubito incurſu opprimerentur) valido præſidio firmavit. Ea clades Venetias allata ingenti mœſticia Patres affecit: verum ne ob id animum remiſiſſe viderentur, continuo novam claſſem decrevere, diverſa tamen ratione ab illa priore ad Benacum ſtatuendam: ut ſoluta videlicet materia ſexcentis plauſtris Turbulas conveheretur, ubi velut navali quodam aquis proximo triremes octo texerentur, totidem galeones, ac celoces quatuor. Omnes Veneti navalis opifices ad opus ſubito conficiundum deſtinati: claſſis imperium Stephano Contareno demandatum; ac ſingulis triremibus ſinguli patricii præfecti. Miſſum ad id ſtipendium in caſtra in aliquot futuros menſes, miſſa ex tyrone ſupplementa, & commeatus vis ingens.

Nova exſtruitur claſſis.

Hæc tota fere æſtate illa geſta. Venerat jam autumni tempus, qui per ſe morbificus tertiam ferme exercitus partem paucis diebus febre implicuerat: quapropter Sforcia Gebetum cum omnibus copiis conceſſerat. Hoſtis ad Vigaſium nihilo incolumiore exercitu ſtativa habebat: præter febrem atrox quoque peſtilentia caſtra illa fuerat adorta. Patres, quos Brixienſium periculum torquebat, ea cura velut cunctarum maxima, animis hærebat: quæ eo major per eos dies inceſſerat, quo in majorem deſperationem fama amiſſæ claſſis eos adductos exiſtimabant. Mittunt ad Sforciam, qui publico nomine rogarent, ut priuſ-

priuſquam in hyberna, quorum jam tempus appetebat, 1439
miles dimitteretur, commeatu ac præſidio, ſi fieri poſſet, fideliſſimam civitatem levaret: & ut ea, quæ a tergo Sforcia reliquerat, tutiora eſſent, ſtatuunt Patres Atheſim ad quartum ſupra Leniacum lapidem, purgata veteri foſſa, derivare. Quo facto conſtabat fore, ut aquis longe lateque ſtagnantibus, Patavinus ager, Vincentinus ac Veronenſis, qui citra flumen erat, ab omni hoſtium ſervaretur incurſu. Allaturam ad hæc rem ipſam commoditatem maximam Veronam uſque navigandi. Quatuor foſſorum millia ad id opus deſtinata dicuntur. Contarenus interim (quia navium arbores tam longis itineribus perferri non poterant) in caſtra primo, inde in Tridentinos montes tranſgreſſus, ſylvas inſpecturus, ſi quæ arbores tantæ proceritatis eſſent, ut ad eum uſum parari poſſent, adhibitis ad id cognoſcendum peritioribus fabris, conſtitit inter omnes, non ſolum malos, ſed omnem etiam multarum navium materiem nemus ipſum affatim præbiturum. Accerſiti eo præter aliam multitudinem, fabri lignarii ſexcenti. Picininus qui ea parari reſciverat, ut aliquo modo hoſtium conatibus iret obviam, prima noctis vigilia, Ripa oppido, quo ſe clandeſtine contulerat, profectus, via ſecundum Benaci littus aperta, qua venturum haud quiſquam ſuſpicari potuiſſet, triremem nuper reſarctam igni corrumpere tentavit. Forte accidit, ut Trojilus locum præſidio teneret, qui hoſtis impetum non ſolum ſuſtinuit, ſed conſerto etiam ferociter prælio, continuo pugam adæquavit. Picininus medio conflictu equo dejectus, trecentis eo prælio amiſſis, ægre ſervatus eſt. Re ad Sforciam delata, veritus, ne quod hoſtis infœliciter tentarat, majore poſtea niſu perficeret, placuit Mellitam locis ipſis præſidio eſſe: qui ubi eo profectus eſt, ad montes Ripæ imminentes ducentos circiter paſſus, materiem militari opere duxit duodecim pedum altitudine, latitudineque pene pari. Erexit & caſtellum in montis vertice ex eadem materia in novi ſpeciem congeſta, cum propugnaculis frequentioribus. Quibus locis modico præſidio

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODËR (2018)

1439 sidio retentis, apparebat naves, quæ Turbulis essent, quæque postea erant futuræ, ab omni hostium injuria servatum iri.

Dum igitur classis instruitur, & Athesis derivatio, mutato consilio, intermittitur, statuit Sforcia commeatum Brixiensibus per montes importare. Contracta igitur frumenti vi ad Turbulas & Penetram ingenti, confisus fore, ut prece aut precio montanos regulos deliniret, aut si minus id procederet, vi & armis locorum difficultatem superaret, cum tribus equitum millibus, & peditibus circiter mille ex omni numero lectis, Penetra profectus, ad Thenium quingentos ab oppido passus consedit. Curaverat ad hæc machinas aliquot comportandas, quibus (si ita opus fuisset) in oppidorum oppugnatione uteretur. Sed dum ille ad Thenium sedet, Philippi duces, qui, consilio hostium antea explorato, ad Ripam concesserant, Ludroniam vallem tumultuario milite insederant: qua occupata, cum peditibus octingentis & trecentis equitibus Picininus cum Severinate ad Thenii saltum insidendum relictis, qui occupata loca præsidio tenerent, citato agmine retro moverant. Insinuarant se interim ad caput lacus, qui in ea valle est, Martianus & Joannes Comes cum toto equitatu, tacitique in hostium adventum se ibi tenuere. Ubi vero eo Picininus & alii venere, Venetis in illos coortis, subitum est prælium commissum. Quo accensi Martianorum animi, certamine semel injecto, non solum per diem hostem distinuere, sed sub noctem etiam: & quia lux paulo post erat defutura, proximis domibus incensis, ad id lumen pugnam tam diu distraxere, ut fessus Picininus sensim prælio excedere cœperit: in quem pedem referentem tantus a Veneto milite jam spei pleno factus est impetus, ut continuo in fugam versus, toto equitatu ac peditum robore amisso, præcipiti cursu ad Ponalis juga (quæ Benaci undis eminent) delatus, a Teutonico (quem penes se ad hos usus habere solebat) per abrupta montium ægre sit servatus. Ubi vero ad subjectas lacus undas est ventum,

Picininus in Ludronia valle nocturno prælio superatus.

tum, tenui cymba ex proximo accersita, Ripam annavigavit. Severinas equitibus viginti comitatus, Madernum per asperos montes se trepide recepit: octoginta ex omni captivorum numero lecti Brixiam Barbari jussu perducti. Picininus haud quidem ea clade territus, Severinate ad se accersito, ad Thenii saltus occupandos confestim ire pergit. Jam enim vel per hostes transiturus Sforcia ad montes successerat. Est Thenium alto colle situm: ad lævam dextramque prærupti montes, quorum alter, qui dexter oppido est, castellum habet opere & natura munitum: qui e regione attollitur, sterilis omnino & magis præruptus. Hunc peditum robore hostis insedit: præter oppidum Carolus Gonzaga instructas equitum alas tenuit. Hæserat Venetus dux ad radices ejus montis, quem a pedite insessum diximus: videbatque, hostibus dextra lævaque sedentibus, sine ingenti certamine locorum difficultates superari non posse: & quum consilii anceps secum animo agitaret, qua vi per hostes sibi viam apperire posset, ecce novam inopinato cohortem a Ripa Thenium versus tendentem procul aspicit. Ratus ille reliquum copiarum quod Vigasii erat, eo ab hoste accersitum, confestim omnem equitatum cum Troilo in Gonzagam mittit: ipse deinde ad pedites conversus (ex quibus cohortem unam quasi prætorianam penes se habere solebat) verticem insessum illis ostendit: oratque simul, hortaturque: *Ut si eo honore, in quo apud se semper habiti essent, dignos videri cuperent, si pro suis in singulos beneficijs, quæ multa & ampla esse non ignorarent, parem sibi gratiam quandoque relatam vellent, si denique, ut fortes undique decet milites, strenuam operam, aut præclarum aliquod facinus aliquando coram se edere statuissent: ex illius diei pugna, & præteritæ & futuræ militiæ sibi gratiam omnem & laudem quærerent. Irent forti animo in hostem, quo pulso, non solum fidelissimam Veneto imperio urbem servarent, sed gradum etiam sibi facerent ad amplissimam victoriam.* Hæc ille; atque una in adversum jugum aciem explicat, ipseque imprimis brevi hasta nixus in arduum ten-

1439

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1439 tendit. Miles, quanquam lubrico & abrupto montis aſcenſu vix conſiſtere poterat, præſentia tamen & voce ducis adjutus clivum impigre ſuperat. Inde Sforcia ſuum Troilum cum equitatu circa oppidum pugnam ferociter cientem militibus oſtentat, hortaturque eos properare, atque ejus victoriæ palmam equiti præripere. Ipſe inde agili & rapido curſu ad crepidinem delatus, unde a ſuis & videri & exaudiri poterat, alacri voce Troilum, Nicolaum Piſanum, & alios appellans, hortatur jubetque hoſtium agmen cuneo perrumpere: jam ſe cum cohorte peditum hoſtes jugo ſummoviſſe. Ad pedeſtrem inde aciem converſus, dum ad eos concitandos properat, ecce, procul jam occupato loco, videt ſuos disjectum hoſtem per collis declivia præcipitem agere: tum lætis clamoribus atque haſtam quatiens, *Eja*, inquit, *fortes ſocii*, *inſtate*, *& timidum hoſtem*, *ne pugnam reparet*, *a tergo*, *a lateribus premite*; atque ita prælio altera parte defunctus, ad equitem hortandum redit. Hic recentis cohortis interventu aliquanto victoria laborioſior fuit: ſed ultima impreſſione a Sforcianis facta, quia jam allatum erat, præſidium ex ſummo jugo dejectum, quod unum effecit, ut fluctuare cœpiſſet hoſtium acies, captoque Cæſare Martinengio, qui medio prælio acriter pugnabat, ſummoti loco in fugam hoſtes palam ſunt acti: eos palatos Sforcianus miles victor inſequitur, multos obtruncat, multos quoque abjectis armis deditos capit. Poſt Cæſarem Carolus Gonzaga cum ducentis equitibus & peditibus trecentis in Venetorum poteſtatem venit. Credidit ab initio Sforcia, Picininum quoque a ſuis interceptum: qui ubi inter captivos non eſt relatus, quinque aureorum nummum millia propoſuit, ſiquis eum ex fuga retraxiſſet. Ille vero quum ſe trepide in oppidum recepiſſet, latuit per diem, ne ſi victor hoſtis reſciviſſet ſe Thenii eſſe, attentiſſima obſidione oppidum cingere perſeveraret, omnemque evadendi adimeret facultatem. Intempeſta igitur nocte pannis obſitus, pro lacero vulneribuſque confecto milite humeris extra oppidum delatus, averſis itineribus Ripam oppidum pervenit, quo

Sforcia hoſtes ad Thenium ingenti prælio vincit.

Picininus quomodo ſervatus.

quo magna equitatus pars ſe ex fuga receperat. Sunt qui 1439
dicant, eum ſacco obvolutum, ac pro vili ſarcina a milite in tutum deportatum. Poſtridie quam pugnatum erat, cinxit Sforcia oppidum obſidione: commiſſaque per eos dies quibus illa tenuit, leviora quædam prælia, in quibus Malateſta Cæſenæ Princeps, adoleſcens ſtrenuus, dum ferocius in hoſtem invehitur, eſt captus. Paſius Ariminenſis ait, poſt Thenianam pugnam Venetum ducem ad Ripam oppidum quadrato agmine acceſſiſſe, atque in tumultuaria pugna, quæ ibi commiſſa eſt, Malateſtam captum. Aleardus Veronenſis in ſuo ad Sforciam Panegyrico ait, Picininum poſtridie quam prælio exceſſerat, ſtructa acie, ad Veneta caſtra dimicaturum veniſſe. Cujus audacia eo magis terribilis fuit, quo recentiſſima pugna hoſtium opes magis ac magis acciſæ credebantur. Etenim facile ex eo apparuit, Sforciæ & aliis rem cum eo hoſte eſſe, qui neque victor neque victus quieſcere poſſet. Utcunque tamen res ſeſe habuit, ſatis convenit, per eos dies aliquid commeatus Brixienſes a Sforcia accepiſſe, fuiſſeque indies amplius accepturos, niſi Veronenſis clades, quæ per eos dies ſecuta eſt, ab ea expeditione Venetas copias avertiſſet.

Picininus eo ratione Veronam occupavit.

Agitaverant animo aliquanto antea Philippi duces, Civitatulam, quam urbs ad brumalem occaſum habet, furto occupare. Cognoverant eam ex gregario milite, Thetonici (ut Blundus ait) generis, qui per id tempus in ea ſtipendia facere conſueviſſet, negligenter noctu cuſtodiri. Paſius ex Mantuano quodam ait id eos reſciviſſe, qui proxima æſtate captus, penes Jacobatium Bononienſem præſidii præfectum aliquandiu fuerat, dum pecuniæ ad ſe redimendum exigerentur, atque interim libere per muros & munitiones vagatus, omnia per ocium exploraſſet. Jam antea, ut dixi, in animo erat id facere, ſed rem tantiſper differendam cenſebant, dum ab hyberna ab hoſte eſſet conceſſum, ut prius partes ſuæ Veronæ firmarent, quam ex ſtativis Venetus miles educeretur. Verum ubi rem eo adductam videre, quod jam Sforcia ſe invitis

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1439 Brixiam penetraret, ut eum a præsenti expeditione averterent, gerendæ rei consilium maturarunt. Accersitis itaque undique copiis, Ripa clandestine profecti, prius Piscariam appulere, quam qui eo accersiti erant, convenissent. Sed illis sequi jussis, ipsi repente Vigasium progressi, omne militum robur quod illic erat, ex stativis secum rapiunt, atque tertio decimo calendas Decembris, primis se jam tenebris intendentibus, in subjectos Veronæ campos tacito agmine devenere. Inde intempesta nocte scalæ mœnibus admotæ, quibus ille, cujus indicio mota res erat, primus muros transcendit: inde alii atque alii silentio secuti, donec custodibus cæsis, ac porta, quæ proxima fuit, refracta, duces ipsi cum omnibus copiis sunt admissi. Cæsorum gemitus, ac strepitus armorum vigilibus iis qui circa Veterem arcem attentissima custodia publicos muros asservabant, primo tanti mali suspicionem injecit: inde aliis atque aliis emergentibus signis, quibus intelligi poterat hostem adesse, subito est ad arma conclamatum. Ad has nocturnas voces terrificosque clamores consternata civitas confestim arma capit: discurritur undique cum trepidatione in publicum, imprimisque ad aream, quæ prætorio subjecta est. Et jam hostiles voces ex ea parte urbis quæ occupata erat, exaudiri: cœperantque Picininus & Gonzaga quarta noctis vigilia cohortes in urbem mittere. Quibus quum nocturno prælio resisti vidissent, mutato consilio (quia nondum omnes sui aderant) pugna abstinuerunt. Sunt qui dicant, diffracto præ nimio erumpentium impetu Rasiolano ponte, ea parte quievisse. Sed quacunque de causa sit cessatum, ad frangendos civium animos propinquas Civitatulæ ædes, quæ aversa parte erant, subito incursu diripere cœperunt. Interim multi Veneti nominis studiosi, in publicum venerant, magistratibusque in re tam trepida vix quid facto opus esset, expedientibus, persuadent, ut dum per noctis umbram liceat (quia nulla adessent præsidia, quibus aliquo modo perditis rebus succurri posset) in tutum se subito reciperent, darentque operam, ne arces amit-

amitterentur: quibus retentis, non dubium esset, quin 1439
hostes paulo post vellent nollent urbe excedere cogerentur: permitterent ad hæc miseros cives iniquæ conditioni temporis cedere, incolumemque civitatem meliori fortunæ servare. Bartholomæus Peregrinus, vir magnæ inter suos auctoritatis, sed egregiæ quoque in Venetos fidei, eos ex publico cedentes ad pontem, qui lapideus dicitur, comitatus est, ne quid illis incommodi accideret, quo minus in tutum abirent. Ubi vero illuxit, hostium acies sine ullo certamine per Rasiolanam portam in urbem erupit. Pasius ante lucem eruptionem factam affirmat. Occupaverat civium animos ingens pavor, quippe quibus ignotum erat, qualis futurus esset civitatis status; res in discrimine erat, vellet ne victor hostis eam servare, an publicas & privatas fortunas militi diripiendas subjicere. Erat in prima acie Alovisius Vermius, qui post Carmaniolæ soceri damnationem, quum diversarum partium haberetur, voluntarium sibi consciverat exilium. Is Philippi opes secutus, ob strenuitatem animi & generis nobilitatem hostis clarissimus erat. Ubi igitur ad ipsius ædes processum est, in quibus precioſissimam Mellitæ supellectilem esse audiverat, ira percitus continuo suos ad Mellitanas opes diripiendas invitat. Eo exemplo alii qui proximi steterant, cupiditate prædæ accensi ad privatas domos occupandas discurrunt. Alii a Francisco Picinino Nicolai filio, qui ad Rasiolanæ portæ præsidium relictus erat, id factum tradunt. Sed sive hic sive ille auctor fuerit, inter omnes constat, cladem omnino ingentem eo die accipiendam fuisse, nisi Magius, homo juris scientiæ ea tempestate peritissimus, ac inter suos populares multi nominis, ad Mantuanum Principem accurrisset, oravisset que ne urbem nihil tale de eo meritam, quam in id discrimen nulla civium culpa incidisset, ac semel occupata sine aliquo majore certamine cessisset, tanta clade deformaret: satis superque ei videri debere, sine cæde, sine labore ullo, præclaram urbem subjicere contigisse. Movit illum non magis utilis quam verus sermo: confestimque, ut miles

Verona a Picinino occupatur præter arces.

Magii prudentia urbs a direptione servatur.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1439 les injuria abſtineret, edixit, ſignaque ordine ad prætorium ſequerentur, ubi ipſe paulo poſt Veronenſium eſt Princeps declaratus. Conſtat, in eo fœdere, quod in Venetos cum Philippo percuſſerat, imprimis expreſſum fuiſſe: ut ſi Verona Vincentiaque bello captæ eſſent, Mantuano Principi, non alii, quæſitæ viderentur. Secundum eam declarationem converſus hoſtis ad munitiora urbis loca recipienda, præter arces duas in colle ſitas, & eam quæ in planitie Vetus dicitur, portas, pontes, mœnia in ſuam poteſtatem ſubito redegit. Adjecit præterea animum & ad ipſius Veteris arcis oppugnationem, quo Carolum filium captivum nuper adductum cognoverat: habebatque in animo, aut pontem ipſum qui fluvio incubat, reſcindere, aut foſſam illi cum vallo inducere, ne arx auxilia ulla amplius ſperare poſſet. Miſit & Joannem Gonzagam fratrem ad ſuperiores arces eodem munitionis genere ab omni externa ope excludendas. Tentavit ad hæc Cluſinas anguſtias occupare, quo minus Sforcia captæ urbi ſubvenire poſſet. Miſit & qui Jacobo Maranico, Policellæ vallis præfecto, nunciaret, ſe Veronam proxima nocte occupaſſe, & cum ipſa urbe uxorem ejus & liberos in poteſtate habere: fore, ut niſi primo quoque tempore daret operam, ut omnia ſibi ad Cluſinas anguſtias obſidendas paterent, domum militi diripiendam daret, uxorem & liberos extremo ſupplicio afficeret. Quibus ille minis tantum abfuit ut aliquo modo territus ſit, quod repulſo nuncio, cum ingenti agreſtium manu ſubito Sforciæ profectus ſit obviam. Eo nanque die quo urbs occupata eſt, tam trepidæ rei nuncius in caſtra ad veſperam eſt perlatus.

Jacobi Maranici fides.

Sforcia Veronam triduo poſt recipit.

Steterat Sforcia (ad quem primum res delata fuerat) aliquanto novitate rei defixus, vix tam atrocem nuncium pro vero habiturus, niſi per literas quoque multorum id cognoviſſet, admonituſque eſſet, ut rebus prope perditis quam primum ſubveniret. Motis itaque ante lucem caſtris, abductoque ex Turbulis

lis Mellita, citato agmine ad Atheſim pervenit: quo ſu- 1439
perato, ſub occaſum ſolis ad montium anguſtias cum paucis eſt progreſſus, qua arx in aſperrima rupe eminet. Cogit ſeſe ad exitum Lagarinæ vallis Atheſis fluvius, perque arctiſſimas abrupti montis anguſtias, non ſine horrore, altiſſimarum rupium hinc inde in murorum ſpeciem ad ſagittæ jactum prominentium, per mille & amplius paſſus defluit: eſtque intra extremum amnem & rupes ipſas tam arcta ſemita, ut duorum expeditorum militum raris ſit locis capax; ſed circa arcem adeo coeunt montis latera, ut alto gurgite utranque rupem fluvius perſtringat. In ea igitur parte cui arx incubat, ad jactum teli vivo ſaxo exciſa ſemita eſt, ſingulis peditibus equitibuſve pervia. Auſim ego affirmare, qui duo nunc ſunt montes, unum olim fuiſſe, quod ex ipſo aſpectu facile datur intelligi; nam & juga utrinque prominentia, & ipſæ ſaxorum crepidines ita ſibi reſpondent, ut nihil illis ipſis inter ſe ſimilius eſſe poſſit. Huc, ut dixi, ad veſperam progreſſus Sforcia, ex iis qui præſidio arcem tenebant, cognovit, tentatum fuiſſe locum a Franciſco Piciniſilio: ſed quum ille ſe nihil profecturum putaret, ſine alio majore certamine retro abiiſſe. At Venetus dux veritus ne in inſidias præcipitaretur, Nicolaum Piſanum ſub lucem cum expeditis equitibus præmiſit, qui ſuſpecta itinera, & imprimis anguſtias ipſas exploraret. Is haud multo poſt celeri curſu retulit, anguſtiarum exitum vim hoſtium ingentem inſediſſe. Ferunt tum Sforciam vehementer commotum, Marcellum, Mellitam, & alios pro concione allocutum, docuiſſeque: *Aut eo die ſibi in anguſtiis illis locorum cadendum eſſe, aut per ſtragem hoſtium in apertum evadendum: Exploratum habere ſe, &c. a fronte hoſtem vallis exitum clauſiſſe, ac cubium eſſe, ne a tergo etiam inſeſſa jam ſint loca omnia. Irent igitur, Sforciaque & ejus fortuna duce in hoſtem ferociter irruerent: ſcirentque, nullum eſſe tam infeſtum locum, nullam armorum vim, quam, comite fortuna, non virorum virtus domare poſſit.* Et jam futuræ pugnæ intentus procedebat

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1439 miles, dum certioribus nunciis affertur, omnia loca tuta esse : Jacobum Maranicum cum mille viris exitum vallis observare, ne ab hoste insidieretur: juberet modo militem properare, nihil esse cur insidias ullas vereretur. Ea re lætatus Sforcia, signa procedere jubet, & militem pleno gradu sequi. Ubi vero in apertum ventum est, ad Volarneam tam diu constitere signa, quoad in suos ordines miles redigeretur, ut inde quadrato ad urbem iretur agmine. Apud quosdam nihil de ea trepidatione, deque Sforciæ concione reperio. Ad Ambrosii vicum octo passuum millia a Verona sub noctem Veneti duces consedere : ibi certiores facti de iis quæ toto triduo in urbe acta erant, quibus conatibus arces hostis adortus esset ; quo modo Mantuanus Princeps, admotis ad eam quæ Vetus dicitur, bellicis machinis, admonitus a præfecto arcis, nisi ab eo genere expugnationis absisteret, fore, ut Carolum filium ea murorum parte, quam primo quati vidisset, tormentis lacerandum objiceret ; quibus minis territus abstinuisset. Quarto itaque die per montes ad Fœlicianam arcem duxere. Sunt qui tradant, hostes ipsos ex munitionibus, quas venientibus Venetis objecerant, aliquandiu restitisse : inde iniquitate locorum & Sforcianorum virtute victos, facile cessisse. Tum immisso per ocium in arcem peditatu, misisse Sforciam Alexandrum fratrem, Mellitam, & alios fortes viros cum toto equitatu ad eam portam quæ Episcopi dicitur : hortatumque ad id Veronensium quosdam, qui forte aderant, ut irent, & repente portam ipsam, si bona venia non liceret, vi suis refringerent. Quam ubi hostes occupatam, receptosque in urbem Sforcianos audivere, subita fuga ultra flumen se recipere cœperunt : tantaque circa pontem, qui Novus dicitur, fuit equitum trepidatio, ut sublicius pons, qui lapideum a turri separat, diffractus, cum quinque equitibus, vel, ut alii tradunt, novem in subjectum flumen ingentem traxerit ruinam. Ferunt, omnes armorum pondere cum ipsis equis alto gurgite continuo absorptos, unum, non sine spectantium stupore, equo adjutum ad ripam incolumem anna-

annatasse. Immisit ex arce peditem Sforcia, ubi suos in 1439
urbe esse, & jam passim fugam ab hoste fieri audivit. Circa pontes aliquandiu laboratum : sed injectis repente facibus in eum qui a proxima navium statione nomen sortitur, civibusque introrsum juvantibus, factus est Sforcianis in mediam urbem erumpendi aditus. Hæc Blundus. Pasius vero ait, ex ipsis arcibus bipartito in subjectum hostem copias missas, ita ut præter Zenonis ædem, quæ in monte est, equitatus ad lævam, peditum robur præter Fœlicianam arcem, & alteram Divi Petri, quæ inferiore loco est, sit in subjectam urbem demissum : atque sub ipsum solis occasum dextra lævaque ad pontem novum in hostem dimicatum : postque atrocissimum prælium, fuga ab hoste facta, ad quam ob nimiam trepidationem sit ruina pontis secuta. Cæterum idem auctor est, eo congressu Joannem Gonzagam graviter vulneratum, nec multo post ex accepto vulnere interiisse : quem Blundus ait circa Fœlicianam arcem ante Sforciæ adventum tragula ictum occubuisse. In eo utrique convenit, Navalem pontem, noctu igne injecto, expugnatum : quo refracto, Picininus & Gonzaga, qui per multam noctem structa acie ante prætorium steterant, audita Sforcianorum eruptione, se in Civitatulam receperunt. Sunt qui sub occasum solis id ab eis factum dicant. Sed sive tunc, sive ad altam noctem cesserint, in eo omnibus convenire video, ante lucem Verona profectos citato agmine Vigasium abisse. Troilus & Ciarpellio, ubi hostes abire cognitum est, ad insequendum missi, extremum abeuntium agmen assecuti, multa impedimenta, & cum his aliquot mortales oppressere. Præter eos qui circa pontes perierunt, Mantuanorum agrestium vis ingens in urbe capta est : quidam etiam a civibus, quorum res direptæ fuerant, in Gonzagæ invidiam obtruncati. Civitas, quæ fere tota alterutrius partis metu clausis domibus se in privato continuerat, ancipitis pugnæ eventum expectans, postquam rem jam aperte inclinatam, hostemque trepidare vidit, multis in eum abeuntem conviciis ex superiore loco jactatis,

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1439 Venetisque per noctem cibo, luminibus, & adhortatione adjutis, ubi primum illuxit, in publicum se proripuit. Sforciæ & Marcello circumfusi cives victoriam gratulari, suæ urbis liberatores parentesque cum lachrymis salutare: fortunas ad hæc publicas & privatas eisdem commendare, orareque ne cui civium esset fraudi, quod urbs per eos dies fuisset ab hoste occupata: culpam omnino a civitate abesse. Quin etiam arma ad primos captæ urbis clamores a se capta prædicare, & in publicum procursum: itumque populariter in hostem per noctem erumpere parantem: verum cedentibus magistratibus, civibus quoque, ne aliquam majorem cladem adirent, cedendum fuisse. Nuper vero conspectis Venetis signis, non modo libenter illa excepta, sed ut quam primum invisus hostis ex urbe ejiceretur, a suorum multis arma capta, ac circa pontes Venetorum victoriam adjutam. Laudata est publica Veronensium fides, ac post multas congratulationes, & lachrymas præ nimia, ut fit, lætitia obortas, jussi sunt bono animo esse, ac nullam publicam aut privatam cladem, præterquam eorum qui in culpa essent (si modo quisquam, quod non crederent, publici illius periculi auctor fuisset) metuendam: quin consolando, ac prope æque dolendo Marcellus, Sforcia, & alii mœstos cives, & in tanta rerum novitate attonitos, in spem melioris fortunæ erigere. Ferunt Magium pene præcipitem a Ciarpellione cum omnibus fortunis, ad quas diripiendas anhelabat, datum: tractumque violenter, tanquam majestatis reum, ad Sforciam. Verum illum ita constanter suam, suorumque civium causam dixisse, ut non modo quæ objecta essent diluerit, sed culpam etiam a se & aliis longe abesse monstraverit. Quare summo omnium consensu absolutus, & tanquam de Veneto imperio bene meritus magnopere laudatus.

Dederat ex Clusino saltu literas ad Senatum Sforcia de Veronæ casu, quibus significabat, eo se animo in hostem ire, ut aut pauciſſimis diebus nobilissimam urbem Veneto Imperio recuperaret, aut se cum fratribus & reliquo exercitu perditum iret. Expectarent igitur, ac bene interim fœliciterque evenire precarentur: brevi futurum, ut omnino alterum audirent. Erat itaque assidue in curia Senatus, mœsta sollicitaque circa forum nobilitas inter spem & metum dubia, erat & tota civitas in id unum erecta: quum repente publicis privatisque literis, aliis super alias allatis, Veronam quatriduo, quam occupata fuerat, ejectis hostibus, receptam est cognitum. Tantam ferunt lætitiam ad eum nuncium ortam, ut præ nimio gaudio Patres lachrymas continere non potuerint: concursumque ingentem in forum a tota civitate factum, multas ad id & magnas inter Patres & plebem congratulationes. Decreta in triduum supplicatio, & circa templa gratiæ ingentes Deo Optimo Maximo actæ. Ex tabellariis quotus quisque maturius affuit, ita alius alio majore est pecunia donatus. Auditi & Veronensium legati, qui non multo post affuere. Expossuerunt hi cum lachrymis miserabilem suæ urbis casum, docueruntque culpam quam longissime a civitate abfuisse: venisse itaque, ut publicam & privatam fidem Patribus probarent: inde ut publico nomine præsentem eis gratularentur victoriam. Benigne illi accepti: responsumque, eorum fidem satis superque jam antea Principi & Patribus notam: atque ob id optasse semper se, fidelissimam civitatem incolumem esse, ac tum maxime lætari, quod ita acciderit, ut sine aliqua majore clade, ingenti servata esset periculo. Laudata Sforcia virtus, Mellitæ strenuitas, Marcellique & aliorum industria, qui opportuno accessu perditis jam prope rebus attulissent, ac vix bene viso hoste, vicissent: placere profecto sibi ac vehementer probare, quod ob rem bene gestam decem aureorum nummum millia Sforciæ, Mellitæ duo magistratus urbis dono decrevissent. Cum his legati e curia missi, & ipsi aliqua ex parte donati donum abiere. Sforcia interim (quia jam hyems aderat) Veronæ hybernare constituit: sed Brixiæ cura illius & aliorum animum angebat, quo factum est, ut paulo ante calendas Januarias ex hybernis egressus, ad Arcus & Themi oppugnationem redierit.

1439

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1440 ierit. Castra in Arcuana planitie aliquot dies habita, ubi multi ob immensa frigora absumpti dicuntur. Mellita quoque ob hyemis inclementiam subito corporis & animi lapsu concidit: pene exanimis Veronam secundo Athesi est delatus. Tum Sforcia frigoris magnitudine, hostiumque pertinacia victus in hyberna concessurus, Ciarbellionem & Troilum cum viris circiter trecentis & commeatu aliquo Brixiam per montes transmisit. Fama erat, Brixienses ad eam rerum omnium inopiam perveniisse, ut jam a nullo infando cibo abstinerent. Constabat ad hæc, per eos dies quibus Verona in hostium potestatem venerat, desperatis rebus, publice cœptum fuisse agi de deditione facienda: quæ omnino secuta esset, nisi Barbarus opportune in concionem venisset, vehementique oratione rem tum primum motam oppressisset. Constabat ad hæc, Picininum & Gonzagam Philippi jussu misisse, qui aliquanto attentiore cura Brixienses intra mœnia continerent, prospicerentque diligenter, ne quid commeatus alicunde illis importaretur. Post itaque Sforcianorum adventum ad Francacurtam, sive, ut alii dicunt, ad Gusaccum, in Philippi copias est pugnatum: qui antelucano Sforcianorum incursu territi ac fugati, trecentos equites amisere. Et ut urbem obsidione & fame aliqua ex parte levatam, multitudine quoque levarent, per montes qua venerant, ad Sforciam ductores ipsi in hyberna rediere. Classis interim circa Turbulas studio instruebatur: quod opus iccirco est aliquanto segnius confectum, quia, Verona capta, fabris ea trepidatione dilapsis, per aliquot dies fuerat intermissum. Hic quum navale opus atque opifices ipsos frequens per brumam Mellita obiret, ob ingentia frigora concidisse, & non in castris, a quibusdam traditum reperio. Reliqua hyberna ob hyemis magnitudinem aliquanto quietiora fuere.

Commeatus media fere hyeme per montes in Brixiam apportatur.

Percrebuit rumor, sub veris initium Joannem Cornetanum, Vitelia familia ortum, qui Eugenianis copiis præerat, quique ob ingentes quos alebat spiritus, merito erat vel ipsi Pontifici suspectus, cum Philippo & Picinino clan-

clandestine fœdus percussisse, atque inter se comparasse, 1440
ut uno tempore ipse in Picœnum agrum cum iis copiis quas habebat, Picininus, trajecto Pado, in Hetruriam duceret: hic ad Florentinorum opes, ille ad Sforciæ principatum evertendum. Quod vix prius credi potuit, quam repente allatum est, Picininum circa Februarias idus ex hybernis digressum, Pado copias trajecisse. Tum Sforcia ea re commotus, Venetias se contulit, ut de ratione belli cum Patribus coram loqueretur: vehementer verebatur, ne subita vi aliqua Picœnum agrum omni præsidio nudatum Vitelius adoriretur. Ad Pontificem igitur, eo petente, Veneti miserunt, qui cum illo egere, ut quæ de Picœni principatu Sforciæ concessa essent, illi inviolata manerent. Florentinos quoque hortantur, ut arma studio compararent, ac non solum suis finibus communem hostem arcerent, sed darent etiam operam, si fieri posset, ne in Sforciæ opes aliquo modo impetum faceret. Multi interim variique fuerunt ejus in Flaminia conatus, quos Sigismundus Ariminensium Princeps cum Malatesta fratre (qui ad Thenium captus, cum Carolo Gonzaga fuerat permutatus) fortiter sustinuit, peditibus mille a Veneto, totidemque a Thusco acceptis: & ex Picœno Sforcianæ equitum alæ in auxilium advolavere. Omissa igitur Mugellana oppugnatione, ad quam obeundam Guidonem Faventinum reliquit, Apenninum superare hostis est adortus. Interea Malatestæ fratres ad hostes defecere. Picininus nonnulla in Apennini collibus oppida vi cepit, captaque diripuit. Speraverat Philippus ea expeditione Sforciam omnino a rebus Galliæ averlum iri, ut res suas & vicinorum tueretur; alebatque tum maxime eam spem, quum repente nunciatum est, Joannem Vitelium Pontificis jussu ab Antonio Rido Patavino, Hadriæ molis præfecto, captum. Quo nuncio apparuit, primo Picininum præcipua spe gerendæ rei dejectum in Galliam abiturum. Verum ille non modo non cessit, sed aliquanto etiam ferocius quam antea, Malatesta cum Guidone & Asture Faventinis accersito, per alpiora Apennini juga,

Picininus in Hetruriam adversus Florentinos movit.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1440 juga, navibus qua ducturus erat laborioſe diſcuſſis, in Hetruriam tranſmittere ſumma ope eſt aggreſſus. Nec Florentini in tanto motu quieſcere, ſed copias undique contrahere. Eugenius, qui in ſocium belli fuerat aſcriptus, quicunque duces ſub Cornetano militaverant, in Hetruriam a Lodovico Antiſtite, quem illis Legati nomine præeſſe juſſerat, traducendos curarat. Ipſi vero Paulum Urſinum & Michaelem Attendulum cum multo equitatu ac vi peditum ingenti ſtipendio conſcribunt: dant operam ad hæc, ut Troilus (quem cum ala equitum Sforcia in Picœnum miſerat) his ſe jungeret: ut tot viribus in unum collatis non ſolum hoſti reſiſteretur, ſed ultro etiam arma inferri poſſent. Dum Florentini hæc ſtudio expediunt, Picininus interea, etſi a Primolcorio clade non mediocri repulſus fuerat a Nicolao Piſano, qui tum Florentiæ erat, ac inde cum tyronum cohorte ad montium anguſtias inſidendas miſſus, haud tamen multo poſt, ſuperata alpium aſperitate, ad Policianum conſedit. Apennini ſuperati fama ingentem Florentinis terrorem injecit: & quo omnium opinione celerius id acciderat, eo magis ac magis animis omnium conſternatis, quid in re tam ſubita expediret, parum ab initio conſtare poterat. Nocturnæ per urbem vigiliæ, & circa portas ſtationes diſpoſitæ. Levavit tamen præſenti metu perculſam civitatem Boſii & Troili cum lecta Sforcianorum cohorte adventus. Hoſte ad Policianum ſedente, duorum illuſtrium populorum cura Sforciam aliquandiu in alternas diſtraxit ſententias: unde accidit ut non tam cito quam omnium fuerat expectatio, ſub vernum tempus in hoſtem moverit: hinc Florentini urgentiſſimis nunciis revocare, inde Veneti retinere, orareque ne, mutata belli ratione, victoriam quam tanto certamine hoſti pene extorſiſſet, iterum arripiendam relinqueret: Poſſe Florentinorum res, ſi non ſuis opibus, at Pontificis & aliorum ſociorum facile defendi: Venetas in ipſo martis theatro Gallia relictas, ſi ab eo proderentur, non poſſe. His curis diſtrahebatur ille, cœperatque ejus cunctatio jam vulgo eſſe infamis: quum Picininus, Policiano capto, in Ca-

Caſentinates tranſiit, omnia populatione & terroribus com- 1440
plens. Acceſſit ad præſentem cladem alia pene major: quod Borſius Æſtenſis (in cujus acceſſum ob ingentem equitatum, quem ſecum habere dicebatur, Florentinus populus velut in unicam belli ſpem oculos conjecerat) ad Philippum ex ipſo itinere tranſiit. Sed Picinini res in Hetruria haud jam inde tam ſecundæ fuere, quam ab initio fuerant. Nam ad Arretini agri anguſtias progreſſus, quum nunc in Senenſes, nunc in Pontificis res videretur impetum facturus, tam diu deliberabundus fortunæ curſum remoratus eſt, donec Eugenii copiæ Arretium venere. Eo Urſinus quoque, Troilus, & alii cum robore exercitus paucis diebus conceſſerunt. Ille tantas ab hoſte vires compparatas intelligens, ad Apennini radices ſe trepide recepit.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

IN LIBRUM QUINTUM EPITOMA.

SForcia de Mincio fluvio ſuperando agitare cœpit: Contarenus claſſis Præfectus navali prælio hoſtem in Benaco ſuperavit, oppidaque lacui adjecta recepit: Venetæ copiæ Mincio trajectæ omnia Brixienſis agri loca receperunt: Sforcia hoſtem inter Soncinum & Novos Urceos ingenti prælio vicit, copiiſque ad Abduam admotis, ingentem trepidationem Tranſabduanis injecit: Leo Sforciæ frater ad Caravagium bombarda ictus interiit: Picininus ingenti prælio ad Anglare in Hetruria ſuperatus eſt: Sforcia appetente hybernorum tempore Venetias venit: Spectacula & ampla & inſignia in gratiam Jacobi Foſcari, Principis filii, edita, plures dies civitatem occupatam tenuere: Picininus in Galliam reverſus plura Brixienſis agri loca per hyemem occupavit: Validiſſimæ Venetorum & Philippi copiæ ad Martinengum uno tempore conſedere: Pax Philippo Sforciæ arbitrio reddita eſt: Sforcia Blancæ conjugis nuptias Cremonæ celebravit: Ipſe, pacis conditionibus per ocium publicatis, Venetias cum nova conjuge progreſſus, honorificentiſſime eſt acceptus.

M. AN-



M. ANTONII SABELLICI, RERUM VENETARUM AB URBE CONDITA, DECADIS TERTIÆ,

LIBER V.

VErnum erat anni tempus, & jam æſtas appetebat: quum Sforcia, audito Hetruſcarum rerum ſucceſſu, quia non erat cur magnopere rebus ſuis ac ſociorum, ut antea, timeret, cum florentiſſimis copiis in hoſtem movit. Ferunt hiſce aliis tam largum ſtipendium militi datum, quo factum eſt, ut non arma, non equi, non denique ornamentum ullum militare cuiquam deeſſet. Et ut quam primum Brixiam ſubſidio & commeatu levaret, per medios hoſtes ſtatuit eo copias traducere. Augebat ingentes illius

1440 *Sforcia de Mincio fluvio ſuperando cogitat.*

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1440 *Stephanus Contarenus in Benaco navali pugna hoſtem ſuperat.*

illius ſpiritus non parum, res in Benaco a Contareno aliquanto antea proſpere geſta. Is, ut diximus, claſſi, quam Turbulis inſtruendam Patres miro ſtudio curarant, fuerat præfectus: & jam triremes pleræque cum aliis navigiis in lacum erant deductæ. De longarum navium numero parum inter auctores convenit: Ariminenſis Paſius quatuor fuiſſe ait: ſex Lagiſianus Veronenſis: Montanus dimidio pauciores. Nec qua parte lacus ſit pugnatum, omnino conſtare video: quidam ex Ripa ſolviſſe hoſtes tradiderunt, atque non procul a Turbulano portu dimicatum: alii inter Ponalis oſtium & Ripam: non deſunt qui Philippi claſſem vento & fluctibus adverſis ex Piſcaria profectam, Venetæ medio lacu occurriſſe dicant. Illud vero omnes affirmant, naves longe plures tum hoſtem, quam Venetum habuiſſe, quibus Blaſius Aſeretus Genuenſis præerat, homo rei maritimæ peritiſſimus, & cum eo plures Liguſtici nominis viri, navalibus præliis aſſueti. Italus Forojulianus claſſem militibus ornaverat: Contarenus Petrum Brunorium cum lectiſſimo peditatu ſecum habebat. Dum igitur ad Ripam Italus ſtationem haberet, ac nonnunquam in procinctu ante Turbulas claſſem explicaſſet, cum Veneto, ſi pugnandi copia facta eſſet, dimicaturus, paucitati navium ille diffiſus pertinaciter pugna abſtinuerat. Demum vero quatuor (nam Paſium hoc quoque loco, ut in multis, libenter ſequor) triremibus, & cum iis diverſi generis navibus pleriſque inſtructis, audacior factus, conſpicatus ad hæc, Benacum contrario hoſtibus vento agi, ad eos irritandos triremem immiſit unam adverſum navigia duo commeatu & armis plena, quæ Ripam oppidum curſum intenderant. Eam ubi in ſuos ire hoſtis ex proxima ſtatione vidit, ut illis auxilio eſſet, in Venetam confeſtim movet. Nec Contarenus in tanto diſcrimine deſedit; ſed ſubito portu egreſſus, ferociter in hoſtem vadit. Et quanquam magnopere properatum eſſet, parum tamen abfuit, quin Italus triremi illa potitus ſit, quæ alias præceſſerat. Sunt etiam qui dicant, in hoſtium poteſtatem ante redactam, quam ſubveniri potuiſſet. Sed ubi

ubi Venetus cum reliquis triremibus & duodecim aliis navibus affuiſſet, ad primum congreſſum ſubito cruentum prælium ortum, ac non multo poſt æquata pugna, diu ancipiti marte pugnatum: harpagonibus & ferreis manicis injectis, res cominus geſta eſt. Eratque talis dimicatio omnino aſpectu atrox, quando multi utrinque caderent: ſed rem longe atrociorem violenti tormentorum ictus terribileſque clamores faciebant, qui proximis montibus inſinuati, fœdiſſima imitabantur tonitrua: aer, terra, aquæ ventis violentoque navium impulſu concuſſæ, uno tempore ſtrepebant: multa & omnino varia erant mortis diſcrimina: quorum illud imprimis memorabile, funem, ajunt, inter duas triremes extenſum fuiſſe, unde uno tempore quinquaginta in aquis diverſis caſibus præcipitati pendebant: atque ita innixi, ne profundiſſimis aquis mergerentur, velut unicam ſpem vitæ tenaciter retinebant: verum altero capite reciſo, miſerabili modo ad unum periere. Et jam res Veneta poſt longum certamen, Contareni & aliorum virtute ſuperior eſſe cœperat, quum Italus, fortuna aperte inclinante, in parvum tranſgreſſus navigium fuga dilapſus eſt. Aſeretus & alii abſentia ducis adhuc magis territi, & ipſi, remiſſa pugna, fugam circumſpectare incipiunt. Tum ferocius inſtare Venetus, atque trepidum hoſtem circumſiſtere, urgereque: nec prius uti deſtitit victoria, quam, duabus ex omni numero dilapſis, reliquas hoſtium naves in ſuam poteſtatem redegit. Eas ingenti lætitia Contarenus Turbulas pertraxit, cui ob atrocem pugnam ferunt galeam lapidibus aliiſque violentis ictibus contuſam, aliquandiu eximi nequiviſſe. 1440

Tam inclytæ victoriæ fama Brixiam perlata, ingentem affectæ civitati attulit lætitiam, erexitque omnium animos in ſpem melioris fortunæ. Apparebat, lacu Venetis patefacto, nihil amplius impedimento futurum, quo minus commeatus ſibi & auxilia affatim mitterentur. Decernunt itaque legationem quæ Venetias iret, coramque præſentem victoriam Patribus gratularetur. Fuit illius princeps Petrus Advocarus, qui aureum vexillum inſcriptum, *Brixia*

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1440 *magnipotens cæteris urbibus fidei præbuit exemplum*, futuræ victoriæ omen in auream Divi Marci ædem, ubi hodie quoque visitur, publico nomine intulit. Nec Contarenus interim & Brunorius in tanta occasione cessarunt: sed subito ex Turbulis terra & aquis Ripam adorti, oppidum pertinacius defensum vi capiunt, captumque hostiliter diripiunt. Sævitum aliquanto acerbius in oppidanos, atque in omnem pene injuriam itum, quia plus quam hostes crediti sunt habuisse Venetum nomen invisum: abducti pueri ex parentum complexibus, constupratæ virgines, matronæ cum ipsis viris miserabiliter vexatæ. Nec ita multo post Gardam quoque Venetus recepit, quam, ut antea Ripam, direptam, a quibusdam proditum est memoriæ: alii nulla majore clade affectam dicunt. Post Gardam Bardolinum, Lagisium, & alia multa loca lacui adjacentia recepta: quæ non ultro imperium recepere, diripienda sunt militibus data, a reliquis omnino temperatum. Dum hæc Contareni auspiciis in Benaci ora geruntur, jam Sforcia ad Minervium castra admoverat: ubi, audita (ut Pasius ait) Borsii Æstensis ad hostes defectione, ac multa hostium millia in Brixiensi esse, & Gonzagam hostem acerrimum cum ingentibus copiis ad Marmirolum venisse, ut a fronte a lateribus suos infestarent, anceps aliquandiu substitit, deberetne Mincium transmittere. Quod quum fecisset, apparebat omnino per summum certamen Brixiam sibi eundum: sed cura imprimis alendi exercitus (nam ad viginti hominum millia in Venetis castris erant) illius animum incesserat. Ne quid igitur temere fecisse videretur, rem ad legatum & reliquos ductores detulit: eosque identidem monuisse dicitur, ut secum diligenter reputarent, quantum facinus adorirentur, quando, flumine superato, per tot hostium millia Brixiam perveniendum esset: ne, quod nollet, si quid adversi accideret, dicerent postea, *Non putavimus*. Erat tunc Pascalis Maripetrus in castris legatus. Is, *Nec meum est*, inquit, *Sforcia, nec cujusquam eorum, qui, te duce, Veneta sequuntur signa, ullas tibi belli leges præscribere: sed te, qui Imperator es, quique*

Oppida lacui adjecta recipit.

Veneta copiæ, Mincio trajecto, omnia Brixiensis agri loca recipiunt.

que rei militaris peritiam longa experientia calles, prospicere oportet, quid opus sit facto: ac quum id prospexeris, imperare; nos vero, qui alienis militamus auspiciis, tua sequi consilia. Haud igitur tam cito expediturus ille videbatur, quid potissimum facturus esset: quum eum varias animo curas agitantem, Petrus Advocarus, qui in castra venerat, vehementi perpulit oratione. Docuit is, in quo statu Brixiensium res essent: quæ nisi tunc, quando maxima occasio data esset, commeatu, armis, præsidio juvarentur, fore (si, quod nollet, ut antea, minus mature subveniretur) rerum desperatione fidelissima civitas ad deditionem cogeretur: Orare proinde, ne urbem nobilissimam, studio, fide, constantia, in Venetum imperium ante omnes alias insignem, in tanta occasione desereret: Nec commeatus inopiam (quando jam segetes in agris flavescere cœpissent) timendam dicere: quibus defectis, ut pro se desponderet, certo scire, tantum adhuc sibi ex privatis fortunis superare, ut decem dies totum illum alere posset exercitum. His vocibus motus Sforcia, materia pontis confestim comparata, haud procul Monzambàno copias omnes Mincio trajecit: oppidum subita oppugnatione adortus vi cœpit, captumque diripuit. Inde ad Rivoltellam castra admota, cujus accolæ cum terra & aquis se oppugnari vidissent, subitam fecere deditionem. Contarenus ad Salodium classem admovit: Sforcia ad Clesium amnem progressus, decem passuum millia a Brixia metatus est, quo Barbarus & primores urbis eum salutatum venere. Inde Brunorius & Scariotus Faventinus ad Salodii oppugnationem cum duabus cohortibus missi, qui Contarena classe adjuti, oppidum post laboriosum certamen vi ceperunt. Id quoque, quia ad voluntariam deditionem compelli non potuit, miserabili modo victor Venetus diripuit. Calvisani, Gavardini, Calcinatii, & Balneolani tantisper, dum Sforcia ad Clesium ludet, deditionem per legatos fecerunt.

Ad hunc successum mutato consilio, non Brixiam, sed in hostes victor dux ire constituit; quod ipsum ut faceret,

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1440 ret, Barbarus (cujus viri admiratione dux ipſe tenebatur) vehementer hortatus eſt: ſatius affirmans fore, inchoatam ſequi victoriam, quam Brixiam, quæ in præſentia ſatis ejus adventus fama confirmata eſſet, ire. Ad Balneolum igitur progreſſo, ut in hoſtes impetum faceret, qui ad Manerbium caſtra habere dicebantur, a Gotolengo & aliis pleriſque locis legati occurrerunt, pacem orantes: nunciantes præterea, hoſtes ad ipſius venientis famam territos procul abiiſſe. Poſtridie mille lecti juvenes ex Brixia in caſtra venere, ut Imperatorem ſalutarent: cui quoque ob vetus odium & juſtas in Philippum iras, gratuitam obtulerunt militiam. Hi benigne a Sforcia accepti, ac ſigna ſequi juſſi. Lodovicus interim Severinas, Italus Forojulianus, & Vermius, Philippi duces, munitiſſima inter Soncinum & Novos Urceos loca occupaſſe dicebantur: in quos citato agmine Venetus Imperator noctu movit, eoſque loco duobus Ollii pontibus foſſiſque munito ſe tenentes, ferociter adortus, equites a fronte immiſit: inde dextra lævaque circumjectis peditum cohortibus, ſagittis aliiſque bellicis machinis hoſtem laceſſere cœpit; moxque eo citra flumen fugæ ſimulatione pertracto, ingens eſt prælium commiſſum. Sforcia ſuos circuibat, promptiſſimi cujuſque laudator aderat, caſtigator etiam ignaviæ, ſi quis minus impigre pugnam obiret: nonnunquam & ipſe inter primos prælium ciere, inde circumvectus equo certamen, ſicubi intermiſſum vidiſſet, ſubito clamore & adhortatione reparare. Hoſtes & ipſi diu multumque locum retinere ſunt conati: ſed facta a Ciarpellione cum veteranorum cohorte per ſublicium pontem, qui Ollio incubat, eruptione, repletis foſſis, aliiſque munitionibus refractis, res jam ſemel inclinata, nulla vi amplius ſiſti potuit: turbatis ordinibus, ingens fuga facta eſt. Mille partim cæſos, partim vulneratos eo prælio, Paſius tradidit, duoque ad hæc equitum millia, ac totidem peditum capta: alii dimidio fere numerum extenuant. Hoſtium ductores fuga dilapſi, cum iis qui ex tanta clade evaſerunt, Cremam abiere. Ferunt quidam, victorem Venetum fugientium agmine mixtum Soncinum

Sforcia hoſtem inter Soncinum & Novos Urceos ingenti prælio vincit.

num irrupiſſe, atque ita oppidum cum ingenti hoſtium 1440
multitudine captum. Alii poſt pugnam voluntariam ab oppidanis deditionem factam affirmant. Erat Borſius Æſtenſis cum mille & quingentis equitibus ad Jenepaltam vicum, bina paſſuum millia ab loco ubi geſta res erat, caſtra ad veſperam cum Philippi ducibus collaturus. In eum igitur de eventu pugnæ, quam ad Soncinum commiſſam acceperat, ſollicitum, Sforciani milites fugientem hoſtem ſecuti, ex improviſo impetum fecere: parvo negocio (quia omnes copias adeſſe credidit) fuſum, impedimentis omnibus ac tertia equitum parte exuerunt. Sunt qui tradant, eum noviſſime pugnam iniviſſe, quando jam conſerto prælio cum ſuo equitatu affuiſſet: verum re ſemel inclinata, quia reſtitui non poſſet, cum aliis acie victum exceſſiſſe. Philippi rebus duplici clade acciſis, Urceani, miſſo ex fœdere præſidio, in fidem rediere: nec hi ſolum, ſed omnia Brixienſis Bergomenſiſque agri vici, arces, caſtella, oppida, & cum his Camonicæ Vallis incolæ, ultro imperium recepere. Annona ad hæc mirum in modum Brixiæ relaxata eſt: decuplo minoris triticum, omniaque frugum genera, quam paucis ante diebus paſſim veniſſe conſtat. Bergomum quoque eam ſenſit fœlicitatem. Ex utraque civitate legati ad Sforciam in caſtra venere, qui victoriam primo gratulati, ingentes ei gratias egere, quod ipſius virtute tam longa laborioſaque obſidione, quæ tres jam prope annos tenuiſſet, liberati eſſent: ac tum quum jam omnibus malis victi amplius reſiſtere non poſſent, maturo præſidio, imo inſperato victore e curſu, Veneto ſervati eſſent imperio: Prædicare itaque, prædicaturoſque ſemper, poſt Venetum nomen, cui plus deberent quam Sforciæ, eſſe neminem: illi uni ſalutem ſuam, fortunas, omnia demum divina & humana, & quod viverent (quo charius nihil mortalibus eſſe ſoleat) ſemper ei acceptum relaturos. Addiderunt Brixienſes quædam munera, pro præſenti fortuna haud omnino contemnenda, orantes illum cum lachrymis, ut ſuorum Brixienſium animum, non rem intueretur, quæ tam tenuis

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1440 esset, quam reliquæ civitatis opes diuturno bello cladeque multiplici acciſæ ; quanquam certo ſcirent, magnanimum & ſapientem ducem, poſt animi gratitudinem nihil a ſuis ultra vires requiſiturum. Secundum hanc victoriam Ollio ſuperato (quia jam ſegetes maturæ erant, atque ob id ſine rei frumentariæ metu ubique exercitus eſſe poterat) Caſale majus, atque alia multa ejus terræ oppida, præter Caravagium, recepit. Eum locum, quum primum oppugnare tentaſſet, quia præſidio erat initum, & ob Abduæ vicinitatem commeatum noctu atque interdiu (ſi ita facto opus eſſet) ſubvehi poſſe non ignorabat; ab ea re averſus Brugnanum primo, inde Trivilium & Rivoltam Abduanæ glareæ oppida recepit. Nec in Mediolanenſi interim eſt mediocriter trepidatum: pecus ipſum præceps ex agris in majora oppida actum: nec non agreſtes in ipſis urbium portis cum liberis, quos trahebant pavidi, incidentes metum & trepidationem augebant. Undique igitur viribus contractis, Abduæ ripam Philippus aggere crebriſque firmat ſtationibus: Picininum jam antea trepidiſſimis nunciis, ex quo ad Ollium male a ſuis pugnatum acceperat, ex Hetruria revocare non deſtiterat. Venetus Imperator, quia non ignorabat quam opportuna loca poſt ſe relicta eſſent, quæ adhuc hoſtium præſidio tenerentur, cæterum conſtans fama erat, Picininum a Philippo in Galliam revocatum; veritus fortunæ mutationem, ne ſi caſu aliquo coactus fuiſſet hoſtibus cedere, non omnino ſibi integrum eſſet urgente neceſſitate id facere; etſi Abduæ tranſmittendi ſpeciem ſæpius oſtentarat, ab eo tamen ſuperando pertinaciſſime abſtinuit. Caravagium igitur denuo adortus, quum Leo ejus frater tormento ictus paucis diebus expiraſſet, ira percitus longe infeſtius quam antea oppidum premere perſeveravit: aſſiduis inde minis noviſque conatibus non prius hoſtem territare deſtitit, quam ad deditionem faciendam compulit. Fuerunt qui ſcriberent, Leonem Sforciæ fratrem poſt Caravagium receptum ex vulnere accepto vita deceſſiſſe.

Copiiſque ad Abduam admotis, ingentem trepidationem Tranſabduanis injicit.

Leo, Sforciæ frater, bombarda ictus moritur.

Picininus interim, audita clade ad Ollium accepta, urgen-

urgentibuſque Philippi nunciis aliis ſuper alios, quibus 1440
trepide in Galliam revocabatur: ratus quod erat, ſe Hetruria decedente, belli ſocios, & oppida quæ ad ſe deſeciſſent, paulo poſt ab hoſtibus oppreſſum iri: ſtatuit acie dimicare, ut ſi proſpere pugnatum eſſet, acciſis Florentinorum & Pontificis opibus, ſocii dedititiique in fide commodius permanerent. Omni igitur potiundæ Peruſiæ ſpe abjecta, quam per homines ſuæ factionis occupare in animo habuerat, Tiphernoque fruſta obſidione tentato, ad Burgum ſepulchri tranſiit: inde ad Anglare, ubi Lodovicus Antiſtes, Paulus Urſinus, & alii caſtra habebant, quadrato agmine pervenit. Eſt id oppidum ad radices Apennini, reſidetque loco omnino edito, colleque ab eo ad planitiem deſcenditur. Hunc, quia molliter aclivis eſt, inſederant Hetruſcæ & Eugenianæ cohortes: quanquam copiarum pars uſque ad torrentem progreſſa, qui in prima planitie ponticulo jungitur, quicquid intra illius ripas & clivum plani ſoli fuit, ab initio compleverat. Circa pontem igitur ſub Picinini adventum primo conſertum eſt prælium. Ferunt perſuaſum illi fuiſſe, hoſtem a ſe incautum eo die oppreſſum iri: utpote qui ad tertio calendas Julias feſta Apoſtolorum luce, ob religioſum diem, feriatos eſſet invaſurus. Spei ob id plenus, ex Burgo moverat, milleque ferme oppidanos, quaſi ad indubitatæ victoriæ ſpectaculum ſecum traxerat. Verum ubi hoſtem in armis eſſe vidit, mutata pugnæ ratione, coactus eſt & ordines mutare. Circa pontem, ut dixi, & torrentis ripas primus fuit congreſſus: ſed facta a Picinini filio fortius impreſſione, amiſſo ponte, alio antiſper repulſus, ad primum clivum Hetruſcus eques conſtitit. Nicolaus Piſanus, vir acer, circa torrentis vadum, qua etiam hoſtes irruperant, interceptus eſt: hoc parum abfuit, quin & Attendulus ipſe, dum ferociter pugnam ciet, in hoſtium poteſtatem venerit. In exigua igitur illa plani ſoli intercapedine, quæ intra ripas & collem jacebat, anceps inde prælium fuit: multi varieque erant Picinini conatus, quibus ille hoſtium phalangem loco ſummovere ſtudu-

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1440 ſtuduit, ſummotamque fundere ac fugare : ſed illi ipſi omnes irriti . Ubi vero immotam ille ſtare aciem vidit, Aſturem Faventinum, & alios viros fortes, cum robore equitum cuneo in adverſum hoſtem ire jubet : in quos acriter invectos Eugeniani deſuper impetum fecere, vi in ſubjectum hoſtem irruere, ut illum pene præcipitem cum ingenti fragore ad torrentem uſque rejecerint. Hic Aſture & pleriſque aliis viris illuſtribus oppreſſis, continuo ultra pontem hoſtes non ſine trepidatione abiere. Credidit Picininus, fore ut, reparatis ordinibus, ſtructo agmine liceret inde abire : ſed longe aliter evenit. In eum namque id molientem, Florentinus & Eugenianus eques, qui jam inde ex quo ſenſim referre pedem cœperat, acri prælio urgere ac vexare non deſtiterant, totis viribus invecti, non modo non reparari aciem permiſere, ſed, diſſipatis ordinibus, fugam ſtragemque ingentem ediderunt. Multi cæſi ac vulnerati, ſed plures omnino capti. Nam præter Aſturem, quem medio ardore pugnæ captum diximus, duodetriginta turmarum ductores cum mille & octingentis equitibus Burgenſibuſque omnibus in victorum poteſtatem venere. Picininus victus Burgum ſe recepit: quem, relatis captivorum capitibus, aperte dixiſſe ferunt, actum jam de Philippi principatu, ſi Italiæ militiæ florem, quem hoſtis in manibus haberet, nollet reddere. Lagiſianus ait, præ nimio dolore bis ſe ferro transfigere voluiſſe : fuiſſeque id haud dubie facturum, niſi Franciſcus filius conſolando rogandoque illi die noctuque affuiſſet. Dum hæc in Hetruria geruntur, Sforcia, Caravagio recepto, Advocaroque Brixienſi ad arcis oppugnationem relicto, inde movit: ac tum demum (ut quidam ajunt) Caſale majus recepit, multaque Cremonenſis agri oppida. Nec ita multo poſt Aſulam, Canedum, Marchariam, Gonzagæ ademit. Caravagiana arce interim expugnata, Aſulæ & Canedi arces, quæ adhuc hoſtium præſidio tenebantur, ultro deditionem fecere. Ad eam, quæ Marchariæ fuit, aliquandiu laboratum: nec prius ad deditionem compelli potuit, quam murorum partem machinis con-

Picininus ingenti prælio ſuperatur.

concuſſam demolitamque viderunt ii, qui intus erant: 1440
tum vero Sforcianis per ipſas murorum ruinas in arcem ſcandentibus ceſſere. Lunatenſes & ipſi non multo poſt, conſpectis Sforciæ ſignis, imperium accepere, quam Monclarenſes cum Caprianis & Volterinis ſtudio ſecuti ſunt. Admota demum ad Piſcariam caſtra: eſt id oppidum (ut alio loco ſignificavimus) ad Mincii caput : arx ibi nobiliſſima fluvio incubans, cum ponte ac turribus utramque ripam amplectentibus.

Hic Sforciæ caſtra habenti Nicolaus Æſtenſis ex improviſo affuit. Is de pace acturus, ad eum & Maripetrum legatum in caſtra venerat; multaque de fortunæ varietate præfatus (cujus ajebat Venetos Sforciamque oportere eſſe memores) pacem cum Philippo ſuadere cœpit : ejus ſe auctorem arbitrumque futurum, ſi ita eis videretur, eſt pollicitus. Addidit ad hæc, quod Sforciæ cordi eſſe ſciebat, curaturum ſe, ut Philippus Blancam filiam, quam ad eam diem dare recuſaſſet, in caſtra uſque (ſi ita illi placitum eſſet) cum ornatiſſimo apparatu mitteret. Ad ea Sforcia, ſe quoque quietis & ocii, a quo Venetum ſciret non omnino abhorrere, auctorem dimiſit, modo Philippus ita evenire vellet. Quod ad Blancam attineret, ipſe cum patre & aliis amicis in medium conſuleret. Cum his Æſtenſis Mediolanum recta ad Philippum abiit. Interim Piſcaria quadriduo poſtquam cœpta erat oppugnari, Contareni navaliumque ſociorum virtute (nam claſſis eo ſub Sforciæ adventum admota erat) vi capta, hoſtiliterque direpta eſt. Ad turrim demoliendam, quæ non ſolum arci, ſed oppido quoque prominebat, bombarda ingens (cujus vi Marchariæ arcis mœnia non multo ante miræ craſſitudinis disjecta fuerant) admota eſt. Ejus machinæ impetus tam vehemens fuiſſe dicitur, ut & domus aliquot oppidanorum vehementi motu terræ, qui ad ejus ictum ſequebatur, repente conciderint: & naves, quæ in ipſo lacu ad quingentos & amplius paſſus procul arce in anchoris ſtabant, quotiens lapis excuteretur, fluctuantibus aquis, inter ſe colliderentur. Turris igitur ea vi concuſſa,

Piſcaria a Venetis vi capitur.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1440 cuſſa, poſt decimum ictum procubuit: ad cujus ruinam territi qui in arce erant, deditionem fecerunt. Piſcaria recepta, Mincium Sforcia tranſmiſit: Villam Francam paucis diebus, & Vigaſium, inde Vallegium quoque cum ponte, qui fluvio eſt impoſitus, ac pleriſque Mantuani agri oppidulis hoſti ademit. Dum circa Mincium hæc geruntur, Æſtenſis, paucis diebus apud Philippum abſumptis, cum Blanca ſecundo Pado vectus Mantuam venit. Attulit ea res non mediocrem Venetis ſuſpicionem, aliquid ineſſe ratis, quod tam cito Sforcia cum ſocero in gratiam rediiſſet. Vehementer igitur addubitare, ne quid incommodi ex ea reconciliatione Reſpublica caperet. Verum rogatus ille ut in Marmariolum, Mantuani agri villam, ubi Blanca eſſet, de conjugio deque pace acturus ſe conferret, neque ad hoſtium loca injuſſu Patrum ſe iturum reſpondit, neque illos, ſi ſapiant, permiſſuros. Quæ vox effecit, ut omni abjecta ſuſpicione, Veneti de ejus fide prorſus ambigere deſierint. Puella Pado flumine ex Mantua Ferrariam eſt miſſa, quam triduo poſt Æſtenſis eſt ſecutus.

Piciniuus ſecundum cladem illam ad Anglare acceptam, ex Burgo (quo ſe ex prælio receperat) in Flaminiam tranſiit, ſuiſque coram partibus firmatis, Mediolanum magnis itineribus venit. Nec multo poſt & Lodovicus Pontificii exercitus Legatus in eam provinciam duxit: revocatiſque Sigiſmundo & Malateſta fratribus ad Eugenii ſtipendium (quanquam Malateſta iterum ad Philippum defecit) paucis diebus oppida quædam voluntaria deditione recepit: quam Forlivienſes & ipſi ſecuti, a Picinino defeciſſent, niſi præſidii, quo urbs inita erat, metu in fide retenta eſſet. Collatis ad hæc caſtris cum Jacobo Antonio Marcello qui ex Gallia in Flaminiam cum quinque equitum turmis miſſus erat, pro magno habuit negocio, Lodovicum Ravennam aggredi. Oſtaſius antiquam Venetorum amicitiam ſecutus, Marcelli fide implorata, Venetos intra mœnia accepit, urbemque ei tradidit: ipſe vero cum conjuge & liberis Venetias abiit. Quidam, Oſtaſio invito, a populo deditionem factam tradunt: quod ideo propius vero mihi eſſe videtur, quia non multo poſt eum cum filio in Cretam relegatum reperio; verum ſive ille deditionis auctor fuerit, ſive potius cives, plane conſtat, eam rem Lodovicum indigne tuliſſe, Bagnacavallumque quod armis ſubegerat, Nicolao Æſtenſi ob id ipſum poſtea dediſſe. Et quia autumnus ille continuis imbribus ferme actus fuerat, tam cito quam raro alias, ob anni inclementiam miles in hyberna concedere eſt coactus. Pontificiæ itaque copiæ, re adhuc infecta, ex Flaminia in Hetruriam, inde Romam abiere. Sforcia & ipſe appetente hyeme, quum jam omnia recepiſſet præter Leniacum, quod aliquandiu ob validum, quo tenebatur, præſidium fruſtra oppugnavit (quanquam non tam armis, quam pluviis & procellis aſſiduis conſtet defenſum) in hyberna conceſſit: præter cohortem unam, quam penes ſe Veronæ eſſe voluit, reliquas copias ab Abduæ ripa ad Tauriſinos uſque municipatim vicatimque diviſit: hiſque in provincia geſtis, ad Principem & Senatum ſalutandum Venetias cum paucis venit. Vix unquam alias Imperatorum aliquis majore lætitia a Patribus & univerſa civitate eſt acceptus: quippe quem non ſolum probabant, ſed admirabantur etiam, ſuſpiciebantque ob clara ipſius geſta, quaſi auguſtum aliquid & ſupra humanum in eo intuerentur. Itum igitur eſt illi obviam ab omnibus frequenter ordinibus, ac demum in curiam adductus, magnificentiſſimiſque verbis laudatus. Eſt non parum quoque laudatus Franciſcus Barbarus, qui voluntate Patrum cum Petro Advocaro & centum Brixienſibus nobiliſſimis viris Venetias non multo poſt Sforciam venerat. Vertit is quoque ob Brixiam ſervatam, non minus quam ille, oculos omnium in ſe, ſummaque defixit admiratione, ampliſſimiſque ad hæc honoribus ornatus. Brixienſes & ipſi cum multis lachrymis præ nimis lætitia ac charitate ad Principis complexus & oscula admiſſi: laudataque eorum fide, quam omnibus monumentis poſteritati conſecrandam cuncti aperta prædicatione conſebant, perpetua donati ſunt immunitate. Et ut plebs ſua quoque ſentiret præmia, molarum vectigal, quod viginti millibus locari conſueverat, in perpetuum eſt populo remiſ-

1440 *Sforcia hybernorum tempore appetente Venetias venit.*

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1440 missum. Petrus Ludronius, Paridis filius, ob sua & patris in Rempublicam merita, ampla & ipse munera accepit, ac cum his trinas ædes, Paduæ unas, alteras Vincentiæ, Veronæ noviſſimas.

1441 *Spectacula ampla & insignia in gratiam Jacobi Foscari, Principis filii, edita.*

Exhibita ad id in urbe spectacula pene insueta, atque illa ipsa omnia in Jacobi Foscari, Principis filii, gratiam, qui uxorem per eos dies duxit splendidiſſimo nuptiarum apparatu. Sed spectaculorum omnium illud ut insuetum, ita maxime voluptuosum, & ob id fortaſſis præ cunctis memorabile: quod a Samuelis æde ad Barnabæ ripam aquas, ponte ad tempus extructo, junxit, ut equestri pompa in Leonis Contareni ædes transiret, qui illi filiam desponderat. Eam paternis ædibus eductam, Bucentauro nobiliſſima navi purpura instrato excipiendam curavit: in quo ex omni nobilitate matronæ cultu & fortuna præstantes affuisse dicuntur. Hastarum ad hæc certamina, & aurigationes plures dies tenuere, & a pluribus in Principis gratiam instauratæ. His erat civitas spectaculis occupata: dum Picininus, qui neque victor, ut diximus, neque victus quiescere poterat, satis valido in Gallia exercitu reparato, media ferme bruma (tum dico, quum nemo eum moturum speraſſet) in Brixianum agrum repente impetum fecit: tantoque tumultu & terrore omnia complevit, ut priusquam Sforcia Venetiis profectus sit, omnem Brixiani agri planitiem, præter Urceos, cum omnibus quæ in Abduana terra, inferioreque Bergomatis agri ora Venetus tenebat, ad deditionem compulerit, mille & ducentis equitibus ad Clarum oppreſſis. Sforciani ex hybernis tumultuose exciti, in munitiora se receperant loca: quo factum est, ut tantus uno loco equitatus interceptus sit. Acceſſit ad eam cladem Ciarpellionis defectio, qui cum equitibus trecentis ad Picininum transiit: cujus perfidiam Dux Hadriæ secutus, & ipse cum non parvo equitatu Sforciam deseruit. Mira locorum defectio ad hos motus secuta fuerat: sed longe major postea secuta est ad falsos rumores, quos de illo dissipandos Picininus curarat: fuisse eum Venetiis in custodiam conjectum, ac Patrum jussu clandestine necatum. Ea mendacii oppor-

opportunitate usus hostis, tamdiu omnia sibi ad injuriam 1441
opportuniora reddidit, quoad ille ad primam renovati belli famam, ad coarguendos rumores falso de se vulgatos, Brixiam advolavit. Et quia ob immensa frigora nihil agi poterat, confirmatis sua præsentia qui adhuc in fide erant, ac bene sperare jussis, ipse Veronam rediit. Ubi audito Vallegiani pontis casu, quem Mantuanus Princeps per eos dies, occuparat, cum iis copiis, quas ex proximis hybernis tumultuose excivit, locum adortus, pauciſſimis diebus recepit, receptumque valido firmavit præsidio. Quidam auctores sunt, sub illius ex Brixia digressum, Clarum, Soncinum, Martinengium, & Casale majus ad hostes defeciſse: nec eum clade illa magnopere commotum, ratum satius fuisse ita evenire, quam si vi capta aliquam majorem cladem adiissent: quum plane constaret, loca illa eorum postea futura, qui proxima æstate plus armis essent valituri. His demum locis Philippi copiæ quod hyemis superat egere. Sub vernum autem tempus utrinque magnis conatibus bellum parari est cœptum: pecuniæ, arma, commeatus, atque omnia quæ ad victoriam facere creduntur, studio expediri: eratque non Gallia solum, sed tota Italia in præsentis belli eventum erecta. Apparebat enim, nisi altero ferociſſimorum ducum sublato, aut omnino armis exuto, debellatum iri nullo modo posse. Transiverat interim ex Hetruria in Galliam Michael Attendulus cum duobus millibus militum, a Veneto hoc nomine accersitus, ut Mellitæ loco (qui exigua spe animum trahebat) Venetis copiis præesset.

Sforcia, cujus imperium longe majus erat (quippe qui non solum Venetis, sed sociorum etiam omnium moderabatur viribus) quia jam tempus movendi ex hybernis erat, vires omnes in unum contraxerat: quum hostis, qui vel minimos ejus motus per exploratores cognoscere consueverat, aliquanto maturius cum sexdecim millibus armatorum in Bergomensi agro ad Seriolæ amnis ripam consedit, castris prope Algisium communitis, ita ut a fronte ripam haberet aquis & situ munitam, dextra vero lævaque altas

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1441 altas rupes, a tergo Ollium cum ponte præsidiis firmato. Apud quosdam Mellam pro Seriola scriptum reperio, & pro Algisio Cignanum: sed quocunque ille loco metatus sit (nam satis constat, natura munitum fuisse) longa mora credidit se omnes Sforciæ conatus frustraturum: sed longe aliter, quam animo conceperat, evenit. Nam ubi Venetus Imperator cum florentissimo exercitu in hostium conspectum venit, explorata locorum natura, confestim confligere atque hostes vi loco summovere constituit. Suos itaque hortatus dicitur, ut subito sese ad pugnam, omnino specie quam re majorem, expedirent: fore affirmans, ut Philippi militem cum timido duce in arctissimas angustias, velut in nassam quandam, sua sponte inclusum, modico negocio vincerent: ex quo victo, atque rebus omnibus exuto, ingentem prædam ingentemque gloriam essent postea laturi; fuisse se majore hortatione usurum, si exercitus totiens fusus, fugatus, captus, ac demum ignominiæ assuetus non omnibus notissimus esset: irent, & ad primum pugnæ signum timidum hostem, & jam sua confessione prope victum, a fronte a lateribus circumsisterent: crederentque interim, se ad victoriam, non ad prælium mitti, quo se virorumque numero, virtute, animo, fœlicitate, longe præstituros non ignorarent. Ac cum his admota proxime sagittariorum manu, signoque ad pugnam dato, confestim acre prælium est circa ripas consertum: quo Cavalcabos, vir fortissimus, ac plerique alii viri illustres occubuere: multi quoque, in quibus Troilus fuit, vulnerati: fuissetque eo die non sine ingenti cæde ibidem pugnatum, nisi prælium nuper initum nox ipsa oppressisset. Apud quosdam reperio, a mane ad meridiem pugnam distractam. Pasius ait, Picinino a Philippo jussum ut pugna abstineret: atque ob id nocte, quæ diem illum proxime secuta est, Ollium silentio noctis transmisisse, ponteque præsidio firmato, in Cremonensi agro consedisse. Sed propius vero est quod Montanus tradit, fuisse non semel vario eventu pugnatum, nec prius hostem ultra flumen abiisse, quam Pontolium, quinque inde & viginti passuum millia a Collio-

lione, viro impigro, vel, ut alii ajunt, Antonio Martinengio, occupatum, Venetasque copias in Cremonensem agrum transmissas audivit. Uter altero prius amnem superaverit, quia auctores variant, parum compertum habeo: illud vero omnes affirmant, Sforciam, ubi primum in hostico consedit, confestim Martinengum obsidione cinxisse. Erat id oppidum a Jacobo Gaivano cum valido equitatu initum: aderant & pedites multi, ita ut mercenariorum multitudo aliquanto oppidicæ præstaret. In Venetis castris triginta supra centum equitum turmæ fuisse dicuntur: peditumque vis ingens. His fretus viribus Venetus Imperator, oppidum corona cinxit: mox vero castris, vallo, & fossa communitis, obsessum hostem tam diu premere constituit, donec vi aut fame domitum in potestatem redegisset. Picininus, postridie quam Veneta castra eo admota erant, mille passus a Sforcianis munitionibus consedit, loco nemoribus & aquis munito, in omnes occasiones intentus, ut si quid ab hoste temere committeretur, in pabulatores aut stationarios impetum faceret: totis viribus in aciem descendere nullo modo in animo erat. In hoc statu res Philippi erant, qui etsi jam antea tanta rerum omnium laborabat inopia, ut post Picinini reditum in reparando exercitu ab aulicis quibusdam pecuniam, ex officinis arma, equos vero & commeatum a subditis urbibus accepisset; quia tamen summum belli discrimen instare videbat, ut invicto erat animo, & semper in re bellica occupato, summa ope nitebatur partes suas novis supplementis firmare. Veneti quoque & ipsi, quia in possessione victoriæ jam propemodum erant, cæterum ad ostentandam suarum opum potentiam, tam largo, quam unquam alias, stipendio undique militem contrahebant, ita ut paucis diebus præter calones, lixas, & alia hominum genera, qui sordidum in castris faciebant quæstum, triginta armatorum millia circa Martinengum in castris haberent. Diruebant interim assidui tormentorum ictus ipsius oppidi mœnia, ita ut jam facile capi posse videretur, si Sforcia illud aliqua majore oppugnatione fuisset adortus. Abstinuit tamen, veri-

Validissimæ Venetorum & Philippi copiæ ad Martinengum uno tempore consedere.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1441 veritus, ut creditur, ne Picininus in ſuos eo negocio occupatos impetum faceret. Fuerunt ea tempeſtate, qui crederent de induſtria rem ab utroque duce ſine prælio diſtractam, atque inter eos fœdus clandeſtine ictum, ut res Italiæ inter ſe dividerent: rati, facillime eventurum, ut tanto robore copiarum freti, uterque ſuam eſſet provinciam fœliciter obiturus. Sed res ſine certo auctore edita, aliquam fortaſſe apud alios fecit fidem; apud Venetos tamen, qui Sforciæ ingenium exploratum habebant, nullam. Sigiſmundus Ariminenſis per eos dies in caſtra ad Sforciam venit, cui Polixenam filiam antea Malateſtæ deſponſatam, uxorem dedit. Oſtaſius Polentanus, qui Tauriſii erat, ex fuga, quam ad hoſtes intenderat, retractus, cum Hieronymo filio in Cretam eſt relegatus, ubi paucis diebus uterque morbo conſumptus eſt. Nec ad Martinengum interim novi aliquid movebatur. Bina caſtra proximo ſibi loco erant, hæc in oppugnationem, illa ad inſidias intenta; ſed utrunque frigidius fieri.

Philippus autem, ſive rumoribus illis, de fœdere inter duces nefarie icto, temere vulgatis commotus, ſive quia bellorum ob immenſa diſpendia jam tædere cœpiſſet, ſive potius (quod quidam etiam affirmant) inſolentiſſimis Picinini, & aliorum, qui ejus ſtipendia faciebant, poſtulatis, repente ab armis ad pacem converſus, ſtatuit Blancam filiam, & cum illa fortunas omnes in Sforciæ fidem & arbitrium conjicere. Occulte igitur Urbanum quendam Roſanum, Ticinenſem (apud alios pro Urbano Euſebium Caimum reperio) in caſtra ad Sforciam miſit. Qui de ea re diligentius ſcripſere, tradunt Antonium Guidobonum Derthonenſem ab initio ad tentandam pacem miſſum, mox vero, cum quo res acta ſit, Euſebium Caimum, cum quo a ſecunda noctis vigilia, remotis arbitris, ad lucem de conditionibus pacis Sforcia dicitur locutus. Mane vero ambo ex ſecretiore loco hilari vultu in medium proceſſere. Convenerant jam multi ad ipſius ducis tabernaculum officii cauſa, ut fit, in quibus erat Maripetrus legatus: ad eum & alios converſus Sforcia, ſubridens inquit;

Pa-

1441 *Pax Philippo Sforciæ arbitrio reddita eſt.*

Pacem nuncio vobis, viri clariſſimi: nulla de bello & armis mentio futura eſt: paci & ocio eſt ſtudendum. Ea denunciatio, ut res nova & minime expectata, Venetum & alios ſubito ſtupore defixit, quærentes inter ſe, quid eſſet, quod tam cito Sforciæ animus ab armis ad pacem inclinaſſet, & ex inimiciſſimo, qui modo fuerat, factus eſſet tam repente Philippi amicus. Occupavit rumor ille confeſtim tota caſtra, ſecutumque inde Imperatoris edictum, mandantis, ut ab armis miles & injuria abſtineret. Id ipſum Philippi legatus apud Picininum ſubito faciendum curavit. Narrant hic quidem rem miram: eodem die mutuam inter milites congratulationem ſecutam, & quaſi ex binis caſtris una facta, tam frequens curſitatio hinc inde ad primam pacis mentionem orta ſit: poſtridie vero duces ipſos in aperto congreſſos, complexu & oſculis ſeſe blande excepiſſe. Miſerat interim Sforcia Venetias Angelum Simonetam, qui Principi & Patribus quid actum eſſet ſignificaret. Nec diu celavit dolorem ſuum Picininus, quin educto ex Martinengo præſidio, in Laudenſem agrum conceſſit, ubi multa de fortuna & Philippo queſtus dicitur: quod ſe claudum, ſenem, inopem una prodidiſſent. *Fors fortuna*, inquit, *tuque Philippe ingratiſſime: oportuit ne rem tantam me inſcio moveri? Hoccine eſt quod tot annos per ſudores & frigora, per æqua & iniqua præceps, ingratiſſimo Principi ſervivi? O inanes labores mei, o pericula quæ totiens adivi. Quid fides mihi profuit? quid induſtria? Quid illud, quod res Philippi perditæ noſtra ſunt ſepius diligentia reſtitutæ? Servavi ego, & in ſummo principatu retinui, qui me tandem pro hoſte haberet. Habet certe, ac neſcio an pluſquam hoſtem me oderit: Sforciæ filiam, Sforciæ fortunas omnes tradidit. Picininum vero infœlicem, cujus fidem, ſolertiam, ſtudium & induſtriam exploratam habet, non modo non majoribus dignum cenſuit honoribus, ſed ne talem quidem, cui ocii conſilia crederentur. At cujus vero illud eſt, nihil magni Principis gratia levius, nihil incertius: neque plus firmitatis in ſpe, quæ ex illo pendet, quam in furioſi hominis pileo eſſe.* In hoc erat ille mœro-

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1441 re, quum Sforcia, Martinengo & aliis Cremonenſis agri locis receptis, copiis Maripetro legato, Michaeli & Alexandro fratribus relictis, Venetias profectus eſt. Hic ubi in curiam eſt admiſsus, ita Patres allocutus dicitur. *Dei*, inquit, *Maximi Optimique benignitate, veſtraque, Princeps & Patres, fœlicitate, ita ad hunc diem validas Philippi opes acciſas reddidimus, ita ferociſſimos illius ſpiritus multis cladibus aliis ſuper alias fregimus, ut proximis diebus, qui ſuo nomine pacem ſupplex peteret, in caſtra miſerit, cujus me auctorem & arbitrum eſſe voluit. Veſter exercitus incolumis eſt: oppida quæcunque ille vobis ademerat, recepimus: ſuntque in veſtri legati poteſtate. Pacem cum his vobis affero: ſi eam ex veſtra dignitate ducitis, ſi talem, ut receptam Reipublicæ veſtræ conducere arbitremini, ut oblata eſt, ſi placet, ſumite: ſi vero in armis adhuc eſſe cogitatis (quando utrunque ſequi vobis integrum eſt) dicite quid me facere velitis. Nam quod ad me attinet, ea fide & conſtantia, qua bellum hoc ſuſcepi, ſuſceptumque, ſuperis juvantibus, magna ex parte confeci, dabo operam (modo fortuna votis reſpondeat) ut ex ſententia quandoque confectum audiatis.* Gratus fuit Sforciæ adventus, gratior tam popularis oratio, pax vero gratiſſima, quippe quæ ea viſa eſt, ut æquiorem illa aut potiorem optaſſet nemo. Actæ itaque illi gratiæ ingentes, quod fide & virtute, qua cœpiſſet, bellum laborioſiſſimum ad optatum exitum perduxiſſet. Quod ad pacem attineret, reſponſum eſt: Venetos eam ratam perpetuamque habituros, quam ipſe cum hoſte ſanxiſſet. Iret, & quod Veneto nomini eique bene verteret, rem Venetam, quo vellet, ſtatueret loco. Certo ſcire ſe, nihil ab eo decerni poſſe, quod non idem e Republica Venetique nominis dignitate eſſet. Cum his ille a Patribus digreſſus, tam inclyta pace non minus quam victoria lætus in caſtra rediit. Hic dimiſſo in hyberna exercitu, ipſe Caprianæ eſſe voluit, ubi ex tota Italia legatos, quos ad ſe conventuros ſciebat, audiret. Affuerunt uno tempore ab Eugenio Pontifice Lodovicus Patriarcha, quo poſtea decedente, Blundus Forlivienſis, hiſtoriarum ſcriptor, apud Sforciam

ciam remanſit: Nerius Capo & Angelus Acciarolus a Florentinis miſſi: Franciſcus Barbadicus & Paulus Thronus a Venetis, ut ſi opus fuiſſet, non deeſſent, qui Venetam cauſam tuerentur. Ex Mediolano Philippi nomine aderant Nicolaus Arcimboldus & Franchinus Caſtilionenſis. Multi præterea alii aliorum Principum ac populorum nomine legati acceſſere. Philippus, ut ab initio erat pollicitus, Blancam filiam, ex Ferraria jam antea revocatam, Cremonam cum nuptiali pompa miſit. Miſſi ad hæc, qui dotis nomine Cremonenſem arcem cum ipſa urbe Sforciæ traderent. Ad eam cum puella recipiendam tribus millibus equitum ſtipatus ille profectus eſt: hic patentem arcem fulgentibus ſplendens armis cum delecta ſuorum manu ingreſſus, ubi ad puellæ conſpectum venit, ita eam affatus dicitur. *Diu multumque laboravi, dulciſſima conjux, ne tuo optatiſſimo fraudarer connubio. Nec amor in te meus, ex quo ad tuas nuptias animum adjeci, paſſus eſt me unquam quieſcere; ſed die noctuque animo obverſabaris, indignabarque vehementer mecum, quod noſtræ fœlicitatis æmuli tanti apud Philippum patrem tuum eſſent, ut te mihi per illum abnegarent. Certus quidem fui, aut fortiter mori, aut te mihi armis, ubi bona venia non licebat, vendicare. Sumpſi arma, fateor, bellum graviſſimum ſuſcepi, ne non omnia tui cauſa molitus viderer. Nec Philippum odi unquam, quia tibi & per te mihi pater erat; nec illi tantum obeſſe volui, quam ne me inſigni contumelia afficeret, admonere, quod nunc demum res ipſa declaravit. Voluit ille ut arma deponerem, depoſui: fecit me ſanciendæ pacis arbitrum, pacem illi & ocium cum Veneto ſempiternum peperi. Quorſum igitur hæc multa? Ne ignorares, me neque tibi neque tuorum cuiquam obeſſe unquam voluiſſe. Nec quia armis me ſeptum videas, ad hoſtem, non ad amantiſſimum conjugem te miſſam putes: ita ſane, non aliter, decuit ſummi Principis filiam a bellicoſo & martio conjuge primum ſalutari. Supereſt igitur, ut mutuo ſtudio & charitate inter nos certemus, tuque des operam, ut Philippus de nobis poſthac bene cogitet. Nam quod ad me attinet, pari tecum pietate, veluti communem*

Sforcia Blancæ conjugis nuptias Cremonæ celebrat.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1441 *parentem amabo ſemper ac fovebo*. Hæc ille, atque unà puellam certo arrhæ pignore ſibi devinctam, precioſiſſimis muneribus donavit. Hæc Ariminenſis Paſius. Non deſunt qui dicant, ad Sigiſmundi fanum extra urbis mœnia ſponſalia acta, omni interim Sforcianæ orationis ad conjugem mentione omiſſa. Nuptiis rite celebratis, ad cognoſcendas legatorum cauſas ſubito ille rediit, quæ cognitio plures omnino tenuit dies: nam & Eugenii Legatus Bononiam a Picinino occupatam, Ravennamque a Venetis repoſcebat. Veneti contra Leniacum, & quæ in Abduana terra antea tenuiſſent, a ſuo imperio alienari ægre laturi videbantur. Jactata quoque non parum Philippi cauſa, nec non & Gonzagæ Principis, ab iis qui eorum nomine aderant: ii Lunatum, Piſcariam, & alia pleraque loca; illi Brixiam & Bergomum, urbes nobiliſſimas, repetebant. Demum poſt longas altercationes Sforciæ declaratio hujuſmodi ſecuta eſt: Ut Philippus nullum in Brixienſi agro Bergomenſive jus haberet, ſed ipſæ urbes cum ſuis finibus, & quicquid intra illos contineretur, Venetorum eſſent: Cremona cum ſuo agro & quæ in eo includerentur, Blancæ conjugis dotalis haberetur: Romanengium cum omnibus Abduanæ terræ oppidis Veneti Philippo redderent: Piſcariam ipſi Lunatumque retinerent: reliqua quæ Mantuanorum finium eſſent, Gonzaga reciperet, ita tamen, ut ipſe, præſidio educto, Leniacum cum portu Venetis relinqueret: Ripam, Turbulas, ac Penetram, quæ loca jure belli ſua Venetus feciſſet, poſſideret: haberet & Ravennam: Eugenius poſt biennium a Picinino Bononiam reciperet: Aſtur Faventinus, redditis Florentino populo oppidis, quæ ſemel occupata, nec adhuc reſtituta eſſent, carcere emitteretur: Genuenſes liberi juris eſſent, nec rei quicquam illis cum Philippo eſſe intelligeretur. Cæterum pacem, cui imprimis cautum voluit, ſancte ab omnibus cuſtodiri oportere pronunciavit. Sforciæ declarationem aliis aſſenſu probantibus, Eugenii Legatus (quia parum Romanæ Eccleſiæ rebus conſultum credebat) neque ipſe probavit, neque cuiquam probandam cenſuit: quin, velut injuriam accepiſſet, paulo poſt

Pacis conditiones a Sforcia declarantur.

poſt Florentiam profectus, Romam abiit. Pax ſexto calendas Octobris, anno ab urbe condita viceſimo ſupra milleſimum, ex quo vero noviſſime cum Philippo bellari cœptum erat, anno quarto, hoc eventu ſecuta eſt. Supplicatio in triduum decreta, ac Deo Optimo Maximo circa Divorum aras ac templa gratiæ actæ, quod ex ſententia bello periculoſiſſimo, non ſolum incolumi, ſed auctо quoque imperio, civitas defuncta eſſet. Vincula ſontibus adempta, rei carcere educti: qui antea ærarii facti erant infra centum libras, omnino, ſupra vero, mulctæ dimidio abſoluti. Sforcia anno jam tertio ex quo in Galliam venerat, Venetias cum Blanca conjuge venit: cui a Principe & univerſo Senatu frequenter itum eſt obviam. Principis uxor cum nobilium matronarum cœtu Bucentauro puellam excepit. Apud Bernardos, ædibus ad hoc publice inſtructis, in hoſpitio fuere. Loca publica & tabernæ omnes a Rivoalto ad Auream ædem ſtupendo mercium apparatu, inſuetum hoſpitibus ſpectaculum exhibuere. Publici theſauri qui in parte ædis aſſervantur, in apertum relati, ut per ocium ab omnibus ſpectarentur. Publica ad hæc munera in utrunque collata. Demum in Picœnum abeuntes frequens nobilitas cum Principe Medoacum uſque officii cauſa ſecuta eſt.

1441


Sforcia cum Blanca conjuge Venetias progreſſus, honoriſcentiſſime accipitur.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

IN LIBRUM SEXTUM EPITOMA.

BElLo ab Eugenio & Philippo renato, Sforcianæ opes quadriennio & amplius bello in Picæno jactatæ, noviſſime ex ea terra ſublatæ ſunt: In Turcos per id tempus pluribus eſt locis pugnatum: Leonelli Æſtenſis uxor honorificentiſſime eſt Venetiis accepta: Bononienſes ſeſe in libertatem aſſeruere: Franciſcus Picininus, abſente patre, copiis omnibus ad Ulmum exutus eſt: Ingens ductorum defectio Sforciæ opes in Picæno fregit: Nicolaus Picininus Mediolani vita deceſſit: Michael Attendulus, reſumptis circa Cremonam armis, Philippi copias in Padana inſula profligavit: Patres quum de fœdere a Sforcia cum Philippo noviter icto reſciviſſent, omne publicum illi beneficium ademerunt: Venetæ copiæ bis Mediolanum ſunt admotæ: Multa circa Larium lacum damna ſunt a Veneto hoſtibus illata: Philippus dux vita deceſſit: Veneti Laudem & Placentiam in fidem recepere: Sforcia in Galliam transgreſſus Placentiam expugnatam diripuit: Venetam claſſem ad Caſale majus incendit: Noviſſime Venetos ad Caravagium caſtris exuit: Veneti cum Sforcia fœdus in Mediolanenſes percuſſere: Mediolanenſes paulo poſt, icto cum Venetis fœdere, libertatem adverſus Sforciam tuendam ſuſceperunt.

M. AN-



M. ANTONII SABELLICI, RERUM VENETARUM AB URBE CONDITA, DECADIS TERTIÆ,

LIBER VI.

POſt Sforciæ digreſſum aliquandiu pax in Gallia fuit: interim vero res Ven[illegible] haud omnino in ocio fuere, ſed Picæni belli cura & Bononienſium motus tam diu eas ſollicitas habuere, donec in Cremonenſi bellum a Philippo ſit renatum, quod longe inde late[illegible] poſt illius obitum tota Gallia exarſit: ſed de ejus cauſis & eventu aliquanto poſtea dicetur. Nunc vero, quando ita rerum ordo poſtulat, in iis, quæ partim domi, partim extra Italiam ſunt a Venetis geſta, paulumper immorabimur, quæ ideo

1441 *Bello ab Eugenio & Philippo renato, Sforcianæ opes quadriennio & amplius in Picæno jactatæ, noviſſime ex ea terra ſublatæ ſunt.*

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1441 ideo illis præferenda duximus, quia in Venetis annalibus prius relata reperio. Pacato igitur Galliæ ſtatu Andreas Dandulus ad Babylonium Regem profectus eſt, publico illi nomine ſatisfacturus: quod rumor erat, multos mortales Veneta navi ex ejus finibus ad occidentem ſolem devectos, ibique partim necatos, partim ſerviliter divenditos. Ut barbarus igitur & omnes ſcirent, eam culpam publico conſilio abeſſe, injuriæ auctor, quia accerſitus ad diem non affuiſſet, abſens damnatus eſt; quanquam non multo poſt, facta illi dicendæ cauſæ poteſtate, non ſolum ſe feciſſe, ſed quare etiam oportuiſſet id facere, Patribus monſtravit: atque ob id ipſum dicitur omnibus ſuffragiis abſolutus. Mellita vir gloria militari inſignis, deque Ve-
1442 neto imperio optime meritus, vita deceſſit: cui gratiſſimus Senatus equeſtrem ſtatuam Paduæ ad Antonii ſanum erigendam curavit. Procuratorum numero tres hoc anno additi, primiſque comitiis Aloviſius Lauretanus eſt creatus, ſecundis Paulus Thronus, Franciſcus Barbaricus, cognomento Dives, noviſſimis: atque jam inde qui ſex antea fuerant, novem eſſe cœperunt. Tres onerariæ cum triremi una ad mare latrociniis purgandum eodem tempore in altum eductæ: conſtans fama erat Gotholanos piratas latrociniis maria infeſtare. Nec ita multo poſt ad ſinus præſidium quatuor ſunt triremes profectæ, quarum imperium Antonio Diedo eſt datum. Is Antibarim in Epiro paucis per adverſam factionem rem ad Venetos trahentibus, vi cepit, captumque Veneto imperio ſubegit. Ad quartum idus Novembris eodem anno, qui viceſimus ſecundus ab urbe condita ſupra milleſimum fuit, ita maris inundatio omnia urbis loca obruit, ut aquis longe lateque vagantibus ingens vis mercium ſit corrupta: creditum eſt, decies centena millia aureorum nummum cataclyſmum illum negociatoribus decoxiſſe. A Pannonibus proſpere in Turcos per hæc tempora dimicatum reperio. Nec ita multo poſt & in inferiore Myſia, quam hodie *Valachiam* vocant, majore aliquanto Turcorum clade. Piratæ interim ita maria infeſtabant, ut nihil uſpiam tota

Mellitæ mors.

Supe-

Superi Inferique maris ora negociatoribus tutum relinque- 1442
retur. Appuliæ Calabriæque portus, in quos ſe ex alto recipiebant, majorem latrocinandi materiam animumque ad id facinus exhibebant. Venetis eam injuriam ſæpius ad Alphonſum queſtis, quum ferme ſemper illud redderetur: *Dolere ſe vehementer, Venetos negociatores ulla ſuorum injuria affectos, neque illud mandatum fuiſſe cuiquam, neque ſatis credere id, quod illi dicerent, factum:* percitus ira Diedus Biſtonium, tunc piratarum tutiſſimum refugium, repente adoritur. Credo ego, ita a majoribus appellatum maritimum in Frentanorum ora oppidum, quod hodie vulgo *Beſticen* vocant. Primo igitur ab oppidanis petit, ut latrones eo compulſos ſibi dederent, quo præſtito pollicebatur, ſine cujuſquam injuria ſe inde claſſem abducturum. Biſtonienſibus id ſe facturos negantibus, vimque inſuper, ſi a Veneto aliquid moveretur, parantibus, arma Diedus intulit: qui oppidum oppugnatione adortus, adduxiſſet omnino hoſtem in diſcrimen, niſi ſubito coorta tempeſtas Venetos, disjecta claſſe, pene naufragos injuriæ opportunos reddidiſſet. Quo accidit, ut ipſe triremium præfectus cum navalibus turmis in hoſtium poteſtatem venerit. Hi poſtea Alphonſi Regis juſſu, claſſe & rebus receptis, ſunt dimiſſi. Additum & præſenti liberalitati, quod Rex profeſſus eſt, ſe Veneto perſoluturum, ſi quid diceret pugna illa amiſſum, quod ad eam diem non recepiſſet. Ductu & auſpicio Andreæ Quirini captivæ naves ex Biſtonienſi portu ſunt abductæ: qui ad priſtinam ignominiam abolendam piratas perſecutus, multas Venetas ab illis victis fugatiſque naves recepit, multas etiam proprias ademit. Ipſi haud ignari quid ſupplicii meriti eſſent, ne in Veneti poteſtatem venirent, Liburnicis reiectis, qua proximum cuique fuit, in littus abiere, ac tantiſper a mari abſtinuerunt, dum Venetam claſſem domum reductam audivere: tum vero aliquanto atrocius coorti, rurſus omnia latrociniis fœdare. Sed neque ea licentia diuturna fuit, Philippo Canali cum tribus onerariis & triremi una ad eorum curſum inhibendum, ſubito ex urbe miſſo.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1443 *In Turcos pluribus locis pugnatum.*

missо. In Turcos quoque triremes aliquot per hæc tempora Venetiis instructæ dicuntur : verum neque numerus ab his qui rem memoriæ prodiderunt, neque præfecti nomen traditur. Ex negociatoriis quæ ex Syria onustæ redibant, Contarena subita tempestate disjecta periit : turma navalis, quæ in littus naufraga annataverat, in onerariam Antonii Abrami impositа, circa Methonem facto iterum naufragio, periit. Duplex clades ad id naufragium est secuta, virorum videlicet, quæ eo major fuit, quo plures in eo mortales fuere, nec non & preciosæ mercis, quam quinquaginta millibus æstimatam memorant. Duæ quoque triremes Leonelli Æstensis nomine instructæ, quarum altera purpurea habuisse vela dicitur, ex Ortona Pelignorum urbe, Aragoniæ Regis filiam illi matrimonio locatam Venetias advexere : Victor Capellius & Franciscus Lauretanus triremium præfecti fuere. Sponsa in amici Principis gratiam magnificentissimo apparatu excepta est. Publicum navale cum toto armamentario regiæ puellæ & illustribus viris, qui illam officii causa sequebantur (in quibus Salernitanus Princeps fuisse traditur) spectaculo patuit. Traducta deinde puella in Rivumaltum per *Merceriam* viam, ad tempus stupenda mercium opulentia instructam. Proditum est memoriæ, tanto undique studio ad eam visendam concursum, ut præ nimia mortalium frequentia Rivoaltini pontis latera repente convulsa ingentem hominum vim in subjectas aquas secum traxerint, ad ducentosque eo casu in altos fluctus præcipitatos, quorum viginti prorsus obruti sint, ac ferè totidem debilitati. Multis ad hæc honoribus ampliſſimisque muneribus eam abeuntem Patres prosecuti sunt. Quo effectum est, ut non multis interjectis diebus Leonellus Venetias venerit, ut Principem & Senatum salutaret, ageretque ei & omni Veneto nomini gratias, quod tam honorifice splendideque sponsam accepisset suam. Verno ejus anni tempore octo in Turcos triremes Eugenii sumptu Venetiis summo studio instructæ. Id negocium Pontifex Joanni nepoti, ex Condulmaria familia, Cardinali mandarat. Triremium præfecti fuere Aloviſius

1444 *Leonelli Æstensis uxor honorificentissime Venetiis accepta.*

viſius Lauretanus, Petrus Zenus, Marinus Molinus, Paulus Lauretanus, Laurentius Maurus, Nicolaus Contarenus, & Antonius Condulmarius. Quatuor quoque præter illas Belgarum Ducis nomine triremes per eos dies instructæ, quæ & ipsæ patricios ex Veneria, Contarena, Lauretana, & Georgia familia præfectos habuere. Totius classis imperium (tam enim Gallicæ illæ, quam Eugenianæ in Turcos moturæ erant) Aloviſio Lauretano est datum : qui cum Condulmario Antistite, omnibus prosperam navigationem prosperumque successum precantibus, domo profecti in altum abiere. Peropportune Christiana classis in Hellespontum venit. Forte acciderat, ut Amurathus Othomanus, Turcorum Rex, per eos dies ex Europa, filio ad Salonicem relicto, ipse (ut dicitur) Genuensium opera in Asiam transfretasset, quo trepidissimis revocabatur nunciis. Constans fama erat, Caramanum Regem ingentibus in eum copiis movisse. Tum vero Asiæ rebus compositis, quum in Europam transire tentasset, comperit Hellesponti angustias a Pontificia classe insessas attentissime custodiri : feceratque ea res spem maximam, fore ut immanissimus hostis a suis exclusus aliquam ingentem in Europa cladem per absentiam adiret. Percrebruerant ad id rumores, Ladislaum Polonum, tripartito copiis Danubio trajectis, ferociter in Turcos qui in Europa erant, movisse. Tenuit aliquandiu ea expectatio : demum sub exitum autumni cognitum est, trecenta Christianorum millia cum vi Turcorum incredibili conflixisse : pugnatumque a prima diei hora ad vesperam : fortunaque neutro inclinante, utrinque datum fuisse signum receptui : duodequadraginta Turcorum millia eo prælio cæsa : Christianorum decem : in quibus proditum est memoriæ, Gallum hominem inter suos populares illustrem, corpore & animo prævalidum, cum trecentis equitibus per confertissimas hostium catervas ad Othomani præsentiam (qui jam ex Asia ad suos trajecerat) perveniſse : in eumque fortiter invectum, conto prius, inde gladio graviter percussisse. Et quia aureo erat paludamento ornatus, creditum vulgo est Ladi-

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1444 Ladislaus esse: ac proinde undique ferro petitus, coactus diu in orbem pugnare, ingentem circa se hominum stragem edidit: demum superante hostium multitudine, cæsis sociis, ipse quoque multis confossus vulneribus concidit.

Pontificis, Alphonsi Regis, & Philippi Vicecomitis fœdus adversus Sforciam.

Sed jam tempus est, ut ad res Italiæ redeamus, quibus iccirco externa prætulimus, ut magis perspicue reliqua traderentur. Ægre, ut diximus, tulerat Eugenius Bononiam Sforciæ arbitrio sibi in biennium abnegatam: sed longe ægrius Philippum ferre, omnia generi consilia eo tendere, ut sub vernum tempus cum quam maximis posset copiis adversus Alphonsum moveret. Sforciæ odium illud etsi quasi hæreditarium, & a patre per manus acceptum videri poterat: multa enim Sforcia pater circa Neapolim pro Joanna regina ad frangendos omnes Alphonsi conatus gesserat. Accedebant novæ irarum causæ: quod Alphonsus omnia oppida, quæ ille in Samnio & Appulia hæreditario jure possederat, armis occuparat. Atque ob id ipsum, quum adhuc Cremonæ esset, Nicolai Macei interventu (qui ad hoc ipsum venerat) fœdus cum Renato rege percusserat, ut illi auxilio adesset. Ejus fœderis fama commotus Alphonsus, vehementer Philippum orare, ut hostiles generi motus aliquo modo, si fieri posset, retardaret. Amicissimi Regis precibus motus Philippus, cæterum iratus, Cremonam Venetorum fidei ab illo potius quam sibi demandatam, & quod post filiæ nuptias nihilo suarum partium studiosior esset factus: non destitit Eugenio suadere, ut, se auctore, illi arma inferret, utereturque Picinini opera, quo uno neque dux melior, neque ad Sforciæ opes evertendas promptior parari posset. Sanciunt itaque fœdus inter se: additus inde tertius Alphonsus rex. Certus erat Sforcia, Renatum regem, quem Alphonsus Neapoli inclusum terra marique premebat, auxiliis levare: feciissetque, nisi Eugenius, priusquam in Picœnum veniisset, domestico eum bello implicuisset. Quare mutato consilio, quia domo abesse non poterat, Joannem fratrem ad opem Renato ferendam misit; sed res parum prospere ab

ab eo gesta est: quippe cum Caudolistis junctus, ac forte 1444
acie cum Alphonso congressus, castris & omni equitatu ad Carpenonum exutus est. Rex vero Neapoli potitus, in Sforciæ invidiam Picinini rebus non solum favebat, sed in adoptionem etiam Aragoniæ familiæ recepit. Ille, ab Alphonso & Eugenio pecuniis in stipendium acceptis, tumultuose per Perusinos in Umbriam venit, Turdetumque subito accessu Sforciæ ademit: mox per Assisinos in Picœnum transgressus, Belforte acri oppugnatione adoritur. Tradunt illi qui rebus interfuere, prius bellari in Picœno cœptum, quam Sforcia ex Gallia discessisset: ac inde ingentem Ciarpellioni, qui jam ad Sforciam redierat, invidiam comparatam, quæ ejus postea mortis causa fuisse creditur. Nam ut liberioris erat naturæ, & linguæ immodicæ, coram Sforciæ convitium facere, quod dum Blancæ conjugis suavissimos complexus & oscula foveret, turpiter Picœnum agrum sibi ab hoste adimi pateretur. Ardente igitur bello, ille in Picœnum transiit: ac non multo post quam in hostium conspectum venit, Picininum ad Amadulam in arcta quædam loca redactum, ad petendam pacem compulit. Icto itaque fœdere, ut Picœno agro decederet, & a rebus Sforciæ abstineret, quum ita ille; pacata provincia, in Alphonsum movere cœpisset, forte accidit ut Transoniatum oppidum in ipsius provinciæ finibus Sforcia diripuisset, quia eos minus obsequentes habuisset. Hinc arrepta Picininus occasione, impellentibusque ad id Pontificis Legatis, quasi Romanæ Ecclesiæ oppidum violasset, Tollentinum occupat, mox Gualdum Nucerinum, inde Alexandro Sforciæ fratre ejecto, & Assisium. Hujusmodi trepidis nunciis Sforcia revocatus, in Picœno coactus est hyemare. Interim Renatus, desperatis rebus, in Galliam abiit. Nec ita multo post Alphonsus arce regia, quæ ad eam diem in hostium potestate fuerat, potitus, Rex Neapolitanus ab Eugenio ea conditione declaratur, ut in agrum Picœnum ad Sforciæ opes evertendas transiret.

Hic erat rerum status in Picœno, apparebatque ingens de

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1444 de ejus provinciæ poſſeſſione futurum certamen: quum Franciſcus Picinini filius, ſub initium Picœni belli Bononiæ a patre relictus, Hannibalem Bentivolum, ob factionis potentiam jam antea ſuſpectum, in Varianenſem arcem relegavit. Ille vero Galeatii Maraſcotti & Virginii Malvecii opera inde dilapſus, Bononiam ſe contulit, populoque ad libertatem vocato, Franciſcum ipſum cum præſidii parte oppreſſit. Quo poſtea cum Caſpare & Achille Bentivolis commutato, Bononienſes ut recuperatam libertatem commodius tuerentur, ad Venetos & Florentinos miſere, qui ab eis ſocietatem & auxilia peterent; utrunque benigne conceſſum. Duorum illuſtrium populorum ſocietate & viribus freti, non ſolum libertatem illi retinuerunt, ſed Aloviſio Vermio ex ſuis finibus ejecto, municipia & arces fere omnes brevi receperunt. Et ut reipublicæ corpus facilius coaleſceret, placuit Baptiſtam Cannedolum, jam inde ex quo Eugenius Bononiam receperat, extorrem, cum omnibus ſuæ factionis in patriam reſtitui, cujus neptem Hannibal ad veteres inimicitias abolendas, uxorem duceret. Sed neque recens affinitas, aliave neceſſitudo veteri odio obſtitit: Hannibal non multo poſt a Betotio Cannedolo & aliis ejus nefarii conſilii conſciis exceptus, in inſidiis fœde trucidatus eſt. Ejus indigna morte Bononienſes moti, arreptis armis, Cannedolanæ factionis principes ac pleroſque alios ſubito obtruncant, & imprimis Baptiſtam ipſum, cujus cadaver per urbem diſtractum in publico concrematum ferunt. Libertas interim ſociorum umbra ſuo veſtigio conſtitit. Sed ne Bononia ſolum, 1445 verum etiam Sforciæ periculum utrunque populum vehementer ſollicitum habebat. Angebantur Veneti, quod non multo antea Chriſtophorum Tollentinatem ac pleroſque alios viros illuſtres exauctoratos dimiſerant: & Bartholomæus Collio ad Philippum tranſiverat: quare non ſine ingenti difficultate videbantur arma, ſi opus fuiſſet, reparaturi. Miſerat Philippus Guilielmum Monferratenſem & Carolum Gonzagam, qui Bononienſes acri bello infeſtarent: Veneti variis curis circumventi, Tybertum Brandolinum, Thad-

Bononienſes ſe in libertatem aſſerunt.

Thaddæum Æſtenſem, & Guidonem Ranconium Bononien- 1445
ſibus auxilio mittunt: Florentini Aſturem Faventinum & Simonetum aliquanto antea miſerant. Hi haud magno negocio fuſos hoſtes ex Bononienſi agro brevi dejecerunt. Atque rebus circa Bononiam pacatis, ſociorum copiæ diverſæ abiere: Veneti duces in Galliam, quo trepidiſſimis nunciis ob bellum in Cremonenſi renatum revocabantur; Hetruſci in Picœnum agrum, ad opem Sforciæ ferendam juſſi ſunt tranſire. Siquidem ille poſt Alphonſi Regis Lodovicique Pontificis Legati adventum (quorum uterque cum magnis copiis in Picœnum venerat) variis cladibus aliis ſuper alias acceptis, in ſummum erat diſcrimen adductus. Sed nihil æque Sforciæ rebus obfuit, ac ſuorum defectio. Nam & Troilus cum mille equitibus ad Regem tranſiit, tradita illi Æſi urbe, cui præſidio erat impoſitus, & Petrus Brunorius cum octingentis militibus tranſitionem fecerat. His & aliis cladibus conſternatus dux, alioquin invictus, amiſſo interim Æſtulo, ac fere quicquid in Picœno ad eam diem tenuerat, ad Fanum Fortunæ ſe receperat: ac tum demum ad Philippum reſpicere cœpiſſe creditur, ac cum eo clam fœdus percuſſiſſe, conveniſſeque inter eos, ut Cremonenſes fines Philippus infeſtaret; ad quos motus apparebat Venetos nullo modo quieturos, ſed ſubito arma & bellum pro Sforciæ rebus reparaturos: quo poſtea conſerto, tum gener quaſi coactus ad ſoceri opes converſus, pro Philippo in Gallia militaret, gravique bello Venetos urgeret: atque ita ut illi opinati ſunt, bellum in Gallia eſt non multo poſt conflatum, ſed melioe omnino Venetarum rerum eventu, quam hoſtes animo conceperant.

Sforciæ opes frangit ductorum defectio.

Verum priuſquam ad ea quæ in Gallia ſecuta ſunt, tranſeamus, de Picœni belli exitu pauca ſubjiciam. Miſerant Veneti ad eam Sforciæ cladem Thaddæum Æſtenſem, Guidonem Ranconium, & Tybertum Brandolinum, Florentini Simonetum illi auxilio; erantque cum ipſis ducibus ad quatuor armatorum millia, qui ad Marenianum conſederant: ſed ne Sforciæ jungerentur, Picininus ad mon-

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1445 Montem Laureum conſederat. Eam injuriam aliquandiu ille paſſus, noviſſime undique viribus contractis, ad hoſtem contendit, quem ingenti prælio victum caſtris exuit. Hæcque toto fere triennio. Quarto vero Picœni belli anno, quum ſub vernum tempus Picininus & Alphonſus bellum reparaſſent, ille ad Montem Milonem a Ciarpellione victus eſt. Alphonſus non contentus terreſtres copias in Eugenii gratiam comparaſſe, octo quoque triremes inſtruxit, quibus Sforcia mari quoque fatigaretur. Ad eam triremium famam Veneti (ut quidam annales habent) & ipſi navigia aliquot ad bellum compararunt, ut Ravennatium oræ præſidio eſſent. Premebatur itaque Sforcia terra & aquis: dum Philippus per Franciſcum Landrianum Picininum ad ſe vocavit, quaſi de ratione belli cum eo locuturus. Interim Franciſcus ejus filius, cum copiis in Picœno relictus, ad Montem Vulmeum a Sforcia victus, caſtris, majoreque copiarum parte amiſſa, cum Cardinale Firmano in caſtris Legato, multiſque aliis in Sforciæ poteſtatem venit. Fuerunt ea tempeſtate, qui crederent, Philippum voluiſſe ita evenire, quod Picinini copiæ delerentur, ut Sforcia gener præſenti bello levaretur; unde intelligi poteſt, veriſſimos fuiſſe rumores illos, qui temere in vulgus exierant: Sforciam jam antea cum ſocero in gratiam rediiſſe, ac cum eo in Venetos occultum fœdus percuſſiſſe. Nec Picininus ad ejus cladis nuncium dolorem ſuum diſſimulavit, Philippum identidem clamitans, nihil ſibi præter vitam reliquiſſe: jam illud unum ſupereſſe, ut in eam quoque, ſi vellet, graſſaretur: atque ita præ nimio dolore in morbum lapſus, prudentiſſimus omnium ſui ſæculi imperatorum, paucis diebus dum Mediolani adhuc eſſet, expiravit. Sforcia Franciſcum Picininum Philippo petenti ex cuſtodia relaxavit. Cum Pontifice quoque pax ſecuta eſt, quum multa adhuc Picœni agri oppida Sforcia, multa quoque Eugenius teneret. Sub id tempus Ciarpellio, vir militari gloria inſignis, ab Alexandro Sforciæ fratre, tanquam is qui ad Philippum fugam meditaretur, laqueo necatus eſt. Quinto deinde anno,

Franciſcus Picininus, abſente Patre, copiis exuitur.

Nicolaus Picininus Mediolani vita decedit.

no, quum Pontifex, reparato bello, Lodovicum Aquilejenſem Antiſtitem in Picœnum agrum miſiſſet, brevi omnis ferme provincia, præter Firmum, ad Pontificem defecit; nec ita multo poſt Firmum quoque cum arce ab Eugenio eſt receptum. Sforcia quum Piſaurum ſe cum conjuge recepiſſet, ibi reliquum hyemis egit. Sub vernum tempus ille privatis amicorum conſiliis ſollicitatus, per Umbros, inde, ſuperato Tyberi, ad ſollicitanda urbis ocia in Viterbienſi agro conſedit: unde re infecta tumultuoſe profectus, præter Traſimenum lacum in Flaminiam reverſus, ad Metaurum conſedit. Interim Alexander frater cum Piſauro ab eo defecerat. Undique igitur hoſtibus circumventus, ad primum lapidem circa Urbinum caſtra poſuit: nec ulli poſtea uſque ad ejus in Galliam acceſſus majores hinc inde conatus extitere. Philippus interim Italum Forojulianum, & Jacobum Gaivanum, quia in ſuſpicionem veniſſent, quaſi cum Florentinis ſentirent, in Picœno truncari juſſit. Mox Ciarpellionis morte audita, velut majorem adhuc odii cauſam in Sforciam nactus, Franciſco Picinini filio, quem in Galliam ad ſe accerſiverat, mandat ut Cremonenſes fines hoſtiliter invadat. Ille vero Cremonenſes tumultuoſe adortus, poſt multas & varias clades illatas, urbem quoque oppugnare aggreſſus, Venetos tandem ad bellum excivit. Sed ne temere aliquid factum videretur, priuſquam ad arma Veneti reſpicerent, Alovriſium Foſcarenum ad Philippum miſere, qui more majorum, niſi a Sforciæ rebus abſtineret, bellum ei indiceret. Per internuncios Veneto eſt reſponſum, non vacare Philippo legationes ullas audire: cæterum ubique cum tutiorem quam Mediolani futurum. Iret igitur, ac niſi vim experiri vellet, primo quoque tempore urbe abſcederet. 1445 Veneti rei indignitate moti, Michaelem Attendulum, ſuarum copiarum ducem, in hoſtem, qui partem Cremonenſis agri maximam occuparat, ſtatim movere jubent. Conteſtim is, ut erat juſſus, cum ſex millibus equitum, ac peditum totidem, Ollio ſuperato, in Cremonenſi ad Caſale majus conſedit: inde vero digreſſus, repente in hoſtem vadit, qui

Michael Attendulus, reſumptis circa Cremonam armis, Philippi copias in Padana inſula profligavit.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1446 qui se in Padana insula non procul a Casali oppido cum omnibus copiis tenebat. Post itaque atrocissimum certamen, a prima luce ad altum diem distractum, castris exuit, ac quatuor equitum millia fugienti ademit. Nec Veneto victoria gratuita fuit; sed plerique viri fortes media pugna occubuere, quorum partem non parvam constat aquarum vorticibus absorptam. Capti ex hostibus plerique viri fortes. Venisset & Picininus quoque in victorum potestatem, nisi ubi fortunam inclinare vidit, in fluviatilem cymbam transgressus ex acie fugisset. Alii eum ponte in ulteriorem Padi ripam abiisse tradunt. Post tam inclytam victoriam Venetus dux, receptis quæ in Cremonensi agro hostis occuparat, auctusque Lodovici Gonzagæ armis, in Abduanam terram castra transtulit. Hic ita prospere res Veneta gesta est, ut paucis diebus nihil Attendulus citra Abduam Philippo, præter Cremam & Laudem, reliquum fecerit. Inde copiæ fluvio traductæ, in cujus ripa iterum pugnatum tradunt, captosque ex hostibus ad sexcentos equites, & cum his duo agrestium millia, ganzariolas duas, totidemque galeones, qui ad pontem quo Venetus amnem circa paludes junxerat, solvendum fuerant ab Alovisio Severinate missi. Petrus Advocarus, Jacobus Antonius Marcellus, & Antonius Martinengius ob rem eo die bene gestam, quia præ cæteris fœliciter in hostem dimicassent, equestribus sunt ornamentis donati. Sforcia interim, Venetis Gallico bello implicitis, quasi plus non posset, Eugenioque & Alphonso ad id hortantibus, qui iniquo animo ferebant, Venetorum potentiam fœliciissimo victoriæ cursu in Gallia augeri, Picœni cura omissa, ad Philippum aperte transiit. Sed Veneti illius artem jam antea resciverant, atque ubi res primum ad Patres delata est, Angelum Simonetam, qui tum Venetiis erat, in custodia habendum censuerunt, stipendiumque Sforciæ ademptum cum ædibus quas a Principe & Senatu dono acceperat; ademptum & Sforcianis omnibus omne publicum beneficium, quæ ita & multa & ampla fuisse constat, ut nullo modo abhorrere a fide videatur illud, quod in Venetis annalibus repe-

Sforciæ omne beneficium publicum a Venetis adimitur.

reperio: ultimo bello Gallico centies quinquagies centena 1446
aureorum nummum millia a Venetis omnifariam expensa.
Ex ipso igitur Simoneta Sforciæ alienatio cognita est: qua
nova martii ducis defectione moti Patres, continuo sagit-
tarios quadringentos ad Ravennæ præsidium cum aliquot
navigiis decernunt. Et a Florentinis in Bononienses missi,
qui in Galliam transire volenti iter inhiberent. Oratores
post Philippi res in Gallia accisas ad Patres venere de pa-
ce acturi: quibus, præterquam quod hospitaliter sunt ac-
cepti, permissum est etiam ut in urbe per mensem essent:
sed res aliquandiu jactata ad exitum non pervenit. Infecto
itaque negocio Venetiis domum abiere. Attendulus post
Abduanam pugnam, quum pontem quo fluvium junxerat,
præsidio firmasset, in Mediolanensem agrum tumultuose
erupit, atque media ferme bruma Mediolanum usque ade- *Venetæ copiæ Mediolanum admotæ.*
quitavit; ædificiisque suburbanis quibusdam incendio ab-
sumptis, multos mortales, ac vim pecorum ingentem, in
prædam abduxit.

Dum hæc in Gallia geruntur, una ex iis triremibus,
quæ ad Tanaidis negocia exierat, cui Zeno Maurocenus
præerat, in ora Pontici maris magnitudine tempestatis vi-
cta periit: merx preciosissima quæ in illa fuit, cum tota
turma in proximum littus disjecta, in Turcorum potesta-
tem venit: reliquæ incolumes Venetum littus tenuere. In
hoc statu res Venetæ erant, quando Eugenii mors nun-
ciata est: cui Thomas Sarzanius est suffectus, ex Pontifica-
tu Nicolaus postea dictus, unicum humanæ felicitatis
exemplum. Eodem anno Episcopus, mox Cardinalis, no-
vissime Pontifex creatus dicitur. Ad eum continuo lega-
tio decreta est. Principes fere nobilitatis missi, Alovisius
Lauretanus, qui post præclara facinora in Turcos edita
classem Venetias reduxerat, Alovisius Venerius, Paschalis
Maripetrus, & Christophorus Maurus, hic populi Advoca-
tor, illi Divi Marci Procuratores. At Maurus quia ad-
versa valetudine implicitus ire non potuit, Zacharias Tri-
visanus ejus loco est missus. Jacobus Foscarus, Principis fi- *Jacobi Foscari, Principis filii, fortuna.*
lius, a Decemviris accersitus, quia ad diem non affuisset,

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1446 abſens damnatus eſt. Verum non multo poſt, cognita credo ejus innocentia, ex Tergeſte quo ſe contulerat, publico decreto eſt Tauriſium revocatus, ea conditione, ut non ſolum urbem egredi liceret, ſed Meſtrana quoque prædia Prætoris permiſſu inviſere. Mox vero, ſive patri id ſit datum, qui ſapientia & ſingulari charitate in patriam unicus in Venetis ea tempeſtate fuit, ſive, quod magis credo, hominis innocentiæ, ex Tauriſio eſt in patriam reſtitutus. Sed ut tenax eſt fortunæ, ubi ſævire cœpit, tenor, ita ſane evenit, ut non multo poſt quam in urbem venerat, in crimen cædis ſit devocatus, quaſi eo auctore Hermolaus Donatus, dum noctu ex curia ſe domum reciperet, interfectus eſſet. Poſt itaque acerbiſſimam quæſtionem de ea re habitam, quum nulla majora ejus cædis indicia extarent, in Cretam inſulam eſt relegatus. Hinc quoque poſtea, quia res novas per literas molitus crederetur, triremi ad hoc ipſum in inſulam miſſa, Venetias delatus, quum quæſtioni adhibitus rogaretur, an auctor fuiſſet earum literarum quæ ad hoſtes ſcriptæ dicerentur, ita ſane eſſe, affirmavit: cæterum dediſſe ſe operam, ut ad Venetorum magiſtratuum manus pervenirent, ratus fore, ut ob eam cauſam in patriam revocaretur, ſi non qua vellet, qua ſaltem poſſet, conditione. Demum quum nihil alioquin noxæ in eo compertum eſſet, in inſulam noviſſime ablegatus, vitam in ea cum morte commutavit. Sub id quoque tempus Andreas Donatus Sforciæ largitionis reus, ex Creta quam inſulam Ducaria poteſtate adminiſtrabat, juſſu Patrum advectus, ad Decemviros cauſam dixit. Eum quæſtioni ſubjectum, Decemviri mille ac quadringentis damnatum, publica adminiſtratione privatum, &, quod pene gravius fuit, per annum in vinculis eſſe voluerunt.

1447

Dum hæc domi gerantur, Carolus Montonius, Brachii ſummi ducis filius, audita Sforciæ & Philippi reconciliatione, ob adverſæ factionis odium ad Venetos tranſiit. Veneti duces interim Caſale majus, & alia his circumjecta loca Sforciæ ademerunt, qui jam diverſarum partium, ut

ut dixi, erat factus; mox Attendulus in Mediolanenſes fi- 1447
nes iterum tranſgreſſus, Tybertum Brandolinum cum lecto equitatu portis adequitare jubet, Venetiſque ſignis in conſpectu hoſtium conſtitutis, Mediolanenſes ad libertatem vocare. Sed ubi nihil moveri ab hoſte apparuit, converſis alio viribus, Ticinum uſque Venetus prædabundus pervenit, ingentique præda ex Ticinenſi abducta, iterum publica ſigna ſunt Mediolanum admota, iterumque cives ad libertatem vocati. Hic quoque, ut ad Abduam, quatuor viri fortes pro portis urbis equeſtri ſunt dignitate donati, Tybertus Brandolinus, Theoteſalvius Bergomas, Lodovicus Malvecius, & Gilibertus Corregianus. Demum quia nullus in urbe tumultus ſecutus eſt, ea parte, qua ſigna admoverat, hoſtium agro fœde populato, Brivium Venetus oppugnatione in Brigantinis adortus, ſubito ad deditionem compulit: inde omnem Brigantinorum regionem armis oppreſſam diripuit. Ferunt hic crudeliſſime in miſeros oppidanos ſævitum, ita ut non viri ſolum, ſed impuberes etiam uſque ad bimulos ſint trucidati, virgines corruptæ, matronæ miſerabili modo vexatæ. Nec ea injuria a milite orta, ſed ab hominibus adverſæ factionis, qui ut ſuum in victos hoſtes explerent odium, velut feræ in cædem & omne proruperint nefas. Præda ibi parta ducentorum millium ſummam exæquaſſe dicitur. Cæterum Barrhium montem & ipſum vi captum Attendulus diripuit. Leucum deinde Larii caput, multis diebus oppugnatum, capi non potuit: pleræque ad hæc vallículæ lacui vicinæ, quarum incolæ, quia in fide manſuri non videbantur, in prædam & ipſi conceſſere. Et quum jam omnia ab Abdua Comum uſque cum utraque Larii ripa in Venetorum poteſtatem veniſſent, miles præda onuſtus circa flumen eſt reductus.

Multa circa Larium damna a Veneto hoſtibus illata.

Cœperat interim civitas peſtilentia laborare: qua indies valeſcente, ſupplicationes circa ſacras ædes ſunt indictæ, & preces ad aras Divorum, quæ vicatim per urbem religione occupatam ad id tempus erant inſtructæ: nocturni ad hæc ignes paſſim excitati, multi variiſque odoramentis

Peſtis.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1447 tis ad aerem mitigandum per plures noctes ſunt inſtaurati. Eſt præterea locus duo millia paſſuum ab urbe, *Lazaretium* vulgo appellant: huc quicunque peſtilentia languere cœperant, deferebantur, ſenis cymbis ad id publice paratis, ut ſingulis regionibus, quibus urbs diviſa eſt, ſingulæ deſervirent. Verum quia res ipſa non ſolum ad contagionem tollendam, ſed ad ſublevandos quoque inopes conducere credebatur (curabantur enim illic commodius ac longe accuratius infirmi) cœptus eſt locus paulatim ædificiis omniumque rerum apparatu ornari. Additum deinceps haud procul inde aliud recens opus, hoc nomine magnifice inſtructum, quod procul ſpectantibus munitiſſimi oppiduli mentitur ſpeciem. Erant res Philippi, ut diximus, vehementer acciſæ, quum Sforcia quatuor equitum millibus, ac duobus peditum ex Flaminia, quo ſe ad comparandas copias ex Picæno contulerat, profectus, per Ferrarienſes in Parmenſem agrum tranſiit. Sub ejus digreſſum omnia Picæni agri loca, præter Anconem, Pontifex recepit. Anconitani namque, dum terra marique urgerentur (nam & Alphonſi naves a mari infeſtabant, & a continenti Eugenianæ copiæ) veriti ne, ſi temere militi ad deditionem hortanti credidiſſent, urbs ſubito diriperetur, Veneta ſigna erexerunt: affueruntque proinde confeſtim illis naves Venetiis miſſæ, quæ, portu inſeſſo, urbi præſidio erant. Anconitani in ſocios (ut antea Bononienſes) a Venetis & Florentinis aſcripti. Laurentius Minius cum ſeptem triremibus eo miſſus, qui urbis præſidio eſſet. Hoc quidam annales habent: apud alios nihil de hujuſmodi Anconitanorum motu reperio. Per id tempus onerariæ duæ, quarum Jacobus Maurocenus unam, alteram Andreas Leo inſtruxerat, in piratas maria latrociniis infeſtantes domo ſunt profectæ. Sub Sforciæ in Galliam adventum omnis equitatus, quem Patres venienti illi objicere ſtatuerant, ſi in Patavinos fines impetum feciſſet, mox, ubi alio flexiſſe cognitum eſt, per Ciſpadanam oram in Attenduli caſtra ire eſt juſſus.

Lazaretium.

Erantque hinc inde magni bellorum conatus; quum Phi-

1447 Philippus, omnium, qui unquam in Vicecomitum familia fuere, bellorum ſtudioſiſſimus, febre primo, inde ventris profluvio vita deceſſit. Cujus morte conſternati populi qui illius ditionis erant, alii alia conſilia agitare cœperunt. Laudenſes libertatis nomen ſecuti, ultro in Venetorum fidem conceſſere. Quatriduo poſtquam hi in fidem recepti erant, Placentini & ipſi Venetum intra mœnia acceperunt: utramque urbem Jacobus Antonius Marcellus maturo præſidio firmavit; inde copiis Ollio tranſmiſſis, Columbanum cum toto fere Laudenſi agro pauciſſimis diebus recepit. Mediolanenſes interim magno animo bellum a Philippo inchoatum, ſuis auſpiciis gerendum ſuſcipiunt, Sforciamque ſuarum copiarum ducem adverſus Venetos his conditionibus declarant, ut ſi Brixia ex Venetis capta eſſet, Sforciæ quæſita videretur; ſi & Verona, tum Brixiam Mediolanenſes haberent, ipſe autem Veronam. Audita Philippi morte, confeſtim ejus duces per literas Sforcia hortatus dicitur, ut bono eſſent animo: affuturum ſe, ſi a Mediolanenſibus vocaretur, ac tum, junctis copiis, fore ut Venetæ opes ſtatim poſtea frangerentur. Declaratus igitur Mediolanenſium Imperator Cremonam tranſiit, inde Abdua ad Piſſeonem ſuperato, cum Franciſco & Jacobo Picininis & aliis Philippi ducibus caſtra jungit. Hinc paulo poſt profecti, Columbanum paucis diebus oppugnatum receperunt. Venetæ interim copiæ, quia viribus hoſtium ſe impares tidebant, in Laudenſem agrum conceſſere. Ticinenſes & ipſi ſua ſtudia ſecuti, Sforciæ ex Blanca filium ob avitam memoriam ſuæ urbis Comitem declarant. Mediolanenſes, paucis diebus triplici legatione alia ſuper aliam miſſa, res quæ Philippi fuerant, a Veneto repetunt. Eodem ferme modo ſemper legatis reſponſum eſt: Etſi quæcunque Veneti loca ex Philippi principatu ad eam diem occupaſſent, jure belli ſua facta videri poterant; ut omnes tamen intelligerent, Venetos magis ſtudioſos pacis eſſe, quam belli, paratos eſſe ſe omnia petentibus reſtituere, ſi immenſum auri pondus quod bellorum ſumptus hauſiſſent, ſibi bona fide Mediolanenſes vellent diſſolvere. At illi nihil promittentes,

Philippi mors.

Venetiæ Laudem & Placentiam in fidem recipiunt.

Mediolanenſes copiarum ducem Sforciam adverſus Venetos eligunt.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1447 infecta re, jussi sunt abire. Patres, quia ingens bellum cum Sforcia & Mediolanensibus instare videbant, validissimam classem per Padi fluenta ad intima Galliæ adigendam decernunt: triremes quatuor, galeones duos ac triginta; his Andreas Quirinus, triremibus Georgius Lauretanus sunt præfecti. Dum hæc Venetiis aguntur, Sforcia, omni fere Galliæ militiæ robore in unum contracto, Placentiam subita oppugnatione adoritur: demolita murorum parte inter Lazari & Raimundi portas, Padoque ad id sub autumni exitum ita stagnante, ut hostium navigia mœnibus facile appellerentur, terrestri navalique pugna urbem cepit, captam militi tradidit diripiendam. Gerardus Dandulus & Thaddæus Æstensis, qui ibi præsidio cum mille peditibus, atque equitatu non parvo erant, in hostium potestatem venere: hic cum arce & præsidio per deditionem, ille ex fuga, quam perditis rebus præoccuparat, retractus. Interim vero dum Placentia oppugnabatur, Attendulus, Abdua ad Columbanum superato, tumultuose in Ticinensem agrum erupit, unde ingens præda abducta est. Inde ad Sforciam præsenti negocio avertendum, in Mediolanensem agrum prædabundus transiit: ubi apud quosdam reperio Melcium ab eo occupatum. Adjecerat & animum, nisi Placentia tam cito capta esset, ad Cremonam oppugnandam. Marcellus per id tempus ex castris revocatus Venetias abiit. Aloysius Lauretanus & Matthæus Victurius, eo abeunte, legati in provinciam venere. Et quia jam bruma instabat, ob hyemis magnitudinem castra fieri non potuerunt: hybernacula villæ ac vici Veneto exhibuere: quibus militari seditione Respublica pene in discrimen adducta est.

Placentia expugnatur & diripitur a Sforcia.

Tentata iterum pax: ad quam componendam Veneti Mediolanensiumque legati Bergomum convenere; Insubribus Laudem reposcentibus, Venetis contra, nisi bellorum sumptibus esset satisfactum, eam se reddituros negantibus. Et quanquam Florentinorum Nicolaique Pontificis Legati multa precati, utrosque ad pacem hortarentur, nulla tamen secuta est. Sub vernum tempus etsi Patres toti in

in Gallicum bellum versi erant, quia constans fama erat, 1447
duas onerarias naves, quæ ex Pontica mercatura domum tendebant, a piratis interceptas, tres onerarias cum triremibus quinque ad latrones toto mari persequendos decernunt: his Laurentium Lauretanum præficiunt, illis Aloysium Bembum. Nec Sforcia interim quievit: quin ex hybernis profectus, nonnulla Venetis oppida ademit. Classis, quam adversus piratas decretam diximus, Vitalem Sardum, qui non multo ante tres onerarias ad Cretensem vindemiam egressas interceperat, medio mari adeptum oppressit: eum in suam potestatem redactum, & omnes qui cum eo erant, Venetus suspendio affecit. Nec multis interjectis diebus haud procul Neapoli duas alias latronum liburnicas intercepit, in quibus quicunque reperti sunt, præter paucos qui vincti erant, eodem genere supplicii necavit. Ea re Alphonsus commotus, toto suo regno Venetos negociatores capi, eorumque bona in publicum redigi jussit. Patres ad Regem miserunt, qui ab eo publico nomine sciscitarentur, bellum ne an pacem cum Veneto nomine sibi esse vellet: quid præterea esset, quod suos negociatores, bello adhuc non indicto, contra jus gentium violasset. Ad ea Alphonsus non pauca de Venetorum in se injuria questus, quod in conspectu regiæ urbis naves nulli infestas oppressissent, earumque gubernatores ac remiges, qui nihil fortasse tale meriti essent, ignominioso mortis genere affeciissent. Verum quantacunque ea esset injuria, nolle se in præsentia cognoscere, nec bellum aliquo modo quieti præferre; quin optare potius, ut Veneti ii deinceps in se esse vellent, per quos in pace esse & ocio liceret. Irent igitur, & suos negociatores cum ipsis rebus vento & fluctibus secundis domum adducerent. Atque cum his mandavit omnes Veneti nominis, qui in custodia haberentur, relaxari, ablataque illis remitti. Collio, quem Philippus aliquandiu in vinculis habuerat, quique post illius mortem, fracto nova industria carcere, in Ticinensem agrum concesserat, ubi noverat omnem equitatum, quem sibi Philippus ademerat, sub Nicolao Guerrerio

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1447 rerio in hybernis esse, a quo studio & favore acceptus; & a Mediolanensibus non multo post mille & quingentorum equitum stipendio auctoratus: interim, dum Placentia a Sforcia obsideretur, in Rainaldum Dresnensem, qui sub Philippi exitum cum ingenti Gallorum manu a Carolo Rege in Italiam missus fuerat, prospere depugnavit. Receperant Galli Astam urbem a Vicecomite ex fœdere, quod cum eo non multo ante quam vita decessisset, in Venetos Rex ipse percusserat. Philippo vero defuncto, Galli non Astam solum, sed Alexandrini quoque agri partem sibi armis vindicarant. Eos itaque Boscum oppidum obsidione prementes Collio cum Astore Faventino adortus, prælio vicit ingenti, ac victos castris exuit. Multi ex barbaris in acie cæsi, multi quoque capti, in quos Alexandrini ipsorum exemplum secuti, ferro sævierunt. Collio hujusmodi victoria insignis, cum mille & quingentis equitibus non multo post ad Venetos transiit.

1448 Exierat jam propemodum vernum anni tempus, quum Sforcia ex hybernis egressus Mozanicam adortus, oppidanos subito ad deditionem compulit. Inde Abduanam terram tumultuose ingressus, præter Caravagium, omnia ejus terræ loca brevi subegit: ademit Veneto & Cassianum, quo se præsidium ex Melcio dejectum receperat. Attendulus & ipse cum suis copiis ad Calcem ultra Ollium confederat, atque his locis sine re ulla memorabili utrorumque castra aliquandiu fuere. Demum profectus inde Sforcia, in Venetam classem, quæ Cremonenses fines vexabat, terra & aquis movit. Omnes Quirini conatus eo spectabant, ut pontem quem Sforcia Placentina oppugnatione circa Cremonam Pado imponendum curarat, refringeret. Gravia circa illum certamina fuere, nec ab illius oppugnatione prius Venetus destitit, quam sensit hostem adesse. Habebat Sforcia galeones sex ac viginti: atque eos ipsos neque armis, neque milite magnopere instructos; sub ejus adventum Venetus ad Casale majus compulsus est. Hic terra & aquis ab hoste loci iniquitate circumventæ Venetæ naves, ita crebris machinarum ictibus (quas dux peritissimus in extrema fluminis ripa locarat) sunt ad unam concussæ, ut desperatione actus Quirinus, translatis silentio noctis in proximum oppidum armamentis, illas, ne in hostium potestatem venirent, incendio absumpserit; quanquan sic quoque ferunt nonnullas ab hoste interceptas. Sed ubi ille Venetias venit, a Patribus ad populi Advocatores est rejectus, qui in suspicionem veniisset, non tam non potuisse, quam noluisse classem ipsam servare. Eum Advocatores in vinculis habendum censuere. Fuerunt ea tempestate qui crederent, Quirinum ab initio in tutum cum ipsa classe abire potuisse, fuisseque id facturum, nisi ab Attendulo spes illi facta esset, fore ut statim, conserto prælio, ipse subsidio cum omnibus copiis adesset. Quod quum nullo modo præstitisset, proditus Venetus cladem aliena culpa adierit. Profectus inde hostis (neque enim erat, cur Cremonæ timeret amplius) ad Caravagium Veneto præsidio munitum castra locat.

Veneta classis ad Casale majus incenditur.

1448

Attendulus, qui Sforciam in Venetam classem euntem, usque fere ad locum ubi res gesta est, secutus fuerat, ubi illum post cladem illatam in Abduanam terram reversum accepit, Caravagiumque obsidione cinxisse: ipse quoque eo copias admovit, insignem locum Veneta clade facturus. Vix unquam alias tantus equitatus, tot viri illustres Gallicis bellis unum in locum coiere. Nam præter Attendulum copiarum omnium Imperatorem, erant in Venetis castris Lodovicus Gonzaga, Bartholomæus Collio qui non multo ante ad Venetos transierat, Gentilis Leonensius, Carolus Montonius, Tybertus Brandolinus, Joannes Comes, Romani sanguinis, Guido Ranconius, Albertus Bodiensis, Cæsar Martinengius, Nicolaus Guerrerius, & cum his ad duodecim equitum millia, ac vis peditum ingens. Apud Sforciam Alexander Bonus & Corradus fratres, Robertus Severinas, Franciscus & Jacobus Picinini, Guilielmus Monferratensis, Carolus Gonzaga, Aloysius Vermius, Joannes Tollentinas, Christophorus To-

Veneti a Sforcia prævisi.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1448 Torellus, & Bartholomæus Quarterius : erantque in his caſtris ſedecim equitum millia. Eſt itaque paucis diebus ſæpius dimicatum, ita ut ad veſperam nonnunquam ſit prælium diſtractum : haud tamen totis viribus in aciem deſcenſum. Fœdericus Contarenus & Hermolaus Donatus per eos dies in caſtra venerant, ut Venetos duces publico nomine hortarentur ad opem Caravagianis ferendam. Fœdericus morſu canis illis ipſis diebus extinctus eſt. Hermolao igitur & Gerardo Dandulo, qui jam antea in caſtris legatus erat, hortantibus, Attendulus & alii plerique duces, etſi certo ſciebant, oppidanos, niſi obſidione levarentur, non eſſe diutius hoſtem laturos, pugnam tamen palam diſſuadere. Aliis vero in eorum ſententiam reclamantibus, eo res deducta eſt, ut ſatius ſit viſum, ultimam belli fortunam experiri, quam ociosè ſedendo expectare, dum oppidani obſidione feſſi deditionem facerent. Tenuit ea conſultatio pluribus diebus; nec enim iniri poterat ratio, qua potiſſimum via in hoſtem impetum Venetus eſſet miles facturus. Tybertus Brandolinus per Forum novum, qua ob propinquas paludes Sforcia non multum caſtra muniviſſet, primam impreſſionem fieri oportere oſtendit : penetraverat ille gregarii militis habitu per eos dies in hoſtium caſtra, omniaque per ocium explorarat. Præmiſſi itaque Tybertus ipſe & Guido Ranconius & Albertus Bodienſis, qui feſto die, quo affuturum hoſtem nemo putaſſet, averſa caſtrorum parte impetum facerent. Conceſſerat Sforcia ſacrorum cauſa in ædem Caravagianæ Virginis, quæ non procul oppido eſt. Ad eum expeditiſſimi equites, alii ſuper alios miſſi, trepide nunciant, hoſtem pro vallo adeſſe, qui magno impetu caſtra adortus, aut jam intra munitiones irrupiſſet, aut certe, ni ſubito laborantibus ſubveniretur, paulo poſt eſſet irrupturus. Sunt qui tradant, eum ex ſacris reverſum, ac jam diſcumbere volentem, ad primos invecti hoſtis clamores ſuos in Venetum miſiſſe. Alii circa meridiem Forum novum verſus equitanti, tumultuoſe nunciatum ferunt, caſtra oppugnari. Sed quacunque hora & loco de adventu hoſtium

ſit

ſit cognitum, conſtat, intrepide illum ſe ad omnia mo- 1448
deranda convertiſſe. Complerant interim Venetæ turmæ quicquid viæ inter bina caſtra erat. Carolus Gonzaga, Alexander & alii Sforciani primo Venetorum impetu intra munitiones rejecti, vix ab initio hoſtem ſuſtinuere. Tradunt quidam, Carolum Gonzagam, accepto vulnere, non ſolum pugna, ſed caſtris etiam exceſſiſſe, ac metu conſternatum, celeri fuga Mediolanum abiiſſe, affirmaſſeque, Sforciam caſtris a Veneto exutum : is fuit ab initio hoſtium metus. Mox vero Sforciæ præſentia confirmati, qui cum robore copiarum ea parte, qua conſertum erat prælium, affuit, non ſolum æquarunt pugnam, ſed hoſtem quoque ex ipſis munitionibus ſummovere cœperunt: ac deinde fortius impreſſione facta (quia ob anguſtias locorum, quas propinquæ paludes faciebant, nullus dabatur in pugnam ſuccedendi locus) ſeſſi Veneti, qui in prima acie ſteterant, ab hoſte & viribus & animo ſuperiore turbantur. Albertus & Guido Ranconius, dum inclinatam pugnam reparare, ordineſque ſuo loco retinere nituntur, hoſtium multitudine circumventi opprimuntur. Tum vero amiſſis ducibus, aperta fit fuga : quam præter locorum difficultatem, hoſtium incurſus etiam impeditiorem reddidit. Nam & milites qui Mozanicæ erant, ubi rem Venetam inclinatam viderunt, ſe fugientibus objecere, ita ut aut deditionem facere cogerentur, aut ſe in propinquas paludes præcipitare. Picinini ad hæc fratres, qui ad Trivilium ſeorſim a Sforcia caſtra habebant, ex altera parte cum duobus equitum millibus impetum in caſtra fecerunt. Eos Collio qui ad eorum præſidium relictus fuerat, aliquandiu ſuſtinuit : verum ubi ſuorum fugam alio inclinare vidit, & jam caſtra inferiore parte ab hoſte capta, pedeſtri fuga dilapſus in propinquum nemus abiit. Attendulus & alii, jam inde ex quo primum agmen ſolutum viderunt (ſive dolo id fecerint ſive quia fortunam ſemel inclinatam ſiſti nullo modo poſſe crediderint) ex acie fugerunt. Octo equitum peditumque millia cum ipſis legatis capta dicuntur. Ferunt, Dandulum legatum ab Atten-

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1448 Attendulo & aliis admonitum ut fuga se eriperet, respondisse, malle se circa publica signa mori, quam turpi fuga se ad ignominiam servare. Castris præterea mira rerum omnium opulentia refertis victor hostis est potitus, atque cum his duobus millibus curruum. Attendulus Brixiam se recepit, quo hostis victoriam secutus, paucis post diebus castra admovit.

Neque Veneti ad tantam cladem animum remiserunt: sed subito duobus legatis Aloysio Lauretano, & Paschale Maripetro noviter creatis, arma studio præparant. Legati Brixiam cum triginta millibus aureorum nummum missi, urbem hostibus circumsessam ingredi nequivere. Siquidem Sforcia eo cum suis copiis, Aloysio Vermio, Carolo Gonzaga, & aliis quibusdam illustribus viris, diviso Mediolanensium jussu exercitu, processerat. Veronæ igitur fuere legati die noctuque ad bellum reparandum intenti: ingentem largo stipendio ad se equitum peditumque vim brevi contraxere, multique illustres viri Venetum stipendium per literas & nuncios se libenter facturos sunt professi, confestimque (si ita Patribus videretur) cum numero equitum ingenti affuturos polliciti. Victor Sforcia Casale majus, Rivoltellam, ac pleraque alia oppida ex Veneto recepit: Caravagium, profligato exercitu, postero die deditionem fecerat. Sed dum ipse ad Brixiam sedet, reliquæ Mediolanensium copiæ, Picinino duce, castra Laudem admoverant. In hoc statu res Galliæ erant, quum Sforcia non injuria Mediolanensibus suspectus esse cœpit. Verebantur illi, ne ad principatum, qui Philippi fuerat, jam tacito aspiraret consilio. Studio itaque retinendæ libertatis sensim illi vires detrahere, ac quotidie minus credere. Quod ubi ille ita eventurum putavit, ut aliquanto postea non Mediolanensibus magis, quam Veneto futurus esset amicus, confestim ad pristinam Venetorum amicitiam reflexit animum, cujus solius populi potentia gradum sibi ad principatum fieri posse intelligebat. Inter reliquos igitur illustres viros qui capti in Cremonensem arcem adducti fuerant, Clemens Thealdinus, scribarum unus, cum Hermolao Donato erat. Noverat eum jam antea Angelus Simoneta, occulteque ad Sforciam perduxit: ab eo ille ad Principem & Senatum est missus, ut Sforciæ nomine ab eis peteret, si pax cordi esset, mitterent secreto ad se Jacobum Antonium Marcellum, aut Paschalem Maripetrum. Patres, etsi post Caravagianam cladem jure antiqui fœderis a Florentinis auxilia non parva impetrarant, reparaverantque ad eam diem suas copias non mediocriter: incertos tamen bellorum exitus reputantes, ad pacem subito inclinarunt. Quia igitur Marcellus Veronæ præfectus erat; Maripetrus est missus ad Fornaces, locum non longe a Piscaria. Venetus & Simoneta secreto sæpius congressi, in has pacis conditiones descederunt: ut Sforcia Venetique Mediolanensium hostes essent, darentque Patres quatuor equitum millia illi, ac duo peditum, donec Mediolanum subegisset: mitterent ad id quot mensibus in stipendium tria ac decem aureorum nummum millia. Expressum ad hæc, ut quicquid citra Abduam Philippus tenuisset, Veneti haberent: ille vero Mediolanum cum reliquo principatu. Apud quosdam Pandinum oppidum, quasi Laudensis agri, Venetis eo fœdere ademptum reperio: quod si sic esset, non omnia citra Abduam Veneto imperio cessissent, quum & Laudem intelligamus ademptam. Icto in hoc ipsum fœdere, redditisque captivis omnibus, Sforcia, Abdua superato, in Mediolanenses movit. Veneti Attendulum, abrogato prius illi imperio, in Taurisinum agrum ablegarunt. Laudenses ne Sforciæ subjicerentur, Veneto præsidio dimisso, in Mediolanensium fidem venere. Præter Laudem igitur & Novicomum, quicquid Mediolanenses inter Abduam & Ticinum habebant, brevi Sforcia occupavit. Hinc demum Mediolanum castra ad quinque millia passuum admovit. Eius anni bruma cruento est prælio a Turcis & Pannonibus in Hadrianopolitano agro dimicatum: ajuntque octoginta Turcorum millia, Christianorum dimidio minus eo prælio atque aliis eodem ferme loco commissis occubuisse. Venetæ triremes piraticam unam assecutæ, latrones suspenderunt: qui minus

Venetorum cum Sforcia fœdus in Mediolanenses.

1448

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1448 nus ſontes fuerunt, in vinculis ſunt habiti. Nec ita multo poſt & Gotholanicam unam onerariam, oleo onuſtam, intercipiunt: quam in eorum invidiam, qui piraticam exercebant, negociatoribus ademere. Ceſſerunt interea Sforcianis armis Derthona, Novaria, Alexandria, ac noviſſime Parma. Cujus victoriæ nuncium Venetias allatum, ſummo gaudio Patres excepere: fuitque ea lætitia eo major, quod aliqua ex parte Marcelli auſpiciis hujuſmodi acceſſiones Sforcianis rebus factæ credebantur. Dederant eum Patres ex fœdere cum duobus equitum millibus, &
1449 duobus legatis Lodovico Lauretano, & Paſchale Maripetro, quem Sforcia cum Alexandro fratre ad pleraque loca ultra Padum recipienda miſerat. Tranſpadanis igitur locis magna ex parte receptis, præſidioque firmatis, Venetas ad ſe copias ille accerſit, Mediolanumque ferociſſimus dux obſidere pergit. Nunciatur interim a Lodovico Allobrogum Duce, qui cum Mediolanenſibus fœdus in Sforciam percuſſerat, ingentem barbarorum vim ad Novariæ fines infeſtandos, Joanne Compenſio duce, in Italiam miſſam. Tentaverant barbari ab initio Novariam occupare: quod quum parum illis proceſſiſſet, in Novarienſis agri finibus belli ſedem fixere. In hos (qui numero ſex millia eſſe dicebantur) Collio, qui cum Marcello a Venetis ad Sforciam miſſus fuerat, movere eſt juſſus. Is acie cum barbaris ad Siccidam fluvium congreſſus, eos fudit fugavitque: ad quadringenti equites cum ipſo Compenſio intercepti. Ingens eo die victoria parta eſt, & quæ futuris Collionis ſucceſſibus poſtea non parum contulit. Laurentius Piſaurius per id tempus triremi una ad Babylonium Regem eſt miſſus. Legationis cauſam eam fuiſſe reperio, quod Veneti negociatores in Syriæ emporiis parum comiter a barbaris haberi dicerentur. Duæ triremes adverſus maritimos latrones, Angelo Piſaurio præfecto, per eos quoque dies in altum deductæ. Mediolanenſes interim libatæ libertatis ſtudio, pleroſque viros illuſtres, qui rem ad Sforciam trahere dicebantur, facto repente impetu, incautos oppreſſere: mox populariter urbe egreſſi, in ho-

hoſtem eunt. Obſidebat per id tempus Sforcia Melcianam arcem: qui, audito hoſtium acceſſu, in quibus ad ſexaginta Pilulariorum millia eſſe dicebantur, ita aciem in hoſtes adventantes conſtituit, ut audito Sforciæ ſtratagemate, territi hoſtes auſi non ſint congredi. Marcellus qui illi hærebat, inſpecta ſumma ducis providentia, in re omnino ſatis trepida fertur Venetias ſcripſiſſe: imminere a tam invicto duce non ſolum Venetis, ſed univerſæ etiam Italiæ ingens periculum, ſi Mediolano fuiſſet potitus. Cedentibus itaque hoſtibus, Sforcia obſidionem continuare perrexit: ſed omnia illius conſilia ad urbem fame domandam ſpectabant. Attenta itaque armorum ſtatione urbem domabat, ita ut nonnunquam intra munitiones erumpens ſuburbana tecta ſubito incurſu incenderit. In hoc ſtatu Mediolanenſium res erant, quum noſtra civitas ut inexpectatam, ita ingentem pene cladem adiit. 1449

Furtum ingenioſiſſimum.

Stamatus quidam, Graji ſanguinis homo, Cretaque inſula natus, dum forte Venetiis eſſet, oſtenderenturque (quod magnis hoſpitibus præſtari ſolet) Borſio Æſtenſi publici theſauri, qui in parte aureæ ædis aſſervantur, ita accidit, ut quaſi unus ex illius domeſticis ignotus Græculus ſit ſacrarium ingreſſus. Tum vero ille ad ſtupendum rerum aſpectum non ſolum non animum remiſit, ſed ad nobiliſſimum furtum confeſtim adjecit. Eſt Divi Marci ædes, quam ab initio Auream, quia pene tota puriſſimo fulget auro, appellavimus, intus extraque circa imum marmoreis tabulis compacta. Ea igitur templi parte, qua puerorum ara ſita eſt, marmoream tabulam fur ingenioſus exemit: inde nocturno opere defunctus (quia non tam cito murus penetrari potuit) applicita ſuo loco tabula, circumductoque tectorio ita ut nullum fracturæ veſtigium appareret, exhauſtam inde materiem ante lucem aſportabat: atque hoc modo plures noctes operatus ad intimum conclave pervenit: tum inde eximere cœpit ampliſſimos theſauros, ad quos videndos cum Fœderici Imperatoris legato admiſſus olim non ſine ſtupore ſpectavi. Nam præter ingentem gemmarum vim, aliis atque aliis operibus inſertam, duodecim aureas coronas vidi, ac thoraces totidem, immenſa gemmarum multitudine munitos, quarum fulgor non minus

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1449 nus mentem, quam oculorum perſtringebat aciem : lebetes ad hæc ex precioſiſſimis lapidibus, quorum teſſerulæ annulis inſertæ magno ſoleant precio æſtimari : tabernacula, candelabra, & alia plura ſacrorum inſtrumenta, in quibus materia, quæ aurea erat, ob reliquum apparatum, qui diverſis gemmarum coloribus micabat, pene ſordeſcere videbatur. Tranſeo monocerotis cornu, immenſi (ut ajunt) precii, Principis inſulam, atque alia opera & multa & eximia, quæ fere omnia ille per ocium ſuſtulerat. Verum neque furtum, ut dicitur, neque adulterium ullum diu in occulto fuit : quia alia ratione tam cito ſcelus deprehendi non poterat, ita ſane accidit, ut ipſe ſuo indicio ſit proditus. Erat illi compater Zacharias quidam Grio, Cretenſis & ipſe, ac Patricii ſanguinis, homo vel hoc uno exemplo miræ innocentiæ. Huic ſacræ aræ adhibito rem omnem Stamatus ordine enarrat : inde in anguſtiſſimum domicilium, quod Græculus incolebat, abductum, immenſum illi furtum retexit. Ad cujus conſpectum quum probæ vir naturæ, ac minime facinoroſæ obſtupuiſſet, ſceleriſque atrocitate pavitans, vix ſatis ſuo conſiſteret veſtigio, ferunt ſacrilego homini in animo fuiſſe, eum obtruncare; addidiſſetque omnino ſcelus ſceleri, niſi ille ita occurriſſet, ut diceret, ſe præ nimia lætitia, quod ex inſperato videret ſe ad tantas divitias perductum, pene deſipere. Quibus verbis confirmatus ille, cæde abſtinuit. Acceperat interim Grio dono precioſiſſimum ab eo lapidem, atque ob id notiſſimum. Ferunt eum fuiſſe, qui priore parte ducariæ inſulæ hodie conſpicitur. Per ſpeciem igitur expediendi negocii ab fure digreſſus, ſe in curiam proripuit : inde ad Principis conſpectum admiſſus, atrociſſimum retegit facinus : celeritate opus eſſe, dicere, ne ille, quem vix multo ambitu verborum fefelliſſet, mutato repente conſilio, ſe aliquo cum bona parte furti illatebraret : & ne fides rei tantæ deeſſet, gemmam dono acceptam ſinu deprompſit. Qua conſpecta, confeſtim miſſi ſunt qui hominem comprehenderent : atque ita cum eo in poteſtatem redacto, omnia quæ ſuſtulerat, ſunt recepta, ut nihil ex tam precioſo apparatu (cujus æſtimatio vicies centena aureorum nummum millia æquaſſe dicitur) defuerit.

Fur-

Furti auctor ad geminas columnas eſt laqueo necatus : indici 1449
præter aurum, quod in præſentia dono accepit, perpetuum eſt ſalarium ex publico decretum.

Picinini interim filii cum tribus equitum millibus ac duobus peditum, a Mediolanenſibus ad Sforciam tranſivere. Verum quia conſtabat, illius pollicitationibus Picininos adductos Mediolanenſes deſeruiſſe, quod per fœdus cum Veneto ictum, non licebat (erat enim in eo cautum, ut quidam tradunt, ne Venetus, neve Sforcia eorum quenquam conduceret, qui Mediolanenſium ſtipendia feciſſent) alienavit ea res non nihil Patrum animos a Sforciæ ſocietate : quippe quibus ducis potentia jam plus quam ſatis eſſet, ſuſpecta eſſe cœperat : atque ob id tum primum ad Mediolanenſes reſpicere cœperunt. Picinini autem, quum non multo poſt in ſuſpicionem veniſſent, capitales Sforciæ inſidias paraſſe (a quibus ut caveret, identidem ille a Marcello monitus dicitur, ne aliquo ab eis incommodo afficeretur) repente cum ſuis copiis Mediolanum conceſſere. Tradunt tamen quidam, eo conſilio Picininos ex urbe ad Sforciam tranſiviſſe, ut per hyemem foris exercitum alerent : ac ubi æſtas appetere cœpiſſet, tunc (quod fecerunt) ad ſuos cum omnibus copiis redirent. Urgebat interea ille hoſtium urbem aſſidua infeſtatione, multiſque cladibus afficiebat : quando Alphonſus Rex, ut Inſubres aliqua ex parte bello levaret, omnes Veneti nominis finibus regni publico edicto dejecit. Quæ aperta belli denunciatio effecit, ut Veneti continuo ingentem claſſem decreverint. Quinque & triginta triremes, decemque onerariæ adverſus Regem ſunt viris & armis inſtructæ : earum omnium imperium Alviſio Lauretano eſt datum. Is maritimi belli apparatus fecit, ut Alphonſus per Leonellum Æſtenſem & legatos (qui Ferrariam uſque progreſſi, Venetias venire a Patribus ſunt prohibiti) pacem impetrare tentarit : ſed res, ſemel irritatis animis, fruſtra mota eſt. Interim Victor Capellius qui navali præerat, biremem unam Gotholanicam, quæ Venetam nuper oppreſſerat, celeri fuga Ortonam uſque inſecutus, ubi hoſtes in littus evaſiſſe, atque oppidanorum auxilio adjutos, vim parare animadvertit, obverſis triremium quas habebat proris, jubet

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1449 ſuos in littus deſilire. Quod quum illi naviter feciſſent, acriter eſt in ipſo littore dimicatum. Fuſis hic hoſtibus atque intra oppidum compulſis, deducta eorum biremi, navale quod proximum oppido fuit, cum aliquot navibus ſubjecta flamma concremarunt. Direpta ad hæc eodem incurſu ſuburbana tecta, peregrinis mercibus referta. Inde ad priſtinam ſtationem victor Venetus ſe recepit, ubi Capellius claſſem in Alphonſum ſtructam expectare conſtituit. Tentarunt Veneti, miſſis ad Sforciam legatis, quia maritimum inſtabat bellum, terreſtri ſe levare. Urſatus Juſtinianus & Paſchalis Maripetrus ad eum publico nomine acceſſere, juſſique cum eo agere de pace, quæ magnis conditionibus a Mediolanenſibus proponebatur. Et jam tentata res erat, quum Crema, quæ Sigiſmundi Malateſtæ ductu (erat is a Florentinis poſt Caravagianam cladem cum duobus millibus equitum, & peditibus mille jure fœderis Venetis auxilio miſſus) laborioſe pluribus menſibus oppugnata fuerat, Andreæ Danduli opera, nec non Sforcia aliquid juvante, qui eorum deditionem non receperat, Veneto imperio ceſſit. Gentilis Leoneſius ad eam recipiendam cum præſidio ire eſt juſſus. Per eos ipſos dies pax cum Mediolanenſibus jam pene confecta, ad Sforciam his conditionibus eſt delata: ut ille ſeptem urbes, quæ Philippi fuiſſent, Cremonam, Ticinum, Placentiam, Parmam, Alexandriam, Derthonam, & Novariam haberet: Laudem vero, & (ut alii tradunt) Ticinum Mediolanenſibus relinqueret. Has conditiones ſi ille accepiſſet, utriuſque populi ſocius haberetur, haberentque Veneti, Gallia pacata, ſex equitum millia, Mediolanenſes quatuor, Sforcia mille, nec amplius. Sin pacem cum Mediolanenſibus nollet, utrorunque hoſtis eſſet: ac tum Veneti octo equitum millia ad uſum præſentis belli conſcriberent, ſex ipſi Mediolanenſes. Hujuſmodi pacis conditiones a Maripetro ad Sforciam delatas, neque probavit ille, neque recuſare eſt auſus: cæterum frendens, gemenſque, multaque de Venetorum fide queſtus, reſpondiſſe dicitur: ſe non Laudem ſolum, quam Veneti Mediolanenſibus reſtitutam vellent, ſed illas etiam urbes, quas ſibi ex fœdere decreviſſent, relicturum, ſi ita eos velle ſentiat, quorum

Crema Venetis deditur.

Venetorum & Mediolanenſium novum fœdus.

rum voluntati, quantum in ſe fuit, ſemper obtemperatum voluiſſe: miſſurum itaque ſe fratrem Venetias, qui coram quæcunque acta eſſent, probaret. Alexander poſtea cum Angelo Simoneta & Andrea Birago eſt ab eo miſſus: qui, re aliquandiu per altercationem jactata, paucis diebus re infecta Ferrariam primo, inde ad Sforciam abierunt. Apud quoſdam reperio, pacem ab eis ſolenni more probatam: ſed Sforciam, quaſi, ſe nihil jubente, id ab Alexandro & aliis eſſet actum, recipere noluiſſe. Exeuntibus igitur induciis, quæ in aliquot dies ad pacis conditiones probandas pactæ fuerant, pax inter Venetos & Mediolanenſes compoſita ac publicata eſt: in qua, niſi manifeſte appareret, quid Veneti novo illo fœdere ſint ſecuti, viderentur ſuo veteri deceſſiſſe inſtituto: quippe qui, Sforcia relicto, novam ſocietatem eſſent complexi. Sed recte, ne dicam merito, id factum, quia a Sforcia & ipſi non multo ante deſtituti fuiſſent: neque enim venia dignus eſt, qui alieno peccat exemplo. Libertatis ſtudium, quam nunquam minus ſtudioſe in aliis civitatibus, quam in ſua Veneti protexerunt, effecit, ut fœderum obliti novos ſint ſocios ſecuti. Nec eſt, cur ob id aut perfidiæ eos aut avaritiæ inſimulare poſſit quiſquam, ſi quis dico rem æque æſtimare voluerit. Nihil enim ex fœdere quod cum Mediolanenſibus eſt percuſſum, plus ad Venetos ex Philippi rebus perventurum erat, quam ex eo, quod jam anno ante cum Sforcia fuerat ictum. Neque amico Principi non conſultum voluere, quippe cui omnia fere quæ Philippi fuerant præter Mediolanum, quod in libertate retinere cupiebant, & Laudem, quæ illis tributaria jam antea facta fuerant, relinquenda cenſebant. Rati, his conditionibus illum acquieturum, de pace cum eo agere cœperunt; neque occulte quicquam aut dolo malo cum illo actum: res, ut erat, aperte & penes ipſum, ab initio tentata. Sic quoque cum Philippo olim pro Florentinis ſumpta ſunt arma. Solenni denunciatione (ut liberum potentemque decet populum) tam huic quam illi illatum eſt bellum. Verum invictus dux fœlicissimo consilio maluit victoriam, in cujus poſſeſſione erat, quam Venetum ſequi: bellumque adverſus utrunque populum ſuſcepit, ſuſceptumque virtute ſua & fortuna ex ſententia confecit.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

IN LIBRUM SEPTIMUM EPITOMA.

VEneta classis ingentem vim navium in Syracusano portu cumbussit: Jacobus Picininus & Sigismundus Malatesta aliquid commeatus Mediolanum intulere: Mediolanenses, Veneto legato cæso, Sforciam Principem declaravere: Fœdericus Imperator & Leonora conjunx Venetiis quam honorificentissime sunt hospitio accepti: Alphonsus Rex Florentinos ingenti bello petiit: Veneti ductores intra Otholengum & Insulellam fœliciter in Sforcianos dimicarunt: Inde non uno loco vario est eventu pugnatum: Renatus Rex pro Sforcia & Florentinis in Italiam adversus Venetos transiit: Stephanus Porcius capitali supplicio est Romæ affectus: Constantinopolis a Turcis expugnata ingentem Christiano nomini terrorem incussit: Duplex in Turcos classis instructa est: Pax cum Sforcia & Florentinis publicata: Fœdissima ventorum procella urbem subito strepitu & omnia circumjecta loca perculit: Multa ab Turcis in Græcia & Asia gesta ultimo loco referuntur.



M. ANTONII SABELLICI, RERUM VENETARUM AB URBE CONDITA, DECADIS TERTIÆ,

LIBER VII.



AUretanus, dum nova fœdera sanciuntur, tota Superi maris ora emensa, cum validissima classe ad fretum usque Siculum processerat: hinc subito incursu Messanam adortus, regiam Aetheam eximiæ magnitudinis, nuper instructam, & quæ nondum aquas attigerat, injecta flamma, absumpsit, & cum ea naves plerasque, quæ in ipso portu erant. Triremes ad id, ac minora quædam navigia, quæ ad subsidium earum quæ Messanæ fuerant, citato cursu venerant, haud quidem multo post, remigibus sociisque

1449 *Veneta classis ingentem vim navium in Syracusanum portu cumbussit.*

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1449 que navalibus metu in continentem dilapſis, proximis littoribus oppreſſit. Inde Siciliæ prætervectus oram, onerarias duas, mille ac quingentarum utranque amphorarum, Syracuſano ſe portu tenentes, facto repente impetu, invaſit. Genuenſes, quorum alteram fuiſſe conſtat, & alii multi, qui Venetorum metu ex alto eo ſe trepide receperant, duas ad exitum portus onerarias depreſſerant: objecerant ad id catenam ingentem cum vallo, ita ut ab omni hoſtium incurſu jam tutiſſimi viderentur: ſuſpenderant ad hæc pontes a mœnibus urbis ad naves, ut commodius (ſi opus fuiſſet) eas ab omni externa injuria tueri poſſent. Conatus eſt Lauretanus ſub primum acceſſum, diffractis munitionibus, portum irrumpere: eſtque ſubito circa illas contractum certamen. Verum poſt multam cædem, quum nihil ſe proficere Venetus cerneret, in altum ſe recipit: novam deinde viam ingreſſus, qua in hoſtem graſſaretur, onerariam ſarmentis & ſulphureo pulvere refertam cum triginta fortiſſimis viris, quos magnis pollicitationibus ad id facinus audendum compulit, vento & fluctibus ſecundis in portum immiſit. Violentiſſimo illa ventorum ſpiritu catenæ valloque impacta, nihil obſtitit quominus, ſtupentibus novitate rei hoſtibus, ad internas naves pervenerit. Hic dum eam ſubita trepidatione Ligur & alii circumſiſtunt, qui intus erant, materia repente incenſa, in actuariam, quam ad hunc uſum eo pertraxerant, deſiliunt, remiſque fortiter innixi, ad ſuos incolumes evaſere. Interim vero vehemens flamma, quæ ſubito ex Veneta emicuit, proximas naves corripuerat, neque ulla ope improviſæ cladi occurri potuit. Abſumptæ itaque incendio ante oculos civitatis, præter cetheas illas ingentes, aliæ multæ, quæ tum in portu naves fuere, multi quoque mortales ſubito igne abſumpti, qui ſive opem navibus ferre auſi ſint, ſive aliis operibus intenti eſſent, improviſam declinare flammam non potuerunt. Venetus hinc profectus, in Corcyram curſum tenuit, unde Zachariam Donatum cum triremi una Venetias miſit, qui Principem & Patres doceret de iis, quæ a ſe ad eam diem foris geſta eſſent,

Stratagema.

eſſent; quodque miro victoriæ curſu ſeptem & quadraginta hoſtium naves incendio conſumpſiſſet. Sciſcitaretur itaque ab eis, placeret ne claſſem foris eſſe, an, piratis hoſtibuſque toto mari pulſis, ſub hyemis initium domum reduci. Rerum geſtarum nuncius ingentem Patribus totique civitati attulit læticiam. Laudatus itaque abſens Lauretanus, ejuſque nomen in ore omnium eſſe. Claſſis partem Venetias reducendam Senatus cenſuit, reliquam vero foris ad præſidium maris remanere. 1449

Dum autem hæc in aquis geruntur, Pontificis, Florentinorum, Mediolanenſium, Sforciæ, & Allobrogum legati plures dies Venetiis fuere, jactataque imprimis eſt Sforciæ & Mediolanenſium cauſa. Sed ubi res, ut antea, ad arma ſpectare viſa eſt, tum Patres Sigiſmundum Malateſtam ſuarum copiarum legunt imperatorem: Florentinis recuſantibus ſe Sforciæ adverſaturos, urbis commercio interdicunt. Nec ille ocioſe bellum, quod ſibi cum Venetis inſtabat, fuerat præmeditatus: ſed interim quum de pace ageretur, ſuas opes non mediocriter firmarat. Nam & Laudem & Piſſeonem valido præſidio iniverat, cum Lodovico Allobrogum Duce pacem ſanxerat. Et ut omnem ſpem Veneti auxilii hoſtibus adimeret, Brepium quoque tentavit occupare; quod ubi efficere non potuit, proximo loco caſtra fecit, erexitque validas non procul inde munitiones, quibus præſidio firmatis (quia jam hyems inſtabat) ſtatuit ex vicis & municipiis proximis Mediolanum infeſtare. Sigiſmundus haud multo poſt ſubito incurſu Brepianas hoſtium munitiones adortus, earum duas expugnavit, expugnataſque incendit & everti: occupaſſet & reliquas, niſi mature Sforcia affuiſſet, cujus interventu Malateſta citra Abduam ſe recepit. Colleo & ipſe per Saxinam vallem ad Larium lacum inſinuatus, tentavit, importandi commeatus gratia, cum Jacobo Picinino (Franciſcus aliquanto antea vita deceſſerat) copias jungere: ſed alæ equitum ab illo ex Mediolano miſſæ paucorum proditione in hoſtium poteſtatem venere. Secutus inde Sigiſmundus, qui in Brigantinis cum Colleone conjunctus Barrum

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1449 rum montem paucis diebus ſubegere: tum furtim aliquid omnino commeatus in urbem eſt illatum. Sed, ut erat ingens in ea multitudo, fames nihil propterea remiſit; quin eo uſque per id tempus invaluit, ut biſdenis nummis aureis conſtet tritici modium veniſſe. Tentarunt interim Veneti duces Sforciam, qui ad Vicum Mercatum, Melcium, & Caratum ſtativa (immo ſtationes potius) habebat, ad pugnam provocare: a qua ille pertinaciſſime abſtinuiſſe dicitur. Videbat prudentiſſimus dux fore ut, continuata obſidione, non multo poſt Mediolanenſes fame domiti, vellent nollent, ad deditionem cogerentur. Venetæ copiæ, recepto Briantii monte, ad Tricium ſe recepere. Erat jam, ut dixi, brumæ tempus: verum ne ſic quoque omnino in ocio fuere, ſed per occaſionem alterius partis circa Brepianas munitiones, & circa pontes Abduæ impoſitos, lævia quædam prælia paucis diebus ſunt commiſſa, nec totis viribus unquam in aciem eſt deſcenſum. Mira fuit Sforciæ conſtantia in obſidione illa continuanda: qui præter Venetos & Mediolanenſes, Alphonſum quoque Regem apertum in ſe moliri bellum audiebat: ſed conſtanti, ut dixi, animo tamdiu hoſtes obſidere perſeveravit, donec in extremum diſcrimen Mediolanenſes fame humanarum virium expugnatrice victi, armis ſubito correptis, Leonardoque Venerio, qui legati nomine eo ab initio miſſus fuerat, in curia trucidato, deditionem fecerunt, Sforciamque in urbem evocatum Principem ſalutavere. Venetos, qui poſt Venerii cædem in vincula conjecti fuerant, factus jam voti compos Sforcia, dimittendos curavit. Studebat ſapientiſſimus dux Venetos omni officio demereri: quibus conciliatis, videbat non eſſe cur bellorum minas aliunde timeret ullas. Audiverat ille, cœptum fuiſſe de pace agi cum Alphonſo Rege: quæ ſi ad exitum perducta eſſet, apparebat ingens ſibi non ſolum cum Venetis, ſed cum tota fere Italia certamen futurum. Res ipſa nuper Ferrariæ mota: ad quam tranſigendam Paſchalis Maripetrus eſt miſſus, optatum tandem habuit exitum. Circa nonas Junias, quum ali-

Sigiſmundus & Piceininus aliquid commeatus inferunt Mediolanum.

Mediolanenſes, legato Veneto trucidato, Sforciam Principem declarant.

aliquot ante menſibus tractari cœpiſſet, pax ſecuta 1449
eſt.

Erat hic magnus annus, & quem Jubileum vocant, ob 1450
idque omnes Europeæ gentes Romam confluebant. Accidit itaque ut nobiliſſima Germani ſanguinis fœmina, aliquot comitata equitibus, per Mantuanos & Veronenſes fines peregre tranſiens, non ſine ſuorum cæde fuerit ad ſtuprum rapta. Ea vero ſcelus averſata, haud precibus miniſve ullis adduci potuit, ut raptoris libidinibus obſequeretur: cæterum pudiciſſimum corpus miſerabili modo vexatum, prius ferro violari paſſa eſt, quam voluntario ſcelere fœdari. Habebat tum in iis locis caſtra Sigiſmundus Ariminenſis, qui illis ipſis diebus a Venetis fuerat exauctoratus: venit in ſuſpicionem, quia juvenis & ferox, quod peregrinæ fœminæ pulchritudine captus, in eam manus injeciſſet: ſed ille, quia id Patres iniquiſſimo tuliſſe animo dicebantur, ad diluendam calumniam quoſdam turmarum ductores, quaſi ejus ſceleris conſcios, Venetias vinctos miſit. Quæſtione autem ſuper ea re habita, quia nihil ad eos, qui ad ſupplicium traditi fuerant, noxam illam attinere compertum eſt, nullo majore incommodo affecti ſunt. Pax quæ nuper Ferrariæ fuerat compoſita, miro civitatis gaudio Venetiis præconis voce eſt publicata. Lauretanus, cui ſub vernum tempus, antequam pacis ſpes ulla certior affulſiſſet, biremes ſeptem in ſupplementum decretæ fuerant, parte navium ad præſidium ſinus relicta, cum reliqua claſſe domum venit. Fuit annus ille non ſolum religione inſignis, ſed Fœderici quoque Imperatoris & Leonoræ conjugis in Italiam acceſſu, quos Nicolaus Pontifex in auguſtiſſimo Divi Petri templo imperatoria corona inſignivit. Sunt eo quoque anno Veneti ab eodem Pontifice aurato enſe, balteo, pileoque donati. Nicolaus Canalis, qui apud illum publico nomine tunc erat, munera domum attulit, quæ eo die quo pax publicata eſt, ſolenni pompa ſunt circa Principem conſpecta. Cum Sforcia per id tempus nonnihil de pace per legatos eſt actum, Paſchale Maripetro Cremam ad id ipſum

Fœmina Germana Romam in Jubileo profecta ad ſtuprum rapitur.

Fœdericus & Leonora a Pontifice coronantur.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1450 ipſum miſſo, quo legati ex Mediolano de ea re acturi venerant. Miſſi & ad Borſium Æſtenſem, qui novum illi principatum publico nomine gratularentur, quod Leonelli defuncti loco miro populi conſenſu princeps ſalutatus eſſet. In hæc quoque tempora incidit Hermolai Donati, viri patricii, cædes, de qua acerbiſſima eſt quæſtio ſenatus conſulto decreta, ſtipendio in perpetuum cum præſenti mercede indici propoſito. Dux Auſtriæ, Imperatoris frater, ex urbe in Germaniam abiens, Venetias appulit: a Principe & Patribus frequenter illi itum eſt obviam: Bucentauro navi exceptus, in Æſtenſes ædes ſplendide ad tempus inſtructas, velut in publicum hoſpitium eſt adductus: urbe deinde per ocium inſpecta, in Germaniam abiit. Ad id fœdus quod cum Alphonſo Rege eſt ictum, Senenſes, Allobrogum Dux, Monferratenſis Marchio, & Corregiani reguli pacis bellique ſocii aſcripti ſunt: eorum legati ad id miſſi uno tempore Venetiis fuere. Oratores ex ea Illyrici parte, quam nunc *Boſſinam* vocant, a Rege venerunt: quatuor pulcherrimos equos, accipitres venatorios, atque argenteas phialas dono Principi attulerunt. Nunciarunt præterea, & munerum cauſa ſe miſſos, & ut coram Duci ac Patribus Regis nomine filiarum nuptias gratularentur: quarum unam Stephano Vaivodræ, alteram Calojanni, qui pro Rege Pannoniam adminiſtrabat, matrimonio locaſſet. Optare proinde illum, ſibi atque amico populo bene evenire, quod duos fortiſſimos viros nova ſibi affinitate devinxiſſet. Deſpondere ad id perpetuam Veneto nomini amicitiam, quam ſanctiſſime, dum viveret, eſſet culturus. Regi gratiæ actæ ſunt, ac legati benigne habiti. Sed dum hæc domi aguntur, Gentilis Leoneſius, & Tybertus Brandolinus (quidam pro Brandolino Picininum ſcribunt) juſſu Patrum Collionem mille & quingentis equitibus in Veronenſi agro exuerunt, in quem res novas molientem illi, ut erant juſſi, ex improviſo impetum fecere. Ipſe media trepidatione dilapſus Mantuam ad Lodovicum Principem abiit. Tum vero (quia jam aperte ad arma res ſpectabat) Alphonſus Rex, Veneti,

neti, & ſocii Florentinos ſuis finibus ejecere: atque hoc 1450
ipſum in Sforciæ invidiam, quem ab illis pecunia juvari conſtabat. Carolus Gonzaga & ipſe ad Venetos ſub primos bellorum motus tranſiit, publicam fidem adverſus Lodovicum fratrem implorans, a quo per injuriam dicere iis ſe locis ejectum, quæ ad eam diem legato patris tenuiſſet. Complexi ſunt eum Veneti, bonoque animo eſſe juſſerunt: daturos ſe operam, ut ſive pax foret, ſive bellum, ipſe diutius non eſſet domo abfuturus. Interim vero acciperet quot menſibus ex publico mille aureos nummos, quibus ſe ſuoſque aleret.

Aloviſius Aquilejenſis Antiſtes Venetias venit; nec adeo multis interjectis diebus, Petrus Barbus Cardinalis, qui poſtea ex Pontificatu Paulus dici voluit, ſubſecutus eſt: utrique frequenter itum eſt obviam. Magnis quidem honoribus ambo accepti: ſed longe quidem majoribus Fœdericus Imperator, qui verno ſequentis anni tempore Venetias cum Leonora conjuge venit. Nulli unquam Principum tanta vis navium prodivit obviam. Ferunt præter Bucentaurum navim, in qua aureo panno ad tempus inſtrata Princeps cum lectiſſima parte Patrum vehebatur, quatuor grandiora navigia, a puppibus auro, cætera purpura adoperta, florem nobilitatis habuiſſe. Hæc Bucentaurum velut prætoriam navim ſequebantur; longo inde ordine triremes ſuccedebant, ganzariæ, paraſchermi, numero ad centum viginti, haud quidem minori ſtudio quam patriciæ illæ inſtructæ omnes: in his erant inferiores fortunæ viri, ita tamen ut ſinguli opificum ordines ſingula ornaverint navigia: certatumque inter eos ſplendore ac luxu: aurum, purpura, coccus, & qui rariſſimus in his fuit, amethiſtinus color, Venetam eo die veſtivit civitatem: exaudiri paſſim voces & cantus ſuaviſſimi, ad quorum concentum nemo non quaſi amens animum intendebat. Ad Clementis ædem, quo Princeps proceſſerat, ex Æſtenſi navi Fœdericus in Bucentaurum tranſiit. Hic Foſcarus ſenex gratulatus illi fœlicem acceſſum, aureo throno locavit: ipſe juxta aſſedit. Per mediam urbem ad Æſten- 1451

Fœdericus Imperator & conjunx Venetiis quam honorificentiſſime excipiuntur.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1451 Æstenses ingenti plausu & lætitia advectus est : ibi, omnibus publice paratis, in hospitio fuit. Leonora post aliquot dies Venetias applicuit. Eam, ut majore ornatu in urbem veheretur, placuit triduo ad Nicolai ædem in littore esse: tum festa die Bucentauro, ubi Principis conjunx ducentæque patriciæ fœminæ, eleganti forma præditæ, cæterum purpura, auro, gemmisque fulgentes erant, excepta est. Idem fere navium apparatus, qui & Fœdericum, illam tota urbe secutus est. Ad Eustachii fanum apud Victurios desedit. Ex primoribus Patrum eam mane vesperique officii causa adibant. Dicta interim dies, qua tanti hospites ad suavissimum spectaculum venirent. Instructo itaque ad tempus comitio, jussæ eo convenire ex patricio ordine, forma & ornatu præstantissimæ quæque. Leonoræ in publicum venienti bullam auream, tribus gemmis precio duum millium ac sexcentorum aureorum nummum præditam, Patres dono misere; palliolum præterea futuræ sobolis omen, cum stragulo cunali, ex purpura margaritis inserta. Saltavit uterque publice ad tibias : per cantus & varios jocos lux illa acta est, indulsitque civitas plures dies hospicio & læticiæ, quum ingens alioquin Gallici belli cura instaret; ex quo datur intelligi, Venetos præ cæteris Italici nominis hospitalis munificentiæ semper studiosos fuisse.

Fœderico itaque abeunte, confestim Patres ad bellorum sumptus perferendos Senatusconsultum fecere : ut urbani peregrinique magistratus, judices, scribæ, cæterique inferiores ordines magistratibus ipsis subjecti, qui publicum aliquo modo salarium mererent, Reipublicæ vectigales essent; & ut patricii magistratus post annuum munus (etenim suum cuique in id tempus est præmium ascriptum) gratuitam Reipublicæ operam in sex proximos menses impenderent : hodie quatuor tantum exhibetur: unde suspicari libet, ut vectigalium, quod plane constat, ita quoque temporum rationem quandoque variatam. Erat igitur vernum anni tempus, quando Sforciæ bellum est illatum; ac sub primos motus, Laudensi agro aliquandiu infestato, Gotho-

Gotholengoque, Manerbio, Pontevico, ac plerisque aliis 1451
oppidulis voluntaria deditione receptis, Abdua ad Ripaltam ponte superato, Veneta arma Leonesii ductu Mediolanum usque pervenere; facta namque spes erat per exules, fore ut, si Venetæ copiæ eo admotæ essent, populus omnino aliquid in urbe moveret; sed ad Venetorum conspectum, quanquam in suburbana tecta expediti equites irrupissent, nullus motus est secutus. Nec multo post Venetus castra Soncinum admovit, cujus muros bellicis machinis adortus, attentissima urgere cœperat obsidione. Ad eam solvendam nova hostis via ingressus, cum viginti millibus hominum in Brixiensem agrum, Ollio ad Cannedulum superato, erupit, Gammariaque subito incursu capta, Pontemvicum obsidione adoritur. Veneti duces, disjectis Soncini mœnibus, oppidanos ad deditionem compellunt: inde Romenengio potiti, ad hostem ire pergunt. Receperat interim ille Pontemvicum, qui in Ollii ripa est; concesseratque ad Agellum, unde Brixiam ex propinquo infestaret. Leonesius & ipse non procul ab hoste opportunissimo loco metatus, paludis angustias occupat: his locis sæpius vario eventu pugnatum. Erant in utrisque castris copiæ omnino ingentes: Venetis ad quindecim equitum millia ac sex peditum : in Sforcianis tria peditum, equitum vero ad octo & decem millia. Quidam annales habent, sub id tempus & ad Porcianum oppidum tribus & amplius horis atroci marte dimicatum, duplicemque cladem utrinque acceptam; sed equorum, ob locci difficultates, omnino majorem quam hominum; fuisse tque fortassis usque ad victoriam alterius partis dimicatum, nisi, fortuna adhuc neutro inclinante, atrox pugna noctis interventu dirempta esset. Hæc circa Abduam gerebantur : quum Guilielmus Monferratensis cum quatuor millibus equitum in Alexandrinum agrum tumultuole erupit, inde Derthonensem Ticinensemque ingressus, omnia terroris & populationis complevit. Ad illius conatus inhibendos Sacromor Vicecomes & Antonellus Burgensis a Sforcia missi, hostem tumultuario prælio Alexandrinis fini-

Pugna atrox Venetorum cum Sforcia.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1451 finibus victum, in Castellum novum præcipiti fuga compulerunt.

Sed dum hæc in Gallia geruntur, Venetæ interim triremes duodecim numero, Marco Zeno præfecto, Superi Inferique maris ora emensa, Liburnium pervenerunt. Regiæ ad id copiæ Ferdinandi ductu, Cortona ad defectionem tentata, in Aretinum agrum transivere, Folianumque adortæ, quadragesimo oppugnationis die post multa vulnera & labores, ex Florentinis hostibus cepere. Ferunt, bis Asturem Faventinum, & dum ad Folianum Ferdinandus sederet, & aliquanto antea, a regio milite fugatum, ita ut duplici prælio mille ferme equites amiserit, ac peditum cohortes nonnullas. Inde Aragonia signa per Senensium fines vagata, quum Castellinam frustra obsidione tentassent, in maritimam oram exercitus hybernatum concessit, cui omnia Sigismundus Ariminensis, Thuscarum copiarum imperator, reddebat infesta. Florentini Aragonias Venetasque opes terra marique metuentes, Sforcia auctore, Angelum Acciolum, equestris ordinis virum, ad Galliæ Regem oratorem mittunt: qui veteri Florentinorum studio in eum, & alios, qui in ea domo antea regnarant, memorato, Gallum perpulit ut Allobrogum Duci (quem *Sabaudiæ* hodie dicunt) se imperaturum promiserit, ut a Sforcia infestando abstineret: persuasurum ad hæc Renato Regi, militem & pecuniam pollicendo, ut ad Siciliæ regnum recuperandum animum adjiceret. Hæc Florentini ad Venetorum & Alphonsi conatus avertendos extra Italiam moliri. Miserat & Sforcia ad ipsum Regem, quem rogatum volebat, ut auctor Renato esset, primo quoque tempore in Italiam transeundi. Curabant hæc hostes. In Cisalpina vero Gallia res interim minime in ocio fuere. Bartholomæus Collio, quem jussu Patrum armis exutum diximus, mille hostium equitibus fretus, magnam vim pecoris hominumque ex Brixianensi agro abduxit. Per eos ferme dies Jacobus Piccininus & Tybertus Brandolinus cum quatuor equitum turmis adversus sex Sforcianas prospere pugnarunt. Habuit forte hostis

hostis exploratam Venetorum ducum expeditionem, qui 1451
ex Novis Urceis in hosticum prædatum iverant: ex Quinciano oppido, ubi tum forte castra habebat, Sforcia ad Venetos opprimendos Bartholomæum Quarterium, Jacobum Salernitanum cum sex equitum turmis repente immisit. Resciverant Veneti de hostium adventu: eos itaque majore spe quam ratione in pugnam ruentes, ad Jovenoltam Cremonensis agri oppidum Piccininus Brandolinusque fortiter excipiunt, exceptosque modico negocio fundunt, ac fugant. Ferunt centum sexaginta equites & amplius, eo die ex Sforcianis captos, nec ita multis interjectis diebus ingentem ex hostico prædam abductam. Impositio namque Abduæ ad Cerretum ponte, munitionibusque utrinque firmato, miserat eo equitatus partem Leonesius, ut Mediolanensem prædarentur agrum, & Ticinensibus fines infestos redderent. Sforcia ad Venetas equitum alas opprimendas Alexandrum fratrem cum parte copiarum ire jussit. Leonesius, cognito hostium consilio, Carolum Montonium cum pari equitatu hostem prævenire jubet. Consederat ille loco Venetis munitionibus proximo, nihil minus timens quam hostium adventum; dum Carolus in eum impetum fecit, terroreque subito injecto, sine ullo majore certamine fundit, fusumque castris cum omnibus impedimentis exuit; præter paucos qui cum ipso duce præcipiti fuga se Laudem receperunt, reliqui in Venetorum potestatem venere. Ea clade territus Sforcia, Goido (ubi castra habebat) profectus, Quincianum concessit. Venetarum rerum successu Matthæus Campanus elatus, cum eo equitatu quem habebat, in Mediolanensem agrum prædabundus erupit: in eum præda gravem Thaddæus Æstensis, qui ad hostem transiverat, ac plurique alii incideruntque: continuo utrinque concursum tumultuariumque prælium commissum, quo Venetus victor, quadringentis hosti equitibus ademptis, cum tota præda in castrum abiit. Sforcia, Mella fluvio superato, quo in animo haberet haud satis perspecte poterat intelligi: iccirco Venetus dux & ipse ad Balneolum consedit. Nec ita multo

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1451 poſt hoſtis Calviſano potitus eſt, ad quod ipſum venerat, ut ibi caſtris communitis, in hoſtico hybernaret. Leoneſius ad Goidum caſtra tranſtulit. Hæc per æſtatem in Gallia geſta ſunt.

Veneti inter Otholengum & Inſulellam fœliciter in Sforcianos dimicant.

Circa medium autumni, quum Veneti duces per exploratores cognoviſſent, vim commeatus ingentem in hoſtium caſtra deferri, ac mille equites præſidio adeſſe, Jacobus Picininus, Carolus Gonzaga, & Tybertus Brandolinus cum parte copiarum inter Otholengum & Inſulellam, Brixienſis agri oppida, hoſtibus occurrunt. Hic quaſi ex inſidiis cohorti Sforcianum equitem primo congreſſu fundunt, fuſoque ac fugato plurimos currus commeatu, ſagis militaribus, aliiſque utenſilibus onuſtos intercipiunt. Et jam opulentam prædam in caſtra agebant, quum Sforcia ea clade excitus, eos abeuntes ferociter invadit. Converſus repente Venetus a præda ad prælium, violentiſſimam hoſtis impreſſionem fortiter ſuſtinet. Atrociſſimo itaque prælio injecto, Hector Brandolinus, Tyberti frater, vir impigerrimus, dum in prima acie dimicat, ferro occubuit. Ingens trepidatio circa illum cadentem facta eſt. Et quanquam jam dudum Venetus hoſtem impigre ſuſtineret, ceſſiſſet tandem, niſi Leoneſius cum reliquis copiis affuiſſet. Sub ejus adventum non ſolum inſtaurata eſt pugna, ſed æquato marte, totis viribus aliquandiu utrinque dubio eventu dimicatum eſt: demum ſuperante Venetorum multitudine, coactus eſt Sforcia, relicta hoſtibus præda, in proximam Otholengici agri paludem cum ſuis ſe recipere. Conſtitit tamen illi integra acies: Veneti curribus potiti in caſtra conceſſere. Et jam appetebat brumæ tempus, quum hoſtis, impedimentis præmiſſis, in hyberna conceſſit. Verum priuſquam ſit inde diſceſſum, ferunt Sforciam, dum adhuc Calviſani eſſet, Venetos duces ad pugnam provocaſſe. Erant illi tum Goidi: qui acie dimicaturi cum viginti millibus hominum, quæ in caſtris habebant, in æquum deſcendere. Verum ceſſante hoſte, ajunt Venetam aciem aliquanto propius a Leoneſio admotam: atque ita ſane eveniſſe, ut ne provocatus quidem

dem ad pugnam Sforcia compelli potuerit. Apud quoſdam 1451
reperio, Sforciam compoſito exercitu in medium dimicaturum veniſſe; ſed quum interim ingens pluvia coorta eſſet, aliquanto ante, quam Venetus in apertum veniſſet, ſe in caſtra recepiſſe. Id propius vero eſt, quam illud, quod quidam annales habent, non auſum eum acie dimicare, aperte pugnam detrectaſſe. Quod ſi ſic eſſet, non poſſem non mirari martium ducem, qui totiens collatis ſignis ac per occaſionem proſpere in hoſtem depugnaſſet; quem etiam ſi quis ex iis, quos noſtra norunt ſæcula, vigore animi, ſucceſſu, dextroque (ut ſic dicam) genio Cæſari Dictatori comparandus aliquo modo eſſet, unum certe, aut nullum alium novimus, quem meo judicio tanto viro comparare poſſimus: ita demum remiſſo animo poſt ſummum principatum ademptum militaria munera obiviſſe, ut quum florentiſſimas haberet copias, tot viros fortes, nulla adhuc majore clade accepta, convicio etiam laceſſitus, acie dimicare noluerit. Sed fortunæ fortaſſis mutationem veritus, cunctantior ad pugnam fuerat factus: quod ingraveſcente ætate in eo quoque, cujus modo mentionem feci, eveniſſe conſtat, qui poſt ampliſſimas victorias, non eo ardore, quo prius pugnaſſe dicitur. Potuit & novus principatus eſſe in cauſa: quem undique hoſtibus circumventum in ſummum diſcrimen adduci poſſe videbat, ſi aliquo majore prælio victus eſſet. Sed quæcunque fuit cauſa, ita eveniſſe ajunt, ut ſine certamine ullo in hyberna ſit conceſſum. Poſt ejus digreſſum aliqua oppida ex iis quæ ille æſtate prius, inde autumno occuparat, Veneti duces receperunt. Hybernorum tempore Tybertus Brandolinus ad Sforciam tranſiit. Collio, vel (ut alii tradunt) 1452
Alexander Sforciæ frater præſidium, quod ad Carretum Veneti erexerant, repente aggreſſus prodi[illegible]one in ſuam poteſtatem redeg[illegible]. Inde in Monferratenſem hoſtem juſſus movit, a quo impedimentis ac parte copiarum exutus, fugienti ſimilis in caſtra rediit. Veneti & ipſi minime in ocio fuere; ſed ex hybernis digreſſi, in Mantuanos fines irruperunt: Striveriis captis ac direptis, ingentem inde prædam

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1452 abduxerunt. Gibellinæ quoque factionis viri ex Valle Sasina Bergomatis agri Caroli Gonzagæ ductu ejecti sunt; quibus pulsis tota terra in Venetorum potestatem concessit.

Dum hæc in Gallia geruntur, Alphonsi conatus ad Florentinorum opes evertendas nihil interea remiserunt: sed aliquanto majores in vernum tempus bellorum motus ab eo instare putabantur. Fama erat, statuisse eum Liburnium occupare: quo infesso, apparebat fore, ut & Pisas non multo post hostibus adimeret. Et jam ad id cetheas duas immensæ pene magnitudinis studio texere dicebatur. Dabant & Veneti ex fœdere triremes aliquot viris & armis instructas. Contra Gallorum Rex Allobrogum interim Ducem ab armis edicto revocarat. Impulerat & Renatum Regem, ut in Italiam adversus Alphonsum transiret: fore affirmans, ut Florentinorum Sforciæque opibus, qui milites & pecunias in stipendium pollicerentur, amissum regnum brevi recuperaret. Ex Græcia quoque trepide nunciabatur, Turcorum vires circa Byzantium invalescere: Mahometum Othomanum, ejus gentis Regem, opibus, paterna gloria, florentique ætate superbientem, haud procul a Thracio Bosphoro ad exitum Pontici maris castellum munitissimum erexisse: ac plane apparere, illius consilia ad evertendum Græciæ imperium spectare.

Renatus Rex pro Sforcia & Florentinis in Italiam transit.

His minis bellorum intra extraque Italiam imminentium Nicolaus Pontifex motus, enixe studebat res Italiæ, quantum in se erat, componere, quum domestica conjuratione pene oppressus est. Stephanus Porcarius, sive Portius (ita memini solere ex ea familia se quosdam appellare, apud quos ego & frater admodum adolescentes Romæ instituebamur, suum genus ad M. Portium Catonem referre ausos, sed domestica signa id arguunt, quod vulgus tenet) is, inquam, nobilitate generis magis, quam divitiis potens, eximiaque eloquentia præditus, jam antea ob ingenii altitudinem cœperat Pontifici esse suspectus. Ne quid igitur per occasionem domi moliri posset, publici muneris specie in Germaniam fuerat antea ablegatus: unde reverversus, Bononiæ esse jussus est, ea vero conditione, ut quotidie ad Niceni Antistitis conspectum, qui urbi Legati nomine præerat, veniret. Ille rerum novarum cupidus, perfidos nuncios, sive potius obscuris ambagibus literarum (nam quid alioquin de ea re affirmare possim, non habeo) aliquot facinorosos Romani sanguinis viros ad atrox atque impium facinus perpulit: ut ad certum diem conjurationis socii Romæ adessent; facto repente in Pontificem & Collegium impetu, inter ipsa sacrorum solemnia opprimerent; oppressis, populum Romanum ad libertatem vocarent. Simulata igitur corporis ægritudine, quasi languere cœpisset, in publico non exibat. Interim vero factus certior, omnia jam Romæ a conspiratis comparata, ipse, arrepto equo, magnis itineribus Romam contendit. Sed ejus profectio non diu Nicenum latuit; ratus itaque quod erat, expeditissimis nunciis aliis super alios Pontifici significat, Stephanum Portium Bononia se inscio per eos dies profectum, nec se adhuc compertum habere, quo iter intenderit: vehementer dubitare ne ad evertenda urbis ocia homo facinorosus accesserit. Ille longo pervigilio fessus, quum aliquantisper quievisset, spatium tabellariis dedit ad literas mature perferendas. Nam ita sane accidit, ut nocte quæ diem ad eruptionem constitutam præcessit, literæ Pontifici sint redditæ; qui atrocitate rei commotus, statim ad eum opprimendum animum adjecit: Jacobo Lavaniolo Veronensi, urbis Romæ tunc Senatori, & aliis plerisque negocium est datum. Hi quum ingenti hominum manu in Stephani ædes impetum fecissent, statim ille turbatus in fororis ædes occulto transiit, relicto domi Baptista Sarra cum armatis, quos ad scelus perpetrandum contraxerat. Ille vero, ut erat ferox animo, ac manu promptus, ubi se ferro flammisque circumventum vidit, facta cum paucis eruptione, per armatorum quosdam sibi ferro viam fecit. Conjurationis auctor apud sororem repertus, ad supplicium tractus est. Ea res Pontificis animum a studio conciliandæ pacis nonnihil avertit.

Stephani Portii conjuratio.

Verno hujus anni tempore Florentini suis Sforciæque opi-

1452

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1452 opibus freti, prius Folianum, quod ſuperiore anno amiſerant, receperunt, quam ab Alphonſo ſit aliquid in Hetruria motum. Sforcia per hyemem Cremonam venerat, ut Lodovico Gonzagæ auxilio eſſet, qui a Carolo fratre ex propinquo infeſtabatur: ſed Manerbienſibus prius ſubveniendum duxit, qui jam multis diebus a Venetis oppugnabantur. Laceſſitus itaque ab eo Venetus, etſi in apertum certamen non exibat, repulſo tamen a munitionibus hoſte, in oppugnatione perſtabat. Hic Leoneſius, dum omnia optimi ducis officia ſtudet obire, ſagitta ſaucius paucis diebus expiravit. Quidam tradunt, aliquanto prius eum extinctum, ac rei ſummam Picinino demandatam, quam Sforcia ex hybernis exiviſſet. Acceſſit ad eam cladem, quod Carolus Gonzaga in fraternas copias temere invectus, intra Goidum & Villam Francam fuſus ſeptingentos equites amiſit. Nec Picininus in ocio deſedit: Manerbio recepto, Quincianum paucis diebus recepit, mox & Pontem Vicum cum magno hoſtium præſidio oppreſſum. Et jam Senigam oppugnare cœperat, quum Sforcia ad ſe veniente ad Pontem Vicum, miſſa obſidione, abiit. Hoſtis Goidum prælio adortus expugnat; nec procul hinc Picinini interventu acre prælium eſt commiſſum, fuiſſetque Lodovicus Gonzaga, qui eo a Sforcia accerſitus venerat, ab hoſtibus profligatus (nam in eum primo factus erat a Veneto impetus) niſi Sforcia mature affuiſſet. Veneti inde digreſſi, ad Porcianum inter duas paludes metati ſunt. Sforcia interim Ruberto Severinati & Tyberto negocium dat in Brixienſem agrum erumpendi, ac planitiem omnem ſubita incurſione vaſtandi. In eos præda onuſtos repente Picininus impetum fecit, prædamque, injecto prælio, majore ex parte recepit. In eum cum expeditiſſimis alis equitum Sforcia advolavit: ſed prælio mature dirempto, incolumi exercitu, ſe Venetus dux in caſtra recepit. Multa inter utraque caſtra per id tempus prælia commiſſa, ſed illa ipſa per alterius partis occaſionem. Et jam media ferme æſtas exierat, quum Renatus Rex, ejectis ex Alexandrino agro hoſtibus, cum quatuor millibus equitum

tum ad Sforciam venit. Is ſub primum acceſſum per ca- 1452
duceatorem, quem illi *Araldum* vocant, bellum Venetis indixit. His copiis aucti hoſtes (erant enim in eorum caſtris cum appendicibus Gallorum equitum turmæ centum ac viginti) ex Goido profecti, Mella fluvio ſuperato, ad Baſſianum inter Manerbium & Pontem Vicum conſedere. Veneti & ipſi (venerant enim in caſtra Jacobus Antonius Marcellus, & Paſchalis Maripetrus legati) Manerbium conceſſere: inde ad Porcianum caſtra translata ſunt. Hoſtis, Veneto decedente, Manerbium per deditionem recepit: inde Sforcia ac Renatus Pontem Vicum adorti, aliquandiu oppugnatum, disjectis muris, vi cœperunt. Hic Gallorum feritas in miſeros oppidanos crudeliter debacchata dicitur. Ea res ita deterruit populorum animos, ut omnia pauciſſimis diebus, quæ Veneti in Cremonenſi & in Brixienſi planitie habebant, præter Soncinum & Romanengium, non expectato hoſtium adventu, ultro deditionem fecerint. Ad eam defectionem coactus Picininus cedere, citato agmine Brixiam contendit, ac inter urbem, montes & *Navigium* a Cleſio amne derivatum, loco munitiſſimo caſtra fecit, unde pedemontanos incolas, & quicquid Brixienſis agri ad Benacum ſpectat, facile defenſurus videbatur. In hoc ſtatu res Venetæ in Gallia erant.

Sed non ſolum præſentis belli periculum Patrum animos verſabat, quin & jam antea de Byzantii oppugnatione ſolliciti erant. Tumultuoſe enim ex Græcia fuerat allatum, Maomethum Turcorum Regem cœpiſſe Byzantium bello infeſtare. Ne igitur tam opportunus locus Chriſtiano nomini adimeretur, quo adempto, appareb[at] Pontici maris navigationem ſuis negociatoribus perpetuo occluſum iri, decreverant Patres triremes decem ad ipſius urbis præſidium, quarum penes Jacobum Lauretanum voluerunt eſſe imperium. Statuerunt ad hæc, ut duæ Cretheæ naves fabricarentur, quarum utraque duum millium amphorarum eſſet. Nec ita multo poſt Lauretanus ipſe cum quinque triremibus domo erat profectus, quum quinque alias

1453 *Conſtantinopolis a Turcis obſidetur.*

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1453 in Dalmatia ac Creta Senatus ornandas mandaverit. Decem & Alphonſus fuerat pollicitus, ac Pontifex totidem: ut triginta triremium claſſis communi nomine expleta ad Byzantii præſidium mitteretur. Sed Othomanus interim cum trecentis & amplius bellatorum millibus, navibus vero trecentis quinque ac ſeptuaginta, in quibus triremes decem & ſeptem, reliquæ biremes minoraque navigia fuiſſe dicuntur, terra marique Byzantium fuerat obſidione adortus. Hoc ii qui gerendæ rei interfuere. Veneti annales bellatorum ac navium numerum pene tertia parte extenuant. Erat tunc Græciæ Imperator Conſtantinus Palæologus: is venienti hoſti catenam eximiæ craſſitudinis objecit ad anguſtias ſinus, quas intra Byzantium & Peram eſſe alio loco ſignificavimus. Ea a Gallorum turri ad Peranæ Claræ pontem protendebatur. Ad ejus præſidium tres Venetorum triremes erant, quæ ex Pontica negociatione ſub id tempus redeuntes, ut Chriſtianæ urbi auxilio eſſent, in portu ſubſedere. Erant & Cretenſes quædam naves, ac cethea una Liguſtica eximiæ magnitudinis, cui Georgius Aurius præerat. Inde tres aliæ Genuenſium, ejuſdem pene magnitudinis ex Chio affuere, commeatus & virorum plenæ. Sub ipſum pene ingreſſum in conſpectu urbis barbarorum naves obviam illis proceſſere; cruentum continuo prælium eſt utrinque ortum, ac per multas horas dubio marte diſtractum. Demum triremibus onerariiſque ex proxima ſtatione auxilio ſubeuntibus, ceſſerunt barbari, ſolutoque certamine, ad columnas ſupra Peram, quo ſinu excluſi ab initio ſe receperant, abiere. Noviſſime Joannes Juſtinianus Genuenſis, cognomento, Longus, cum cetheis duabus affuit: habebat ſecum ille trecentos bellatores. Hunc Imperator magnis pollicitationibus amplexus, ad Romani portam ſtationem habere mandavit. Nicolaus Molinus & Joannes Lauretanus Cherſinam portam præſidio obtinebant: Baptiſta Grittus, ac plerique alii Veneti nominis, qui ea temporum novitate Byzantii deprehenſi fuerant, ipſam Palæologi domum tuebantur. Et quia, barbara claſſe ſinu excluſa, cuncta circa aquas tuta erant,

erant, omnes hoſtium conatus a continenti incubuerant. 1453
Admoverant illi æneas machinas pluribus locis ingentes, & imprimis ea parte, qua *Sutrinæ* nomen loco fuit. Hic itaque & alibi crebri tormentorum ictus ingentem muro-rum ediderant ruinam. Sed ut propugnatorum vires barbarus in plures diſtraheret partes, ac per hoc infirmiores redderet, ſtatuit (quia alia ratione non poterat) partem navium terreſtri via in ſinum perducere. Quinque & ſeptuaginta biremes a Peranis columnis præter oppidi mœnia in internas aquas ſine ullo certamine pertraxit: datumque id negocium ex Flambulariis uni, qui cum ſeptuaginta hominum millibus Byzantium ab ea parte adoriretur. Erat ille præſidio biremibus, dum in aquas traherentur, ne ſubito Chriſtianæ claſſis incurſu incendio abſumerentur. Statuerat ad hæc tormenta aliquot in averſa parte ſinus e regione urbis, non magis ad diſturbanda Byzantii mœnia, quam ad hoſtilium navium acceſſus inhibendos. Ferunt, Perenſes potuiſſe ab opere ducendarum navium barbarum avertere: ſed ideo noluiſſe, ne eam belli tempeſtatem ex vicino littore in ſuum averterent. Traductis igitur in ſinu biremibus, quia manifeſte apparebat, ex tam propinqua ſtatione ingentem urbi cladem imminere, etſi numero hominum naviumque inferiores erant, Venetus tamen & alii hoſtilem claſſem invadere ſtatuerunt: rati fore, ut eam ex improviſo adorti terrore ſubito acceſſu injecto, facile incendio abſumerent. Fuit nox illa caliginoſa, & qualis verno tempore eſſe ſolet: quo accidit, ut non modo non ab hoſte proſpici, ſed ne ipſi quidem inter ſe videri in tanta aeris denſitate poſſent. Latuiſſet itaque facile hoſtem noſtrorum incurſus, fuiſſetque forſitan Othomanica claſſis deleta: quo facile eveniſſet, ut aut fœda illa clades, quæ Chriſtiano nomini ex nobiliſſimæ urbis amiſſione imminebat, omnino diſcuſſa eſſet, aut certe in plures dies diſtracta. Sed Perenſes, qui proximum alebant incendium, ne res ignoraretur, effeciſſe creduntur, propugnatorum conſilio hoſtibus denunciato. Quo factum eſt, ut ad noſtram claſſem oppri-

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1453 opprimendam ſub nocte pene totidem bellatorum millia, quot ab initio miſſa erant, Othomanus properare juſſerit. Moverunt in hoſtem navium ductores ſpei pleni, ſuum acceſſum latere rati: quos venientes barbari ad pugnam parati non ſolum fortiter exceperunt, ſed protinus etiam, biremi una Cretenſi, cui Zacharias Grio præerat, tormento concuſſa, reliquas naves circumſiſtere cœperunt. Compreſſo igitur impetu territi, qui in navibus erant, ſubito ceſſeruut: biremis una, in qua Jacobus Cochus erat, cum duobus aliis navigiis in hoſtem temere invecta, adverſo bombardæ ictu repente ſoluta, in conſpectu hoſtium cum tota pene turma fluctibus abſorpta eſt: tres ac triginta, qui in barbari poteſtatem venere, ante portas urbis nudi conſtituti, ad unum ferro trucidati ſunt. Prociderat interim murus averſa parte urbis circa Sutrinam, quantum pene tres turres continebant. Continuo munitiones tumultuario opere, ut fit, murorum loco hoſtibus objectæ. Tentavitque interea barbarus cuniculo urbem irrumpere: ſed his quoque conatibus mature itum eſt obviam. Multi quoque ſubterranea fovea ſubita flamma ſunt ambuſti. Ad Romani portam turris una concuſſa ruinam traxerat: atque dextra lævaque crebri tormentorum ictus multum murorum diſturbarant, excitaveratque hoſtis proximo loco aggerem adverſus machinas communitum. Et circa Cherſinam portam mœnia late conciderant: quo factum eſt, ut Othomanus in ſpem potiundæ urbis adductus, atroci ſit eam oppugnatione adortus. Verum ut majorem civitati incuteret terrorem, ante lucem terribili clamore horrendiſque vocibus ſubiit barbarus munitiones. Imperator intus obequitando, ſuos, ut pro patria, pro liberis, pro ſua demum ſalute, ferociter dimicarent, hortatur: *Veniſſe tempus*, dicere, *quo niſi viri eſſent, non ſolum nobiliſſima Byzantii mœnia caſura eſſent, ſed omne antiquæ Græciæ nomen cum ipſa gente interiturum: Durarent igitur, ſcirentque interim cum eo ſibi hoſte rem eſſe, a quo non venia ulla, non clementia ſperanda eſſet: Cum ipſa patria aut ſtandum eſſe, aut cum ipſius excidio cadendum.* Hæc ille mœ-

Palæologi fortitudine, Conſtantinopolis defenditur.

mœnia circumvectus ſuos monere. Sed quum ad Romani 1453
portam veniſſet, offendit ibi Juſtinianum Longum, gravi vulnere affectum, ac jam de deditione cogitantem. De qua facienda, ubi coram etiam verba facere eſt auſus, neque precibus neque hortationibus ullis confirmari poſſet, cerneretque circa illum pugnantes, jam fractis animis, fugam circumſpectare, ferunt Palæologum ipſum locum ſubiiſſe cum paucis, quos penes ſe habebat, tentaſſeque vi hoſtem jam muros ſcandentem repellere. Verum ubi propugnatorum infrequentia barbarum irrumpentem ſuſtineri non poſſe vidit, tum ſibi manum injicere voluiſſe creditur. Inde, quia id parum Chriſtiani hominis eſſe ſuccurrit, ſuos hortatus eſt, ut ſe ferro transfigerent. Quibus facere recuſantibus, honeſtiore ad mortem via ingreſſus, imperatoriis inſignibus depoſitis, ne cognitus vivus caperetur, ſtricto ferro in irrumpentium barborum cuneum irruit, fortiterque pugnando Princeps æterna memoria dignus, hoſtili manu concidit; cadenſque nobiliſſimi imperii excidio imperatorium miſcuit cadaver. Illi poſtea media cæſorum ſtrage reperto caput Othomani juſſu eſt abſciſſum, totaque urbe ac caſtris circumlatum. Sunt qui dicant, eum, ad Romani portam fugientium ſtrage edita, cum multis in ea trepidatione exanimatum, ac paludamento poſtea cognitum. Capta urbe, ac aliis alio dilabentibus, quo videlicet amens fuga, aut ſpes aliqua ſalutis hos vel illos rapiebat, maximus mortalium concurſus ad Sophiæ fanum, tanquam ad aſylum quoddam eſt factus. Ibi magis tentata pugna quam edita, perditis rebus, et illi, qui in templo erant, deditionem fecere. Nec hoſtium claſſis in tanta opportunitate ceſſavit. Venetæ enim triremes, ac cætera claſſis cum multis, qui ſub primum hoſtium irruptionem ad navem præcipiti ſe fuga contulerant, retinendæ urbis ſpe abjecta, continuo inde ſolverant. Multos igitur mortales barbaræ naves circa littora intercepere: urbs tota direpta eſt, puellæ ac pueri ſtuprati, matronæ nefandis concubitibus (ut gens intemperantiſſima eſt) vexatæ, puberes, ſi quos fortuna a cæde ſervavit, in ſer-

Conſtantinopolis tandem capitur.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1453 ſervitutem abducti. Multi Veneti nominis eo die aut cæſi aut capti ſunt, in quibus ſeptem ac quadraginta patricii ſanguinis fuiſſe dicuntur. In hunc modum Conſtantinopolim, nobiliſſimam Græciæ urbem, a Maometho Turcorum Rege captam accepimus. Ita vetuſtiſſimum imperium everſum anno ſuæ conditionis ſupra milleſimum ac centeſimum primo & viceſimo.

Chriſtiano nomini terror incutitur.

Capti Byzantii fama ingentem Chriſtiano nomini terrorem injecit. Continuo itaque Nicolaus Pontifex Venetias miſit, qui ibi ſuis ſumptibus quinque in Turcos triremes inſtruerent, propoſito edicto, ut quicunque Romanæ Eccleſiæ in eos ſtipendium faceret, ſumeretque adverſus communem Fidei hoſtem arma, plenam eorum quæ ad eam diem deliquiſſet, conſequeretur veniam: ſi quis vero exauctoratus militiam detrectaſſet, anathematis ſpiculum incurreret. Veneti Bartholomæum Marcellum ad Othomanum mittunt, qui a barbaro ſuos cives eorumque res repeteret: præmiſſus ante Marcellum terreſtri itinere, qui quinque & triginta dierum ſpatio ſe ex Byzantio redituruum eſt profeſſus. Cupiebant Patres prius explorari, quæ eſſet illorum, qui cum ipſa urbe oppreſſi fuerant conditio: viverent ne, an ad unum cæſi eſſent; & ſi viverent, liberi, an in vincula & ſervitutem adducti. Triremes jam antea & onerariæ quædam in altum, Jacobo Lauretano præfecto, fuerant eductæ, quæ, audita Byzantii expugnatione, in Eubœa ſubſederant. Inceſſerat hæc nova imminentis belli cura: quum in Gallia interim omnia bello arderent. Siquidem Sforcia, receptis quæ in planitie erant, Rhoadum quoque, velut & montium incolas, armis ſubacturus, copias admovit; hic illi caſtra habenti, Romanum, Martinengium, Camonicæ Vallis, & Brigantinatum oppida voluntaria deditione ceſſere. Eam defectionem ſecuti ſunt quicunque Abduanam terram incolunt. Mox Rhoado recepto, Urceos hoſtis attentiſſima oppugnatione adoritur. Sed dum Urcei oppugnantur, Soncinenſes ad hoſtes defecere. Noviſſime & Urceis receptis (quæ oppugnatio in aliquot dies diſtracta eſt) Romanengium, quod unum

unum adhuc in fide erat, & ipſum in hoſtium poteſtatem 1453
ultro venit. Nec poſt id tempus majores ulli in Gallia fuere conatus. Exacta maxima autumni parte, quum jam hybernorum tempus appeteret, tentavit Sforcia in Lodovici Gonzagæ gratiam Aſulam oppugnare: a quo incœpto, modo vi maxima ventorum, quæ per eos dies coorta dicitur, modo per continuos imbres, qui poſtea ſecuti ſunt, repulſus, rem in aliud tempus diſtulit. Renatus & ipſe media ferme bruma, iratus (ut creditur) Sforciæ & Florentinis, per Aſtenſes & Taurinos in Galliam abiit.

Sed ad res Græciæ redeamus. Poſt Byzantii expugnationem, quum ſollicita eſſet civitas de ſalute eorum qui cum ipſa urbe in Turcorum poteſtatem venerant, ex iis qui non multo poſt oneraria navi Venetias venere, cognitum eſt, Venetos qui Byzantii intercepti fuerant, in vinculis eſſe, nec in eos, quos fortuna ſervaſſet, a victore poſtea aliquo modo ſævitum. Paucis inde diebus Lauretani literis Senatus certior factus eſt de captivorum redemptione, qui, ſeptem millibus aureorum nummum datis, a barbaro dimiſſi eſſent. Eo ipſo die, quo hæc allata ſunt, Pontificis Legatus Venetias applicuit, cui frequenter itum eſt obviam: egit is cum Patribus de pace, quam & Florentiæ prius egiſſe, & apud Sforciam deinceps acturum ſe eſt profeſſus. Statuiſſe ad hæc Nicolaum Pontificem, ob ingens periculum quod rei Chriſtianæ a Turco immineret, Italiæ ſtatum pacare, futurumque ſe pacis arbitrum: quam ſi quis detrectaſſet, fore ut ille pallo poſt anathematis ſpiculo petitus, pro hoſte non ſolum Italiæ, ſed Chriſtiani etiam nominis haberetur. Cum hac denunciatione, cui Patres haud gravate accedebant, Venetiis profectus ad Franciſcum Sforciam iter intendit. Lauretanus, qui, audita (ut dixi) Byzantii expugnatione, in Eubœa ſubſederat, ad Senatum per eos dies literas dedit, quibus ſignificabat, ſe tuendæ inſulæ conſilio eo loco eſſe ſtatuiſſe, oppreſſiſſe ad hæc ſe quatuor eorum triremes, ac biremes tredecim, earumque remiges in terram dila-

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1453 dilapſos, a proximis accolis ad unum trucidatos; qui in triremibus fuiſſent, capitali ſupplicio a ſe affectos. Haud multo poſt Lauretani literas in Senatu recitatas, Pontificiæ triremes in altum deductæ majori ſe claſſi jungere ſunt juſſæ: quibus auctus Lauretanus, Alexandrinas quoque Syriacaſque triremes expectare conſtituit, atque ita valida claſſe conflata, in barbarum movere, quem laceſſendo provocandoque a præſentis victoriæ curſu tam diu diſtinerent, donec, pacatis Italiæ rebus, alius longe major navium apparatus adeſſet, in quibus comparandis jam dudum Patres occupatos eſſe conſtans fama erat. Nec vani illi rumores, nam ut triremes decretæ aliquanto citius expedirentur, duo Aloviſii, Capellius & Lauretanus, decreto Patrum in continentis oram ire juſſi fuerant, qui materiem ex proximo conquirerent. Romam quoque non multo poſt Chriſtophorus Maurus & Urſatus Juſtinianus ſunt miſſi, de pace apud Pontificem cum cæteris Italiæ oratoribus acturi in Gallia. Antequam legati ad Pontificem profecti eſſent, Venetæ equitum alæ commeatum cum præſidio hoſtium interceperant: verum quia res jam ad pacem ſpectare cœperat, remiſerat Venetus aliquanto a Gallico bello animum. Verum ſic quoque, ne prorſus provinciæ Patres obliti viderentur, aliquot ſagittariorum centurias ex urbe, navigiaque per Padi fluenta noviſſime miſerunt. Fœdus ad hæc cum Genuenſibus Lucenſibuſque eſt initum, ob quod ipſum ſupplicatio in diem decreta eſt. Collionem quoque per eos dies clandeſtine ad ſuum retraxere ſtipendium. Sed dum illi hæc, quinque Pontificis triremes, quæ principio autumni in Turcos moverant, ad vernum tempus, Lauretani injuſſu, domum rediere: Joannes Dandulus, Antonius Quirinus, Marinus, Andreas, & Nicolaus Contareni, earum præfecti, Pa-
1454 trum decreto in carcerem adducti ſunt. Andrea Contareno & Joanne Dandulo, ad quos eam ignominiam nihil attinere compertum eſt, abſolutis, reliqui ærarii facti, ſemeſtrique carcere mulctati, nec non navali præfectura ſunt perpetuo privati. In quatuor alios humilioris fortunæ de-

næ deſertores, ad quos eam culpam imprimis attinere 1454
conſtitit, haud minus ſevere animadverſum, quam in patricios fuerat: a foro ad Rivumaltum flagris ſunt cæſi, præciſoque eis naſo, in exilium ſunt acti.

Pax cum Sforcia & Florentinis.

Nec multos poſt dies pax cum Sforcia & Florentinis ſecuta eſt: quæ a Pontifice deſperata, per Simonem Camertem, hominem eremitanæ profeſſionis, citro ultroque meantem, his conditionibus ſecuta eſt: ut Sforcia, præter oppida Abduanæ terræ, omnia quæ Venetis eo bello ademiſſet redderet: Mantuanus Marchio Carolum fratrem in ſuum reſtitueret principatum: Florentini præter Caſtellionem, res ſuas ab Alphonſo, a Florentinis Senenſes reciperent. Et ut pax ſanctior eſſet, Pontifex ſuam interpoſuit auctoritatem, atque in ea expreſſum, ut ſi quæ deinceps diſcordiæ ſubortæ eſſent, earum tollendarum jus & potestas Romani Pontificis eſſet: ut uter alteri prius arma intuliſſet, cognita injuria, is ſtatim non ſolum illius qui violatus eſſet, ſed Pontificis, & omnium qui in id fœdus conveniſſent, hoſtis haberetur. Atque ita omnibus his pacis conditionibus conſultum eſt, præterquam Genuenſibus, cum quibus cœptum bellum voluit Alphonſus ſibi integrum manere. Quod ipſum ideo ei conceſſum crediderim, quia pacis quæ ſecuta erat, parum cupidus omnino habebatur. Vix civitas, longo bello feſſa, lætiorem unquam egit diem eo, quo præconis voce pax populo denunciata eſt. Supplicatio imprimis & gratulationes circa aras decretæ, Divorum imagines & reliquiæ ſolenni pompa prælatæ, ſecutus univerſus clerus, Princeps deinde cum Senatu, ac reliquis civitatis ordinibus. Nocturna lumina aliaque lætitiæ ſi gna tota urbe exhibita. Fuit hic annus ſalutis quinquageſimus quartus ſupra milleſimum ac quadringenteſimum; ex quo vero ob Cremonam cum Philippo Senatum eſt in Gallia bellum, octavus: cum Sforcia vero ob Mediolanenſes ſocios, quintus. Quies & otium in Italia diu poſtea fuit, vel imprimis in Gallia, cujus ſtatus jam inde ad hos ferme annos, quibus ob Ferrarienſe bellum gravem

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODËR (2018)

1454 gravem ſenſit armorum tempeſtatem, pacatiſſimus fuit. Zacharias Triviſanus, & Nicolaus Canalis ad Fœdericum Imperatorem in Germaniam oratores acceſſere. Evocaverat ille ad ſe ex tota Europa legatos, cum quibus de bello in Turcos comparando frequentiſſimo

1455 conventù ageret. Bartholomæus Marcellus ex Byzantio interim reverſus eſt, qui cum Othomano, a quo omnia benigne impetrarat, publico nomine pacem ſanxerat. Ad eam autem firmandam Mahometi legatus Marcellum eſt Venetias ſecutus. Patres vero, ne quid temere facerent, tam diu rem differendam cenſuere, quoad pax fœduſque inter Chriſtianos ictum eſſet: tum vero (magis enim Italiæ Chriſtianoque nomini, quam barbaro conſultum velle) bellum cum eo non pacem erant habituri. Interim vero ne potentiſſimi Regis amicitiam contemnere viderentur, Marcellum ipſum cum barbaro Byzantium cum novis conditionibus denuo miſere, quas ſi Mahometus accepiſſet, pacem publico nomine ſanciret, ac pro prætore illic eſſet. Sed video ſic quoque locum calumniæ relictum. Satis enim Veneti Chriſtianorum ſocietatem reliquiſſe videri poſſunt (dixerit hoc namque calumniator aliquis) qui legato mandarunt, ut ſi barbarus oblatas conditiones accepiſſet, pacem ac fœdus cum eo ſanciret: quo ſemel inito, haud quidem amplius eis integrum fuiſſet, publica fide incolumi, diverſum ſequi. Sed certe id eos vidiſſe exiſtimo (nam quid alioquin de hac re affirmare poſſim, non habeo) quia publica in Turcos conſpiratio duobus ante menſibus apud Fœdericum Imperatorem mota erat, ut res jam ad exitum ſpectare crederetur: ſatis ſpatii ſibi dari crediderant ad deliberandum, quo tutius res Veneta inclinaret. Sentient aliter fortaſſe alii: aſt ego (ut aperte dicam quod ſentio) prudentiſſime tum Venetos, ut ſemper alias, feciſſe exiſtimo, qui tam gravi bello temere ſe onerare noluerunt, quod quum poſtea terra marique a ſe multo labore gereretur, reliqui Europæ Principes

Venetorum legatio ad Turcum.

cipes Venetorum clades cum riſu ocioſi ſpectarent. 1455
Quod ſane non multos poſt annos evenit, qui ad id bellum compulſi, ab omni fere Chriſtianorum auxilio non ſolum deſtituti ſunt, ſed intra Italiæ etiam fines inſidiis petiti. Sed hæc ſuo poſtea loco dicentur.

Nunc ad ea redeo quæ ad Galliæ pacem ſecuta ſunt: quorum illud maxime memorabile videtur, quod vix pene poſitis armis, aliud recens bellum propinquiore loco Veneto nomini pene renatum eſt. Repetebant Patres a Borſio Æſtenſi Bagnacavallum, quod Ravennatium finium eſſe conſtabat, ac quædam Polineſi loca. Miſſus ad id Ferrariam, qui niſi res redditæ eſſent, more majorum bellum Borſio Æſtenſi indiceret. Ille vero quietis Venetæque amicitiæ ſtudioſus, per legatum Principi & Senatui ſignificavit, ſe pacem cum Veneto velle, non bellum: in eorum ſe fide & auctoritate futurum. Quo humaniſſimo reſponſo arma, quæ jam prope ſumpta erant, Patres continuerunt, prorſuſque ab omni injuria abſtinendum cenſuere. A terreſtri inde motu ad rem maritimam converſi, duas onerarias adverſus Navipactorem, hominem Veneti ſanguinis, qui ignominia a ſuis popularibus affectus, piraticam exercere cœperat, inſtruendas curarunt. Indignum ducebant Patres, ex Veneto nomine ad eam diem extitiſſe quemquam, qui maria latrociniis infeſtaret, quæ ab initio urbis ſui majores a ſimili injuria vindicaſſent. Sub id ferme tempus victor Capellius ad Peloponneſi Principes eſt miſſus, qui quum ingens ſibi periculum a Turcorum Imperatore imminere vidiſſent, Venetias miſerant ad Principem & Senatum, qui de Peninſula eorum imperio ſubjicienda agerent: verum tantum ſibi in Italia Veneti darent, quod ſatis eſſet, ſi non pro veteri pro recenti ſaltem fortuna, ad honeſte vivendum. Sub Capellii acceſſum Genuenſes triremibus decem, & onerariis duodeviginti freti, ſpe potiundæ terræ proxime

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1455 classem admoverant : aderat & Lauretanus ipse cum suis triremibus , tam hic , quam Ligur in suam occasionem erecti . Eo anno fœdissima Venetorum tempestas terram Italiam , imprimisque oram Venetam multiplici clade affecit : proditum memoriæ est , tot vitreas fenestras ea procella Venetiis disjectas ac solo afflictas , ut sena aureorum nummum millia vix satis ad eas resarciendas futura crederentur . Post Byzantium captum Venetis quiescentibus , Italorum Principum aut populorum nemo , præter Calistum Pontificem & Genuenses , qui ob Peram ademptam (confestim enim , Constantinopoli capta , Perenses deditionem fecerunt) omnino aliquid moverunt , bello Turcos lacessere est ausus . Calistus per literas & nuncios Europam ad arma evocare toto suo Pontificatu non destitit : instruxit ad hæc in barbaros hostes triremes tredecim , quibus Lodovicum Aquilejensem Antistitem præfecit . Is triennio maritima Asiæ gravi bello afflixit , quasdam etiam insulas Othomano ademit . Immanissimus interim hostis miro victoriæ cursu Thraces , Triballos , Macedonas in Europa subegit , & in Asia] Trapezuntis imperium fraude potius quam armis evertit . Inde Folia nova , mox & vetera , ac bella bellis serendo , Imbrum , Smyrnamque occupavit . Cateloſis Genuensibus , cum quibus ob puerum bellum suscepit , post deditionem certis conditionibus factam , Lesbum abstulit . Bossinam deinde , oppresso Rege , ac ferme quicquid Christiani Principes a Byzantio ad Epirum & Dalmatiam , inter Pannoniam & Danubium Ioniumque mare & Ægeum ad id tempus tenuere , armis domuit . Sed in tanto futurorum hostium successu nihil Veneti moverunt , quanquam a multis interdum in auxilium vocati : sola Peloponnesus (quam Thomæ & Demetrio Principibus illi noviſſime ademere) aliquot post annos in Turcos armavit : de origine & successu cujus belli proximis libris dicetur . Interim vero dum ab Othomano hæc

Tempestas fœdissima.

gesta

gesta sunt (quæ ideo carptim attigimus , quia ad 1455
nostram parum attinere videbantur historiam) Veneti
toto fere eo temporis spatio , quod decem circiter annos habuit , a bello & armis quievere .



BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

IN LIBRUM OCTAVUM
EPITOMA.

PRinceps Principem, quod nunquam ante, poſt ſublatam cooptandi collegæ conſuetudinem acciderat, extulit: Belli cum Othomano Rege ſuſcepti cauſæ: Peloponneſi deſcriptio: Veneti, Argis receptis, Iſthmum communivere: Venetæ copiæ fruſtra ſunt Corinthum oppugnare adortæ: In Italia Venetus Tergeſte obſidione cinxit: Turci cogunt Venetos Iſthmum relinquere: Ad Neapolim bis in Turcos proſpere pugnatum: Eodem tempore Tergeſtini & Ariminenſes ſunt obſidione levati: Veneti ad Talamatam in Peloponneſo victi, inſignem cladem accepere: Urſatus Juſtinianus magna ſuorum cæde bis Mitylenas in Lesbo oppugnare eſt adortus: Sigiſmundus Ariminenſis Lacedœmonem oppugnavit: Veneria triremis Dardanulos prætervecta, incolumis noctu ad ſuos rediit: Pius Pontifex Anconem progreſſus, paulo poſt Principis & Venetæ claſſis appulſum vita deceſſit: Stipendium Pannoniæ Regi publico nomine eſt a Chriſtianis decretum: Victor Capellius poſt multa præclara facinora in hoſtes edita, clade ad Patras accepta, mœrore affectus vita deceſſit: Bartholomæus Bergomas, cognomento Collio, in Flaminiam progreſſus, rem Venetam in novi belli diſcrimen pene traxit: Nicolaus Canalis claſſis imperator Oenum diripuit: Maometbus terra & aquis Chalcidem aliquandiu obſeſſam, ingenti Venetorum clade cepit.



M. ANTONII SABELLICI, RERUM VENETARUM AB URBE CONDITA, DECADIS TERTIÆ,

LIBER VIII.



AM diu rerum Venetarum ſtatus aut certe non multo plus minuſve, terra marique pacatus fuit: ſed pax illa omnino ſollicitudine non caruit. Accidit tum Venetæ civitati, quod & illi qui vicinis tectis flagrantibus, tametſi res ſuas adhuc incolumes eſſe videt, quia contractum incendium, alia atque alia invadendo, ſe pluſquam tutum ſit inſinuat, non poteſt non ſollicitus eſſe, & ad ſontem (ut ſic dicam) reſpicere. Ita Veneti, quanquam apertum cum Othomano Rege bellum non habebant, haud tamen ocio- 1456

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1456 ocioſis oculis toto decennio ſpectarunt, quæ ab illo in Aſia & Europa gerebantur: quin & ipſi multa interim animo moliri, ac bellum, quod omnino ſibi cum barbaro inſtare videbant, præmeditari: temperatum tamen tamdiu ab armis, donec profecta ab eo injuria legitima eos arma induere coegit. Sed de ea re mox dicere incipiam; nunc pauca de iis quæ domi per id tempus, quo pax fuit, acta ſunt, referam. Foſcaro Principe, longe lateque promoti erant imperii fines, quod tum publica fœlicitate, tum diuturno illius principatu prudentique adminiſtratione contigit: ſed non imperium ſolum, verum etiam & urbs ipſa nobilibus quibuſdam ædificiis eſt aucta. Ea nanque tempeſtate curiæ veſtibulum candido marmore exteriore eſt parte munitum: Gregorii fanum a fundamentis inſtaurari cœptum, quod ſumptuoſiſſimo apparatu his noviſſimis annis abſolutum vidimus: marmorea Zachariæ ædes veteri incubans, tum quoque fundari cœpta dicitur, opus non tam magnitudine ſua, quam materia, quæ nobiliſſima eſt, opificioque vetuſtiſſimi cujuſque operis æmulo admodum inſigne. Dux ipſe quum annis quatuor ac

Nova ædificia.

1457 triginta & amplius Reipublicæ præfuiſſet, eſſetque jam nonagenarius, nec ob decrepitatem publicis muneribus omnino vacare poſſet, Paſchalis Maripetrus illi adhuc viventi ſurrogatus eſt. Poſitis itaque ſummi magiſtratus inſignibus, atque in ordinem redactus (quia generoſus ille animi vigor in effœto corpore nondum erat extinctus) poſt novi Principis creationem pauciſſimis diebus expiravit. Decreto Patrum, inſignia quæ vivo adempta fuerant, defuncto ſunt reſtituta: ducaria pompa ad ædem Minorum elatus eſt: atque ita accidit, ut Princeps Principem extulerit, quod poſt morem collegæ in principatu cooptandi e Republica ſublatum, nunquam (quod ſciam) ad eam diem acciderat. Sepulchrum ex Pario marmore, puriſſimoque auro nepotes illi ad aram templi maximam poſuere. Maripetri principatu ingens ille terræmotus factus eſt, quo circa nonas Decembris tota fere Italia concuſſa eſt, vel imprimis Neapolitanum regnum. Cæterum mul-

Princeps Principem effert. Paſchalis Maripetrus Dux, vivo adhuc Foſcaro, creatur.

tæ

tæ & amplæ in ipſo Principe virtutes fuere: ſanum ingenium, nihil ficti, nihil ſimulati habens; pacis ſtudioſus, religionis amicus, flagitiorum inſectator acerrimus; ſontes & ſceleris convictos, aut merito ſupplicio affecit, aut ſi id minus facere contigit, proſcribendos curavit: pacem a Foſcaro Principe, quaſi per manum acceptam, domi foriſque cuſtoditam, ſucceſſori nullo modo violatam tradidit. Ad hanc & alias illius principatus fœlicitates acceſſit, quod librorum imprimendorum ratio tum primum eſt in Italia reperta. Commentum ipſum Germani hominis creditur. Sed quum tota Italia procedente tempore divini operis officinæ conſtitutæ ſint, ſitque aperta æmulatione inter opifices diligentia & ingenio certatum, Nicolaus Jenſon, quem Veneta civitas ſortita eſt, omnes alios in eo genere laudis poſt ſe procul reliquit. Maripetrus, quum annis quatuor & dimidio Rempublicam adminiſtraſſet, vita defunctus ad Gemellorum ædem honorificentiſſime eſt elatus,

1457

1458 *Typographia prima in Italia.*

1461

1462

Chriſtophorus Maurus ei ſucceſſit: cujus altero ducatus anno cum Othomano Rege terra marique bellari eſt cœptum. Cauſa autem ſuſcepti belli breviter repetenda eſt. Poſt multas clades Chriſtiano nomini in Græcia & aliis Europæ regionibus illatas, animum ad Peloponneſum occupandam barbarus adjecit. Eſt terra ipſa peninſula, atque unum (ut ajunt) ex tribus Europæ promontoriis: Corinthiaco iſthmo continenti jungitur, parum abeſt quin hinc Ionium, inde Ægeum vi ſua inſulam efficiant. Eſt Peloponneſus platani folio, ob maria quæ ſe illi inſinuant, aſſimilis: a ſeptentrione Ionium irrumpit, ab occidente Siculum, inde Creticum a meridie urget, a brumali ortu Ægeum, a ſolſticiali Myrtoum: trecentorum, Theodoro auctore, ſexagintaque trium millium paſſuum circuitu patet: circa Iſthmum ad ſeptentrionem Corinthiacus eſt ſinus, quem hodie Patrenſem vocant, ex adverſo Saronicus, in hoc Cenchreæ vetuſtiſſimum navale, in illo Lecheum. Apie olim tota terra dicta, inde vero Pelaſgia, diutiſſime Peloponneſus, quo nomine libentius utimur, *Morea* hodie

Chriſtophorus Maurus Maripetro ſuccedit. Cauſa belli cum Othomano.

Peloponneſi deſcriptio.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1462 vulgo dicitur. Hanc igitur terram, imperii finibus longe lateque promotis, Othomanus a Thoma & Demetrio fratribus, tum peninſulæ Principibus, velut Græcanici imperii membrum repetere occœpit. Potuiſſent illi locorum ſitu freti, res ſuas diutius tueri, ſi aut a Chriſtianis matura auxilia affuiſſent, aut inter ſe fratres concordi animo eas defendiſſent. Verum utrumque defuit; ſed Demetrii ad Turcos defectio, evertendi principatus primaria fuit cauſa. Is, filia Othomano in uxorem data, hoſtem in nobiliſſimam Græciæ provinciam induxit. Fuerunt omnino aliqui Thomæ conatus circa Iſthmum: ſed illi ipſi irriti omnes. Perditis itaque rebus, immaniſſimum hoſtem fugiens, Romam venit, Divi Andreæ capite ſecum ſublato: ob idque ei venienti Pius Pontifex uſque ad Milvium pontem, cum frequenti clero obviam proceſſit, atque eo loco ubi Apoſtoli caput primum veneratus eſt, marmoreum ſacellum erigendum curavit: inde auguſtius aliud in Divi Petri templo, ubi caput ipſum poſtea ſolenni dedi-

Thomas, Princeps Peloponneſi, D. Andreæ caput Romam ſecum fert.

1463 catione locavit. Sublato e Peloponneſo Græcorum principatu, retinuerunt Veneti oppida, quæ jam antea in ea terra poſſederant: ſed violenta perfidaque hoſtis natura haud diu ab injuria abſtinuit: quin, Argis proditione occupatis, Venetos ipſos magis neceſſario, quam utili bello implicuit. Ea re Patres adacti arma in Turcum jam inde comparare cœperunt: præeratque tum maris imperio Victor Capellius, qui ſub id tempus quo Othomanus Lesbum Cateloſis Genuenſibus ademit, invitatus a Regulis per legatos ad inſulam tuendam, & rurſus Mityleneis oppreſſis, a Theodoranis qui in parte inſulæ ſunt, rogatus, ut ſe in fidem reciperet, licet cum valida claſſe adeſſet, ne tamen temerario motu Rempublicam in apertum belli diſcrimen conjicere videretur, abſtinuit: quanquam jure arma inferri potuiſſent, quum jam Othomanus contra antiquum fœdus, quod cum Amuratho patre Veneti percuſſerant, inde cum eo renovarant, ultra Helleſponti anguſtias claſſem & arma promoviſſet. Sed hæc nos ab iis, qui rebus interfuere. Nam omnia quæ deinceps a nobis ſcribentur, neque

que ex Venetis annalibus (quos utique jam nullos habemus) neque ex ſcriptorum aliquo, præterquam ab uno Cepione, qui Petri Mocenici geſta eleganti & venuſto ſcripſit ſtylo, accepimus: ſed ſparſim ab iis qui rebus, ut dixi, gerendis interfuere, quorum alii alia, partim libellis de hoc ipſo ad me datis, partim coram ſubjecere. Verum in eo hiſtoriæ cavimus, qui non in multis ſingulos, ſed in ſingulis multos auctores habere voluimus: ac ſi quid interim fuit, in quo variare mihi viſi ſint, & plures, & magis idoneos dignos duxi, quos potiſſimum ſequeremur. Ab his igitur, quid Capellio præfecto actum ſit, vel quia nihil ejus auſpiciis, ob claſſis tenuitatem, ſit geſtum, vel, quod magis credo, quia quandiu claſſi præfuit, bellum non ſit hoſtibus illatum, præter hæc quæ dixi, non reperio. Illud ab Andreocio Chalcidenſi ſene accepimus: ad viaticum quantumvis magnæ claſſi expediendum, furnos quamplurimos illo auctore in Chalcide conſtructos, urbemque magna ex parte operibus munitam. 1463

Cæterum conſtat ſub initium belli, quo tempore Venetus Iſthmum munire eſt adortus, in Corinthiaco ſinu firmiſſimum Venetos præſidium aliquanto antea paratum habuiſſe, quod ab illo prius quam Aloviſius Lauretanus in provinciam veniſſet, militari opere conſtructum, ut affirmare, ita negare non auſim: ſatis conſtat, decreto bello, in Peloponneſo, ubi injuria erat accepta, primum arma intentata. Tantiſper autem dum majores ex Italia copiæ mitterentur, quædam peditum centuriæ, quæ ad eam diem in peninſulam venerant, Petri Palmerii ductu, & cum eo leves equites ducenti, quos *Stratiotas* Græce nomine appellant, irruptione in hoſticum repente facta, ignobile oppidum inter Arcadiam & Methonem ſubito incurſu cepere, præſidioque cæſo ingentem ex circumjecto agro prædam abduxere. Paucis inde diebus Bertoldus Æſtenſis, Betinus Calcinatius, Ciccus Brandolinus, Joannes Atellanus, Rubertus Tienius, Joannes Maſſanus, Leo Illyricus, ac plerique alii illuſtres ea tempeſtate viri Methonem cum validis copiis applicuere: hinc Neapolim omne robur militum

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1463 tum celeriter traductum. Nulla hic mora fuit: ſed citato agmine Æſtenſis, penes quem copiarum omnium fuit imperium, Argos duxit. Fuit ea urbs inter reliquas Græciæ, & origine ſua domicilioque, & arce Regum vetuſtiſſima, inſignis. Oppidum modico negocio captum, militi diripiendum datur. Barbari, qui perpauci præſidio erant, in arcem trepide confugerant. Biduo poſtquam eo ventum erat, quingenti Turcorum equites circa oppidum impetum in noſtros fecere, tumultuarioque certamine injecto, centum milites & amplius obtruncavere, & in his Martinum Dalmatam, qui honeſtum in Venetis caſtris ducebat ordinem. Quidam id prælium eo die, quo oppidum captum eſt, commiſſum affirmant, nec ulla majore clade accepta, ſubito diremptum. Qui in arce erant, haud multo poſt deditionem fecere. Sacerdos qui urbem Othomano dederat, loco deprehenſus, confeſtim trucidatus eſt. Bertoldus, trecentis Cretenſibus ſagittariis ad præſidium relictis, Neapolim copias reduxit. Ajunt quidam, in receſſu quoque tumultuarium cum hoſte prælium commiſſum, pauciſſimiſque utrinque amiſſis, ſignum receptui datum. Brevi poſt Venetus dux ex Neapoli cum quindecim millibus hominum profectus, primis caſtris ad Baſilium conſedit: oppidoque ſub primum acceſſum capto, poſtero die per Corinthiacum agrum ad Iſthmum pervenit, atque circa Saronicum ſinum caſtra primo munita. Aderat Aloviſius Lauretanus cum valida claſſe: averſa Iſthmi parte jam antea, ut dixi, præſidium fuerat impoſitum, ſexque proximo loco triremes ſtationem habebant. Continuo igitur (nam ad hoc ipſum navales terreſtreſque copiæ eo admotæ erant) arduum opus aggreſſi, miro quodam ſtudio & ardore, quindecim dierum ſpacio totam Iſthmi longitudinem, quæ ab Ægeo ad Ionium quatuor habet paſſuum millia, quanquam murorum ambitus aliquanto eam reddit ampliorem, muro & duplici foſſa munivere. Triginta hominum millia eo loco operata dicuntur. Sed non tam numerus, quam materies quæ parata erat, effecit, ut immenſum alioquin opus tam cito conſummari contigerit. Jacebant veteris ſtru-

Iſthmum Veneti muniunt.

ſtructuræ ſaxa paſſim disjecta, quadrata forma in hunc 1463
ipſum uſum alias comparata: ex his murus quadrante materia facile eductus, caſtellaque illi impoſita, foſſaque ab utraque parte deducta. Iſthmum ipſum Xerxianis temporibus Græci muro clauſere. Conſtat, procedente tempore pleroſque Principes tentaſſe navigabili alveo eas anguſtias perfodere, Demetrium Regem primo, inde Cæſarem Dictatorem, poſt hunc Caligulam, noviſſime Domitium Neronem, infauſto tamen (ut omnium exitu patuit) incœpto. Quatuor Turcorum millia, qui ante Corinthi mœnia caſtra habebant, triduo poſtquam eo ventum eſt, conati ſunt ſubito incurſu Venetum ab inſtituto opere avertere: ſed fugati, atque in caſtra compulſi, ſequenti nocte, priuſquam Iſthmus muro clauderetur, per aperta adhuc loca tacito agmine abiere, nullo præſidio tota peninſula relicto. Eo impedimento Veneti duces levati, illis ipſis diebus, quibus adhuc circa opus erant occupati, leviſſimas aliquot expeditiones per centuriones fecere. Benedictus Collio *Miſiſtratum* eſt miſſus. Affirmant quidam locorum periti, id oppidum eſſe, quæ & Sparta olim fuit. Cæteris igitur ſubito incurſu raptis, ſola arx ab hoſte retenta eſt. Cecidit in ea oppugnatione Collio, ejus expeditionis princeps: Joannes cognomento Magnus, & ipſe cum valida cohorte Londarium adortus, cæteris repente occupatis, arcem expugnare non potuit.

Iſthmi opere perfecto, validiſque præſidiis firmato, Bertoldus cum reliquis copiis ad Corinthum oppugnandam ire pergit. Eſt ea urbs tam arduo quam opportuno loco ſita: quippe quam Philippus Macedonum Rex, unam ex Græciæ compedibus appellare ſolebat: medio fere Iſthmi intervallo colli applicita habitatur, olim Ephyre dicta, ſexagenis ab utroque littore ſtadiis, e ſummis ſuæ arce, quæ Acrocorinthus vocatur, duo maria, Ionium hinc, inde Ægeum proſpiciens. Tripartito Venetus eam eſt adortus: Bertoldus ipſe ad occaſum metatus eſt, Joannes Attellanus ad ortum, ſub ipſis pene muris ad boream Lazarus Pontolianus cum aliquot centuriis conſedit. His oppidum oppu-

Corinthus a Venetis fruſtra oppugnatur.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1463 oppugnatione tentatum : ſed prior pugna aliquanto fœlicior fuit, quippe qua munitiſſimum hoſtibus locum Attellanus ademit, quo occupato, in actiorem eos orbem redegit. Quum vero altera oppugnatio pararetur, obiretque naviter Bertoldus bellica opera, ſeduloque daret operam ut plutei muris quam propius poſſent, admoverentur, ſaxo ſuperne dejecto, grave circa tempora vulnus accepit, quo paucis diebus expiravit. Nec imperatoris vulnus a propoſito certamine militem avertit, ſed ad diem pugnæ ferociter hoſtium munitiones ſubiit : verum bellicis operibus, quibus tectus ad muros repſerat miles, disfractis, pertinaciter locum ſemel occupatum retinuit. Sequenti vero nocte eruptione ab oppidanis facta, qui mœnibus proximi conſtiterant, per ſcopuloſa Acrocorinthi latera cum cæde multorum & ſtrage ſunt præcipites acti. Et quia rumor erat, ingentem barbarorum vim appropinquare, ſoluta obſidione, ad Iſthmum omnes ſe copiæ receperunt. Hic Betinus Calcinatius, cui poſt Bertoldi mortem ſumma imperii fuerat delata, ac reliqui duces, de hoſtium numero certiores facti (ad octoginta equitum millia eſſe dicebantur) ſuorum paucitati diffiſi, quippe qui, abductis inde navalibus turmis, quæ ſe ad mare continebant, tanto barbarum numero omnino impares futuri videbantur, relicto ſine alio præſidio Iſthmo, Neapolim citato agmine abiere. Vix eo ventum erat, quum tumultuoſe nunciatur, hoſtem adeſſe. Ille nanque, Argis receptis incenſiſque, edita ad id ingenti agreſtium ſtrage, qui hoſtium celeritatem effugere nequivere, poſtridie ſub lucem ad Neapolis mœnia tacito agmine adequitarunt. Sed multitudo ingens eos, qui in oppido erant, non fefellit. Subito itaque, cognito eorum acceſſu, ex mercenariis militibus temere in eos invectis triginta equorum pernicitate circumventi, ante portas momento temporis trucidati ſunt, reliquis intra munitiones trepide compulſis. Barbarus tumulum, qui oppido imminet, occupavit: tum vero ad ſubitam telorum multitudinem, crebroſque tormentorum ictus (quibus denſæ hoſtium catervæ non ſolum afflictæ, ſed propemodum obru-

Ad Neapolim bis proſpere in Turcos pugnatur.

obrutæ ſunt) fœdiſſima eſt ſtrages edita. Nec Venetus in 1463
ea occaſione ceſſavit: ſed plerique tumulum circumvecti, a lateribus & a tergo cum clamore coorti, ingentem hoſti trepidationem injecere : alii ad hæc, ut quiſque manu promptiſſimus erat, ante urbis munitiones in confertos equitum cuneos ferociſſime invecti, vim maximam & hominum & equorum confecere. Quidam eorum qui rei interfuerunt, quinque barbarorum millia eo die cæſa affirmant : alii interfectorum numerum longe extenuant. Cæterum in eo quoque variant, quod nonnulli ajunt hæc biduo geſta, ita ut ſub primum hoſtium adventum triginta militibus ante urbem cæſis, mox reliquis intra munitiones receptis, hoſtes citato agmine ad Argos recipiendum abierint : ac poſtero die, quum aliquanto ferocius pro portis adequitaſſent, cladem illam eis illatam. Sed utcunque ſit, illud convenit, poſtridie illius diei, quo tam male habiti ſunt, cum tumultu & clamore (ut mos eſt gentis) ante urbem ſubito aciem explicuiſſe, ſed non ita temere, ut prius, invectos : circa foſſas urbis tum quoque tumultuaria incurſatione pugnatum, ac barbarum non ſine cæde a munitionibus repulſum. Duplici igitur pugna fractus hoſtis, ubi ſe nihil circa Neapolim ſedendo profecturum vidit, in Methonenſem agrum ex improviſo erupit : in cujus finibus Molinas, & alia ignobilia quædam oppida ſubita vi in ſuam poteſtatem redegit. In Coronenſem quoque tempeſtas illa non ſine Græcorum clade effuſa eſt. Inde ex Peloponneſo profecturi, Juncum triduo barbari oppugnarunt : præſidio, cujus dux erat Joannes Craſſus, Novocomenſis, & oppido impigre defenſis, inde hoſtes digreſſi in hyberna conceſſere. Nec Veneti duces poſt illorum diſceſſum omnino in ocio fuere; ſed in Arcadiam cum tribus millibus hominum erumpentes, ingentem inde prædam abduxere. Tentatum ad hæc oppugnatione oppidum, quod provinciæ nunc nomen habet, ſubortis tectis direptis, & incenſis, ipſum capi non potuit. Et hæc per æſtatem & totum autumnum in Peloponneſo geſta.

Quo quidem tempore in Italia quoque res Venetæ in motu

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1463 tu fuere, diſcordia inter Juſtinopolitanos & Tergeſtinos de vectigalibus & publicis viis orta: mox utrinque iræ poſt mutuas injurias eo uſque exarſere, ut Patres majorem belli molem animo agitantes, in hanc quoque partem Reipublicæ coacti ſint imperii vires intendere. Sed res ipſa ut facilior ſit cognitu, aliquanto altius eſt repetenda. Conſueverant Germani negociatores quinque paſſuum millia a Tergeſti mœnibus recta Juſtinopolim & alias Hiſtriæ urbes frequentare: quorum commercia, quum nihil ad ſuum uſum attinere Tergeſtini cernerent, ferrentque id indigne, a Fœderico Imperatore, in cujus fide erant, per legatos poſtulant, ut omnes Germani nominis negociatores qui in Hiſtriam tranſirent, per Tergeſtinam urbem iter facere juberentur, rati quod erat, fore ut brevi civitas mercatorum frequentia fieret totius Hiſtriæ emporium: tum vero (quia Fœdericus illorum poſtulata non omnino rejecerat) negociatores a veteri curſu in ſuam urbem hoſpitali benignitate, aut ſi alia ratione non poterant, vi avertere cœperunt. Id Juſtinopolitani indigne ferentes, ad Principem & Senatum mittunt, qui de Tergeſtinorum injuria queſti, docerent omne Hiſtricum nomen magno incommodo nova illa vicinorum inſolentia affectum iri. Ea querela Patres commoti, jubent navigia aliquot circa Tergeſti littora inſtructa ſtationem habere, ac diligenter proſpicere, ne quid commeatus mari in oppidum conveheretur. Quod ipſum quum æquo animo Tergeſtini laturi viderentur, conſtanterque incommodum diſſimularent, placuit, præſidio opportunis locis diſpoſito, a continentis ora præſentem ulciſci injuriam. Sanctes Gavardus, Juſtinopolitanus, cum aliquot equitibus miſſus eſt: qui illorum finibus, impetrato ad id a Goriciano Comite loco, inſeſſis, negociatores ad priſtinum iter frequentandum hortaretur: quos ſi, ut prius, a ſuo curſu Tergeſtini vi avertere conarentur, rem armis vindicaret. Ita igitur accidit, ut ex equitibus qui cum negociatoribus miſſi erant, unus, reliquis pulſis, ſubito Tergeſtinorum incurſu ſit cæſus. Ad quam novam injuriam Gavardus excitus, cum Hiſtrianorum manu omnem Tergeſti-

Tergeſtinorum conatus.

geſtini agri oram, quæ parte mari averſa urbi adjacet, fœda populatione vaſtavit. Patres, quia res jam ad arma aperte ſpectabat, a Juſtinopolitanis petunt, ut tres ad ſe legatos mitterent, per quos de ſtatu provinciæ erudirentur. His in curiam introductis, poſtquam ob ea quæ afferebantur conſtitit inter Patres, rem armis vindicandam, continuo bellum in Tergeſtinos decernitur. Ac ſecundum id decretum, Antonium Marcianum, Bernardinum Caroli Montonii filium admodum adoleſcentem, Gerardum Martinengium, Antonellum Cornetanum, ac pleroſque alios viros illuſtres, cum mille & quadringentis equitibus peditibuſque multis in Hiſtriam miſere: ſed evocatorum militum longe major manus, quam mercenariorum fuit. Quidam ex iis qui rei interfuerunt, ad decem armatorum millia fuiſſe ajunt: alii tantum numerum omnino fuiſſe negant. His, quantæcunque fuerint, copiis Tergeſtum obſideri placuit. Tripartito Veneti metati ſunt: ad Franciſci portam prima caſtra locata in tumulo, qui urbi imminet; altera, averſa parte urbis, qua Pucinum itur; tertia, non procul inde, eminentiore loco, Cherſina via. Balliſta primo oppidani petiti ſunt: quibus quum tecta ingenti fragore dirui cœpiſſent, in triduum inducias petivere, ut liceret de deditione facienda mature conſulere. Eas haud gravate impetrarunt a Vitale Lando, qui tum in caſtris legatus erat: quod iccirco facile conceſſit, quia in animo habebat, ænea machinas ad Franciſci portam ſtatuere: quod per ocium eo ſe triduo facturum putabat, quando id alioquin ſine magno certamine fieri non poſſe appareret. Verum ubi locum ad id communiri hoſtes viderunt, ſtatim violatis induciis, tela in agreſtes, qui ad id opus adducti erant, conjicere cœperunt. Interim in caſtra allatum eſt, Germanorum equitum alam in ſubſidium urbis venire: ad quam inſidiis excipiendam Gavardus Juſtinopolitanus cum valido equitatu obviam a legato miſſus eſt. In hoc ſtatu ad Tergeſtum res erant, dum Jacobus Antonius Marcellus legatus in caſtra venit: erat tum is Utini Prætor. Sub ejus acceſſum mutata gerendi belli ratione factum eſt, ut hoſtium

1463

Obſidio Tergeſti.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1463 ſtium equitatus incolumis in urbem evaſerit : qui repente in caſtra, quæ Cherſina via erant, facto impetu, ad ducentos equos Venetis ademere : inde non ſolum urbem tutati ſunt, ſed aſſiduis eruptionibus, quamdiu obſidio illa tenuit, ſemper rem Venetam ſollicitam habuere. Sæpius barbari ferociter invecti in caſtra pervenere, ſæpius & ipſi cum cæde in urbem compulſi. Et quia jam crebri tormentorum ictus nonnihil murorum diſcuſſerant, efflagitabatque jam miles in hyberna dimitti, placuit acri oppugnatione urbem aggredi. Sed res parum fœliciter mota : per horam ſtrenue utrinque pugnatum. primo impetu, ſcalis muro admotis, quidam pene in ſummum evaſere. Præcipuum certamen ea parte fuit, qua murus conciderat. Germanorum equitum, oppidanorumque virtute urbs ſtrenue defenſa eſt, mileſque infecta re in caſtra reductus. Tenuit obſidio per totum fere autumnum, tenuiſſetque tam diu, quoad ſive fame, ſive alia vi hoſtis domitus fuiſſet, niſi Pius Pontifex, qui, præter veterem amicitiam quæ illi cum Fœderico intercedebat, vehementer Tergeſtinorum periculo motus (fuerat enim illorum Antiſtes) cum Venetis ab initio obſidionis agere cœpiſſet, ut ab injuria abſtinerent ; nec prius poſtea & monere & hortari deſtitiſſet, donec certis conditionibus hoſtem ex illorum cervicibus depuliſſet. Ferunt itaque inter Venetum & Pontificem conveniſſe, ut Pius Sigiſmundum Malateſtam, quem a Fœderico Urbinate acie victum, bonaque principatus parte exutum, atque intra Arimini mœnia compulſum premebat, bello levaret : Venetus vero copias Tergeſto abduceret : atque ita, ut inter eos comparatum fuerat, circa idus Novembris Ariminenſes Tergeſtinique bello liberati ſunt. Sigiſmundus, venia a Pontifice impetrata, quod Gallica ſecutus arma, Flaminiæ ocia evertiſſet, pollicitus ſe in Pontificis & Venetorum fide futurum, æſtate quæ hyemem illam ſecuta eſt, in Peloponneſum adverſus Turcos tranſiit. Sed hæc poſtea.

Tergeſtini & Ariminenſes bello liberati.

1464 Lauretani claſſis, relicto a terreſtribus copiis Iſthmo, ipſa ex Saronico ſinu abducta, per inſulas aſſidue circumacta,

acta, quid dignum memoria egerit præter unum, non re- 1464
perio, quod Lemnum inſulam ex Cominio pirata Peloponneſiaco recepit : is eam jam Othomani jure imperii factam, duabus triremibus occuparat, ac ſemel occupatam quum aliquandiu tenuiſſet, ſuis credo viribus diffiſus, Venetis tradidit habendam. Claſſis circa Methonem, Juncum, Neapolim, ac Coronem hybernavit. Sub vernum tempus Urſatus Juſtinianus Lauretano in maris imperium ſucceſſit. Circa nonas Januarias domo profectus, ob hyemis inclementiam tertio tandem menſe in provinciam cum tribus triremibus venit : ad Juncum unam & viginti triremes, quæ ibi ſtationem habebant, accepit. Cum his igitur atque illis quas ſecum duxerat, Methonem verſus navigans, Lauretanum cum tribus roſtratis navibus medio curſu obvium habuit : qui poſt mutuam ſalutationem, tradito juſſu Patrum illi imperio, ad Sapientiam conceſſit. Urſatus tam diu Methonæ fuit, donec tota eo claſſis coiret : inde duabus & triginta triremibus profectus, Coronem conceſſit : mox Neapolim progreſſus, paucis diebus in Eubœam tranſmiſit : inde Ægeas inſulas circumvectus, earum ſtatum diligenter recognovit. Sed dum Urſatus hæc, in Patrenſis ſinus ora Nicolaus Ragius, & Joannes cognomento Craſſus, cohortis unius præfectus, cum iis copiis quas habebant, aliquot maritima oppidula hoſtibus ademere, Franciſcus autem Sidicinus, Ciccus Brandolinus, & alii plerique Veneti ductores cum tribus millibus hominum ad Mantineam oppidum caſtra communiverant. Hoſtes Bithimæ erant : quingenti eorum equites Talamatam progreſſi (quod oppidum intra utraque caſtra medium erat) ſtatim Venetos in pugnam excivere. Contempta barbarorum paucitate, ſubito acceſſu hoſtium alam Venetus invadit : ſuſtinent illi, injecto certamine, tam diu Venetorum impreſſionem, donec reliquus equitatus ex caſtris trepidis nunciis excitus affuit : tum vero illorum intervento oppreſſis, qui ab initio manum conſeruerant, reliquos incompto agmine, ſine duce, ſine ſignis, in ferrum ruentes paſſim obtruncant. Ad mille & quingenti eo die cæſi dicuntur, &

Veneti ad Talamatam in Peloponneſo inſignem cladem accipiunt.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1464 in his Brandolinus ipſe, & Joannes Attellanus, qui pridie illius diei ex Methona cum Andrea Dandulo legato ad Mantineam venerat, Joannes Maſſanus, ac plerique alii viri illuſtres, qui in illis caſtris honeſtiſſimos ordines ducebant. Circa inſulas quoque nihilo melius Reſpublica per id tempus geſta eſt: quibus recognitis, noviſſime Urſatus in Lemnum tranſmiſerat, eaque perluſtrata, in Eubœam reverſus, quum ſupplementum nuper ab urbe miſſum acceviſſet, expleviſſetque quadraginta triremium biremiumque numerum, in Lesbum inſulam ferociter movit. Ex Eubœa in Lemnum prima velificatione pervenit: hoſtiumque biremi inter eundum oppreſſa, decem negociatores Turcos qui in ea erant, trucidari juſſit: reliquos partim laqueo, partim fluctibus necandos curavit. Ex Lemno noctu ſolvens, tertia diei hora Mitylenen, oppidum totius inſulæ illuſtriſſimum, tumultuoſe invadit. Duplex eſt illi portus, ad ſeptentrionem unus, alter ad meridiem. Hunc aliquanto remotiorem claſſis inſedit. Ingens ex agris fuga facta eſt, ac tota inſula vehementer trepidatum. Trecenti & amplius Turcorum, qui ad naves ducti ſunt, Urſati juſſu partim palo affixi ſunt, partim fluctibus merſi, nonnulli etiam laqueo necati. Paucis inde diebus ſub auroram a mari & a continenti urbem adortus eſt: præmiſſis Genuenſi una oneraria, quam ad hoc ipſum ſuo curſu averterat, & Dalmatica triremi, ad turrim quæ portui imminebat, occupandam, ipſe interim averſa parte copias in terram exponit. Earum, quæ miſſæ erant utraque ſub primum appulſum validis tormentorum ictibus concuſſa ceſſit. Turmæ interea ſociique navales in terram expoſiti, ferociter urbem adorti munitiones ſubeunt, in apertumque mortis diſcrimen temere ruunt, certamenque miro animorum ardore initum, in ſex horas ingenti Venetorum cæde eſt diſtractum: telorum multitudine crebriſque vulneribus milites afflicti, poſt ingentem cladem demum victi ceſſere: ad tria fortium virorum millia eo die deſiderata dicuntur. Nec ad eam cladem Venetus remiſit animum: paucis diebus interjectis atrociore pugna hoſtem adortus, poſt varios conatus pene pari

Urſatus Juſtinianus Mitylenas oppugnare adoritur bis magna ſuorum cæde.

cæde

cæde eſt mœnibus repulſus. Nunciatur interim, hoſtium 1464
claſſem appropinquare, quæ præter alia minora navigia, quinque & quadraginta haberet triremes: duo ad hæc equitum millia, averſa inſulæ parte in littus expoſita, jam jam affutura nunciabantur. His nunciis Urſatus territus, quinque hominum millibus amiſſis, reliquiſque magna ex parte ſauciis, ex Mityleneo littore in Eubœam venit, ubi homo vehementi alioquin ſpiritu, rei male geſtæ conſcientia ita dolori indulſit, ut jam ſibi parum conſtare crederetur. Ex Chalcide in Peloponneſum delatus, ubi Methonem ventum eſt, dum e navi a ſuis in littus exponitur, ſubito dolore, velut ruina quadam, depreſſus, dimidio horæ expiravit. Hic fuit Urſati Juſtiniani finis, viri inter ſuos & magnitudine animi, & ſumptuoſitate illuſtriſſimi.

Jacobus Lauretanus poſt Urſati mortem ad imperium claſſis eſt miſſus. Eum in provinciam profectum Sigiſmundus Malateſta cum mille viris ex Italia ſecutus eſt, Pio Pon- 1465
tifice jamdudum cum Venetis, Pannoniæ Rege, & Philippo Burgundiæ Duce, majus in Turcos bellum molientibus. Verum ubi ille in provinciam venit, Joannis Attellani & Brandolini cæde audita, animadverſa ad id militum paucitate, dixiſſe fertur: *Nunquam ad id bellum ſe exiturum fuiſſe, ſi prius de provinciæ ſtatu reſciviſſet.* Sed ne fruſtra miſſus videretur, cum iis copiis quas contrahere potuit, Spartam (urbem olim inter reliquas Græciæ nobiliſſimam) quæ mutata facie mutavit, ut dixi, & nomen, ſubita vi cepit. Capto oppido, quod infrequens hodie habitatur, arcem ipſam bellicis operibus oppugnare occœpit. Tenuit obſidio illa plures menſes, nec ob validum præſidium quo inita erat, expugnari potuit. Medio autem autumno quatuordecim barbarorum millia loco Venetis caſtris propinquo conſedere: Sigiſmundus ſuorum paucitati diffiſus (quippe qui ad duo millia hominum non amplius, in caſtris habebat) neque totis viribus dimicare eſt ausus, neque pugna omnino abſtinuit. Sed quando hoſtis aduit, partim conſilio, partim armis omnes ejus conatus ita elusit, ut nulla ſuorum clade, barbari præſidio in arcem im-

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1465 missо, inde abierint. Ipse quoque, quum videret se ibi sedendo parum omnino proficere, combusto oppido, Neapolim copias reduxit. Lauretanus dum Sparta obsidione premebatur, ipse interim Rhodum adortus, multiplici clade eam, direptis villis, atque inde incensis, affecit. Vis insulanis ideo illata, quia Rhodienses aliquanto antea Syrios negociatores cum suis mercibus ex Venetorum navibus quæ in portu erant, vi extraxissent; nec Veneto, repetitis rebus, aliquo modo satisfacere curarant. Ex Rhodo classis in Eubœam rediit, inde Ægei maris insulas fine expeditione ulla memorabili in reliquum anni circumacta est. Hujus expeditionem illam fuisse constat, qua classis ad Hellesponti fauces admota dicitur, consilio, ut remorum agilitate Dardanulis superatis, in Calipolitanam oram impetum faceret. Sunt ea castella duo ad Hellesponti aditum sibi ex adverso respondentia. Hinc inde vis tormentorum ingens locata est, ad concutiendas prætereuntium naves. Post eversum Byzantii imperium, Mahomethus eorum alterum vetustate collapsum instauravit, erexitque a fundamentis recens alterum, ut perpetua ibi statione Europeos omnes ab Hellespontico cursu averteret. Quum igitur classis, ut dixi, eo veniisset, ita sane accidit, ut Veneria triremis, quæ alias (ut fit) præsidii causa præcesserat, decepta, ut dicitur, signo prætoriæ triremis, quando apparuit sibi datum ad cursum per medios hostes tenendum, velo & remis innixa, per crebros machinarum ictus angustias evaserit. Alii primas ejus periculi partes ultro sibi Venerium depoposcisse tradunt, atque in primam illam non omnem ab hoste vim effusam, sed barbaros intentos ad reliquam classem concutiendam, quæ jam instabat, noluisse omnem tormentorum multitudinem in unam emittere: atque ob id factum, ut cum prima illa pluribus ictibus perfossa, ac non paucis e turma fœde laniatis, in apertum discrimen adducta esset, tota classis periculo deterrita, una intercluſa, cursum averterit. Pro amissis habebantur, quicunque in ea erant. Jacobus Venerius, qui etsi Veneti sinus præfectus erat, publica tamen signa Lauretani auspiciis

Veneria triremis Dardanulos prætervecta incolumis noctu ad suos redit.

ciis sequebatur, homo præter rei maritimæ peritiam, ve- 1465
hementi & acri ingenio, suos hortatus jubet illos adhuc bene sperare; ac sub obscuram noctem converso cursu, sine remorum impulsu cœpit retro in hostem paulatim annavigare: a quo (non enim omnino falli potuit) pluribus tormentorum ictibus petitus, paucis per noctem amissis, præter spem omnium ad suos rediit.

Expeditio in Turcos Pii Pontificis.

Æstate illa, qua hæc gesta sunt, Pius Pontifex suam in Turcos expeditionem, jam antea Mantuano conventu motam, Principumque quorundam ambitione & avaritia intermissam, ad exitum perducere conatus. Etenim quanquam ex sociis quos novissime sibi asciverat, omnes præter Venetos cessare videbat; nihilominus ipse ad profectionem spectans, Anconem progressus est. Magna vis hominum ex Gallis & utraque Germania ad famam piæ expeditionis Romam ante ejus digressum confluxerat: sed per Sabinos, Umbros, & Picœnos eunti, omnino major occurrit. Horum non parvam partem, concessa peccatorum venia (quia sine viatico veniissent, & quia parum idonei gerendo bello viderentur) in patriam remisit. Affuit illi hic sedenti Christophorus Maurus Princeps cum decem triremibus optime ad bellum instructis, ut Veneti per partes bellum juvarent: post cujus accessum Pius lenta febri nonnihil antea conflictatus, biduo vita decessit. Aurum omnino exiguum ad tantum belli onus, quod ille contraxerat Cardinalium decreto, Mauro datum his conditionibus, ut Matthiæ Pannoniæ Regi assiduum cum Turcis bellum gerenti stipendium mitteret. Ferunt quinque & quadraginta aureorum nummum millia fuisse: verum non solum id aurum Venetus illi deferendum curavit, sed pluribus etiam annis ei amplum ex suo stipendium misit, ut Turcorum motus in Dalmatiam & Histriam irrumpere parantium, armis remoraretur. Post Pii interitum tanti belli onus soli Veneti suis viribus multis deinceps annis sustinuere, non Italia solum, sed omnibus Europæ gentibus, eos terra marique cum eo hoste, qui duo potentissima imperia, multa regna evertisset, armis disceptantes decure & ocioſe spectan-

Ejus mors.

Stipendium Pannoniæ Regi publico nomine a Christianis decretum.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODËR (2018)

1465 ctantibus. Quanquam non eo inficias, aliquando & a Ferdinando Rege, & a Romano Pontifice maritima auxilia missa, sed illa ipsa omnino rara, & tum quum minime opus fuit. In Græcia toto hybernorum tempore neque terra, neque mari actum est aliquid memoria dignum.
1466 Æstate quæ secuta est, orta Neapoli pestilentia, Sigismundus dux in Laconiam concessit, ad quem opprimendum decem barbarorum millia citato agmine venere. Sed ille sub hostium accessum Mantineam cum suis abiit: quo abeunte, hostes Pithimam adorti, cæso præsidio, quo oppidum initum erat, vi capiunt. Victor Capellius interim Lauretano successerat. Is, accepta ad Sapientiam classe, Methonem venit: unde paucis diebus profectus, cum quinque & viginti triremibus quas secum habuit, in Eubœam concessit. Inde in hosticum profectus, Aulidem e regione Chalcidis in continenti & Larsum in Salonicensi sinu vi cepit; inde & Himbrum in Ægeo mari inter Thasum & Samothraciam ab Atho monte non multum distantem, armis subegit. Noviſſime, classe ad Pyræum appulsa, Athenas, nobiliſſimam olim Græciæ urbem, Venetus adortus, muro ante lucem perfosso, portisque combustis, repente occupavit: *Sethinas* hodie vulgus appellat. Oppidum in hunc modum captum Capellius diripuit: præda, quæ omnino ampla fuit, remigem socioſque navales ditavit. Classis, direpto oppido, confestim ex Pyræo abducta, in Eubœam transiit. Hic commeatu accepto, Methonem perpetuo cursu Venetus venit, unde in Corinthiacum sinum clandestine accessit. Facta erat illi spes a Patrensibus oppidi per proditionem recipiendi, opprimendique præsidii, quod illic erat. Habebat Capellius tres & viginti triremes, cæterum biremes aliaque minora navigia ad bellum instructa sex & triginta: ac præter turmas socioſque navales, aderat Nicolaus Ragius cum ducentis expeditis equitibus. Miles pridie undis jactatus, quum vestigio vix consisteret, subito a Jacobo Barbadico legato ad oppidum ductus est: quatuor millia armatorum illum agmine secuti sunt. Ubi vero ad villam mille ab urbe passus ventum est, continuo milites cupi-

Victor Capellius multa præclara facinora in hostes edit.

cupiditate prædæ, sine imperio, sine signis, ad agrestium 1466
tecta diripienda discurrunt. Hos rapinæ intentos, nec aliud minus quam hostium adventum expectantes, trecenti barbarorum equites a fronte a tergo a lateribus coorti, subito clamore invadunt, injectoque simul pavore, circumventum militem, neque ferrum neque fugam satis expedientem, trucidant. Barbadicus mula sedens, dum forte ea parte adequitaret, qua omnis vis hostium incubuerat, in arctiſſimum locum compulsus, & ad terram arbustorum densitate dejectus, a multitudine equitum obtritus expiravit: ejus corpus postea paludamento & annulo agnitum, in Patrensem arcem sublatum, alta turri hostes palo affixere. Ad mille ex tanto numero evaserunt. Ragius in hostium potestatem redactus, vivens palo & ipse est affixus. Nec Capellius ad eam cladem omnino animum remisit, ratus id suorum temeritate potius quam hostium virtute accidisse. Octavo itaque post die lectiſſimos quosque cum reliquo copiarum, quod ex recenti pugna supererat, ad urbem oppugnandam sub signis mittit. Vincimanica Siculus, classis magister, quem *Armiratum* vulgo appellant, cum Dominico Nigro & aliis viris fortibus, qui signifero assistebant, ante oppidum publica signa statuerunt. Nec hostes pugnam detrectarunt, sed oppido ferociter egressi impigre prælium inivere: quatuor circiter horas atrociter est pugnatum, demum, fortuna neutro inclinante, Venetus ut hostem loco summoveret, sexaginta qui ex Ragiano equitatu supererant, per clivum, qui a latere erat, in hostem ex transverso mittere instituit. Sed illi nondum in summum evaserant, quum barbarus & ipse ad hoc ipsum missus, in summo clivo apparuit, quo conspecto, extemplo Ragiani equites in fugam versi, in confertum auxiliarium insulanorum agmen, qui pone sequebantur, consternatos immittunt equos: continuo strages ingens equorum hominumque edita est. Adest interim barbarus cuneosque per se turbatos ferro prosternit, fratosque cædit, ac solo affligit: fuisſetque, re jam semel inclinata, clades priore illa longe atrocior accepta, nisi pulvis in altæ nubis speciem

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1466 ciem coortus, prospectum barbaro Venetoque pariter ademisset; sic quoque ad mille desiderati sunt, reliqui præcipiti fuga cum signis se ad naves recepere. Duabus cladibus fractus Venetus, inde continuo in Zaynthum transmisit, ex Zayntho Methonem; hinc paucis diebus profectus in Eubœam transmisit, ubi sine negocio ullo memorabili sex continuos menses fuit. Verum post rem ad Patras male gestam, quanquam Joanne Diedo scriba, & aliis familiaribus hortantibus, admonentibusque, culpam acceptæ cladis nullam penes eum esse, tamen dolore victus, nunquam amplius ridere visus est: demum mœrore animi & perpetuo languore victus, octavo post Patrensem pugnam mense sedens in Chalcide expiravit. Jacobus Venerius tam diu classi præfuit, donec Jacobus Lauretanus, qui decreto Patrum in demortui locum surrogatus est, in provin-
1467 ciam venit. Is sedecim mensibus quibus classis imperator fuit, & insulas, & omnem maritimam oram strenue ab omni hostium incursu defendit.

Victoris Capellii obitus.

Per id quoque tempus, nec multo post, priusquam Lauretanus ad imperium maris est missus, etsi res Venetæ quietæ alioquin in Italia erant, nescio tamen quonam modo Bartholomæi Bergomatis, summi ea tempestate ducis, subita in Flaminiam eruptio sollicitas habuit, ac pene novo implicuit bello. Moverat is ex Gallia ingenti vi peditum equitumque, ab Angelo Acciolo & Nicolao Sudorino Florentia extorribus impulsus, facta illi spe rei optime per seditionem in Hetruria gerendæ. Hæc vulgo. Fuerunt qui crederent, illum Pauli Pontificis consilio ex Gallia movisse, ut per Flaminiam & Picœnum traductis copiis, Ferdinando Regi, a quo tributum Romanæ Ecclesiæ abnegari dicebatur, subito illius nomine bellum inferret. Sed quocunque ille consilio domo profectus est, constat tamen, ejus conatus, qui ab initio toti Italiæ terribiles fuere, brevi omnium expectationem fefellisse, in Flaminiam nanque progressus, Galeacium Mariam Mediolani Ducem, juvenem ferocissimum, obviam habuit. Affuerunt & Ferdinandi Regis & Florentinorum copiæ, illius

Bartholomæus Bergomas cognomento Collio in Flaminiam progressus rem Venetam in novi belli discrimen pene trahit.

lius quoque conatibus occursuræ: quibus dux ipse territus 1467
habenas inhibuit. Pugnatum semel est ad *Molinellam* (ita loco nomen est, in Bononiensis agri finibus) dimicatumque, Galeacio absente, Fœderici Urbinatis auspiciis. Ferunt, qui prælio interfuere, nunquam hominum memoria majore armorum contentione in Italia certatum, nec prælium diu antea commissum, in quo plures desiderati sint. Patres veriti ne, illius copiis deletis, quia ad eam diem Venetorum stipendia feciſſet, atque ob id vulgo ei favere dicerentur, Principes & populi qui in armis erant, omnem belli molem in se verterent, cohortibus aliquot turmisque equitum illi in supplementum missis, sedulo curarunt, ut, confecta pace, in Galliam incolumem exercitum reduceret. Fuerat in castris illis Hieronymus Barbadicus, vir consilio & prudentia singulari, atque non multo ante Divi Marci Procurator declaratus: eum neque recens dignitas, neque amicorum suasiones in urbe retinere potuerunt, quo minus in eo discrimine Reipublicæ adesse vellet. Sed quum summa ejus industria & solertia hostibus omnino suspecta esset, priusquam pax ulla secuta sit, factum est ut illorum opera veneno (ita enim creditur) fuerit sublatus.

A Lauretano, præter ea quæ diximus, nihil dignum 1468
memoria gestum reperio: Nicolaus Canalis illi successit. Is duabus triremibus domo profectus, in Eubœam venit: unde cum viginti triremibus digressus, villas & vicos aliquot in Thessalonicensi agro diripuit. Classe hinc abducta, Chalcidem rediit, ex Chalcide Methonem primo, inde Coronem venit. Hic Lagosticium oppidum in Patrensi sinu a barbaris relictum (quia ad rationem gerendi belli opportunus videretur locus) occupare tumultuarioque opere munire constituit; quod ipsum, nullo repugnante, facile est consecutus. Hieronymus Novellus (jam enim Sigismundus Peloponneso abierat) oppidum valido præsidio iniverat: aderat adhuc & tota classis, quæ ex millia nominum habebat, quum duo Turcorum millia habito accessu tentarunt oppidum recipere: sed barbarus cum cæde a munitionibus rejectus paucis post diebus inde abscessit.

Ca-

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1468 Canalis, Jacobo Venerio cum triremibus ſex ad præſidium relicto, ipſe cum reliquis navibus in Eubœam venit : hic claſſe novis ſupplementis aucta, in Lemnum tranſiit, ex Lemno in Himbrum, ubi de Oeno oppugnando conſilium cepit. Cum ſex igitur & viginti triremibus oppidum ſub auroram adortus, ſcalas mœnibus admoveri jubet : qui eas admoverant, oppidanis ſubito pavore perculſis, muros ſtatim occupant : portæ interim refringuntur, quibus patefactis, immiſſæ copiæ in prædam diſcurrunt : direptum oppidum, atque ex parte injecta flamma combuſtum, multi cæſi, multi quoque in captivitatem abducti, captivi promiſcue mares ac fœminæ miſerabili modo vexati, omnia ſacra ac profana violata, nec ulla Chriſtiani nominis habita ratio : quanquam enim & barbaro & impio victori ſervirent, religionem non mutaverant. Ferunt præter cætera, quæ nefarie edita dicuntur, ſacras virgines, quibus barbarorum libido ob religionem pepercerat, tunc ad ſtuprum raptas. Quod ſcelus Chalcidis excidio, ipſiuſque imperatoris exilio poſtea expiatum multi credidere. Præda ingens cum duobus millibus captivorum in Eubœam abducta eſt. Nec multo poſt Nova Folia vi cepit, ac diripuit. Inde & Vetera acri oppugnatione adortus, re parum fœliciter tentata, cum cæde ſuorum Venetus a mœnibus eſt repulſus. Sub vernum autem tempus barbari cum valida claſſe Cocinum, in Lemno oppidum, ſubito incurſu occupavere, captum, hoſtiliterque direptum, abductis incolis, deſolatum reddiderunt. Ad eam famam Canalis excitus,

Oenus occupatur & diripitur.

1469 cum quatuor triremibus in Lemnum venit : ubi inſpecta ſuorum clade (hoſtes enim jam inde abierant) in Chalcidem rediit. Hic ſex triremes, quæ noviter in ſupplementum claſſis ex urbe venerant, offendit : cum his & aliis veteribus Methonem tranſiit, quo undique ſuis ex hybernis excitis, quinque & triginta triremium claſſem explevit, qua fretus, conſilio in hoſtes movendi Chalcidem reverſus eſt. Sed dum ille quam valida poteſt vi claſſem exornat, in Epiro adverſus Turcos proſpere pugnatum eſt. Diſceptabant inter ſe de Principatu Alexius & Nicolaus Du-

Ducaini fratres, atque ob id diverſa ſecuti arma : Nico- 1469
laus Venetis opibus fretus, ad mille & ducentos viros in armis habebat, aderatque Joſephus Barbarus, qui legati nomine ſummæ rei præerat. Alexius & ipſe mille Turcos equites contraxerat. Is cum ſuo equitatu in vallibus Nigri montis ad Drinonis ripam quum tumultuoſe conſediſſet, fratrem poſtridie in prælium traxit, a quo victus : præter ducentos equites, qui præcipiti fuga ſibi ſalutem cum ipſo duce quæſivere, reliqui ad unum cæſi ſunt. Canalis adhuc in Eubœa erat, quando in inſulam allatum eſt, centum & amplius Turcorum triremes circa Tenedum eſſe, ac quotidie novis ſupplementis illic claſſem augeri. His rumoribus ex Chalcide excitus, in Lemnum tranſmiſit, atque ex Lemno in Himbrum : ubi ſub ipſum appulſum ex inſulanis cognovit, ex altera parte inſulæ Turcorum claſſem appuliſſe : atque quum ingentem navium numerum latino verbo nequirent exprimere, capillorum attractu innumeras eſſe ſignificare conabantur. Venetus rem tantam neque temere credidit, neque omnino contempſit : apparebant omnia, ut ſolet, terribiliora, quam eſſent inſulanis viſa, tumultuoſe referri. Ut igitur rem exploratam haberet, Laurentio Lauretano mandat, ut cum decem lectis triremibus in hoſtem eat : quem ſi ſexaginta & non amplius habere triremes ſenſerit, in eum proras dirigat, affuturum ſe ſtatim ſubſidio cum reliqua claſſe : ſi plures eſſent, detrectata pugna, in altum evaderet. Præmiſſus igitur Franciſcus Quirinus cum triremi una, ut quam poſſet ex proximo hoſtium claſſem exploraret, juſſus certis bombardæ ictibus rem procul ſignificare. Cognita Quirini ſigno barbarorum multitudine, confeſtim Veneta claſſis retro averſa in altum feſtinat evadere. Triremes quæ præceſſerant, & ipſæ, conſpecta hoſtium claſſe, velo remiſque innixæ fugam capeſſunt : nec cunctatione ulla opus fuit. Nam ſpeculatoria Veneta procul inſpecta, inde reliquis quæ non longe ſequebantur, confeſtim decem hoſtium triremes ex ſua ſtatione digreſſæ, Venetam claſſem fugiendi ſtudio diſtectam uſque

ad

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1469 ad noctem infesto cursu sunt insecutæ. Canalis cum quatuor triremibus Paleocastri portum tenuit: barbarus, amisso obscuritate noctis Veneto, in Scyrum insulam cursum detorsit. Mane sub lucem Venetæ triremes coivere, atque denso agmine in Scyrum contendunt. Hostis aversa parte insulæ erat, oppidumque quod in ea est, summa ope oppugnabat. In eum præsenti certamine occupatum decem triremes a Veneto immissæ, non ausæ cominus congredi, procul hoste tormentis lacessito, pugna abstinuere. Verebatur Venetus ne, certamine injecto, majoris classis interventu opprimeretur; quod ita sane evenisset, si prælium aliquo modo contractum fuisset.

Ex Scyro hostes in Eubœam transmisere: ubi sub primum accessum Storam, insulæ oppidum ad occasum solstitialem, inde Basilicon expugnant: utrunque locum captum diripiunt, direptumque incendio absumunt. Inde recta ad Chalcidem obsidendam Othomanica classis cursum intendit. Venetus ex Scyro ad Martelli caput se receperat: est is locus non longe ab Eubœa. Inde Venetus triremes tres commeatus plenas per Laureti canalem, priusquam omnia hostis occuparet, in Chalcidem misit. Jussi ad hæc illarum præfecti ad præsidium urbis subsidere, si ita facto opus esse ipsis magistratibus visum esset. Commeatus acceptus, triremes ad classem remissæ. Nec ita multo post Joannes Thronus cum duabus triremibus ad urbem ire est jussus: sed aquis omnibus jam circa urbem insessis, alteraque triremium, in qua ipse erat, tormentis ab hoste concussa, retro abire coactus est. Sed hic de situ insulæ pauca dicenda, ut facilius intelligi possit obsidionis ratio. Est Eubœa Boetiæ avulsa, centum quinquaginta millium passuum longitudine ab Attica ad Thessaliam prætenta: suam latitudinem ultra quadraginta millia non extendit, nec infra viginti contrahit: ejus circuitus trecentorum sexaginta quinque millium passuum. Duo habet promontoria, Gerasum ad Atticam vergens, & Caphareum ad Hellespontum. Multis urbibus olim clara, nunc nulla fere alia, præterquam sola Chalcide, quanquam id nomen toti

Obsidio Chalcidis.

toti insulæ olim fuisse Callidemus tradidit. Ea parte, 1469
qua a Boetia modico dirimitur Euripo, Chalcis urbs est e regione Aulidis sita. Eam barbarus oppugnaturus, ponte Euripum junxit, sed id sub terrestrium copiarum accessum. Circa nonas Junias classis, quæ naves habuit trecentas, in quibus triremes centum & amplius fuere, ad urbem primo admota est: sed oppidanorum virtute, & eorum qui in urbe ad præsidium erant, tentata in continentem eruptione, hostes ad naves compulsi sunt. Ad quartum postea idus mensis Othomanus Rex cum centum viginti millibus Turcorum per Boetiam affuit: sub ejus adventum pons ad Divi Marci fanum, mille circiter passus ab urbe, Euripo impositus est. Hac copiæ in insulam traductæ, Chalcidem corona cinxere. Machinæ ad id ingentes pluribus locis admotæ, quæ quinque quotidie & quinquaginta ictibus muros concutiebant. Triginta circiter dies tenuit obsidio: quo tempore præter alia leviora prælia circa muros per occasionem commissa, ter barbarus totis viribus urbem oppugnavit, quibus ad quinque & viginti hostium millia occubuisse postea ex recognitione exercitus constitit. Sunt qui dicant, Turcorum confessione auditum, quadraginta millia post Chalcidis expugnationem in castris desiderata. Sed interea dum urbs terra marique oppugnatur, commeatus inopia Venetæ classis ex proxima Eubœæ statione, paucis hostium biremibus per occasionem oppressis, in Cretam concessit, ubi quatriduo fuit. Hieronymus Molinus insulæ dux, non solum commeatum expediendum curavit, sed brevissimo illo temporis spatio onerarias septem ad bellum instruxit. Cum his igitur celeriter instructis, & ea classe quam quinque & triginta triremium tunc habuit, ad pristinam stationem rediit. Chalcidicæ interim oppugnationis fama Venetias perlata, ingentem curam ac metum Patribus injecit. Apparebat, nisi mature subveniretur, fore ut nobilissima insula, & omnium aliarum, quæ in Ægeo sunt, opportunissima, ab immanissimo hoste ingenti Reipublicæ detrimento subigeretur: qua ille victoria elatus,

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1469 tus, quia nihil eſſet amplius quod ejus conatus remorari poſſet, ferociter Italiam eſſet invaſurus. Confeſtim igitur edictum eſt, ut quotquot triremes expediri poſſent, aliæ poſt alias irrequieto curſu ad Chalcidis ſubſidium mitterentur. Canalis interim ex ſua ſtatione profectus, ad anguſtias Euripi cum tota claſſe circa Lauretum conſedit: inde plenis in hoſtem velis vento & aquis ſecundis agitur. Qui in urbe erant, aſſiduis certaminibus feſſi: jam enim triceſimum pene diem hoſtem pertulerant, dum interim ne ab illis ipſis, qui intra mœnia erant, tuti eſſent. Nam & Thomas Illyricus, qui cum lectiſſima militum cohorte ad urbis præſidium erat, proditionis convictus, a magiſtratibus accerſitus, illorum juſſu trucidatus eſt. Ferunt hominem fidiſſimis internunciis Turcorum Regem ad eam expeditionem invitaſſe, atque ab initio fuiſſe urbem proditurum, ſi ille ſibi & vitam civium, & libertatem condonare voluiſſet. Othomanus omnia, præter hæc quæ poſtulabantur, proditori ſe daturum polliceri: ille nil præmii loco niſi id unum petere. Quum igitur ea res citro ultroque per transfugas & literas ſagittis alligatas jactaretur, Chalcidicæ puellæ indicio ad magiſtratus delata eſt. Tot malis Chalcidenſes circumventi, unam adhuc ſpem in extremo diſcrimine alebant: ſi Veneta claſſis, perfracto ponte, qui in Euripo erat, opem laborantibus tuliſſet. Eam die noctuque in ore habere, eam lachrimis inter ſe requirere: quando repente quatuordecim triremes, & onerariæ duæ, cum quibus Canalis reliquam claſſem præceſſerat, in conſpectu urbis apparuere. Tum vero ingens alacritas in urbe orta eſt, clamoreſque ex ipſis mœnibus ad hoſtium terrorem redditi. Mutuus favor vocum, ora & animos hoſtium ſubito ſtupore defixit. Ferunt Othomanum, renunciato claſſis adventu, de fuga cogitare cœpiſſe: conſcendiſſeque equum expeditiſſimum, ad id ipſum paratum, ut ſtatim ex inſula in continentem abiret; abiiſſetque, niſi a Mahometho, Aſiaticæ ore præfecto, viro fortiſſimo, fuiſſet monitus ne id faceret: fore, ut ſi inde


de abiret, milites imperatoris diſceſſu territi, & claſſis 1469
uno tempore in ſummum adducerentur diſcrimen: quin potius, ſi ſe audiret, urbem ipſam atrociſſima omniumque urgentiſſima terra marique adoriretur oppugnatione, eamque militi diripiendam proponeret, ingentiaque præmia illi qui primus Othomanica ſigna in muris ſtatuiſſet. Id conſilium ſecutus continuo ſuos ad ultimum certamen barbarus revocat. Claſſis ſub occaſum ſolis ex Euripo mœnibus admota eſt: Venetæ triremes, quæ alias cum ipſo præfecto præceſſerant, plenis (ut diximus) velis ad mille paſſus ponti appropinquarant. Tum, quia venti, mare, neceſſitas admonebant, ut in hoſtem eo impetu quo venerant agerentur, omnibus prædicantibus, tempus & occaſionem gerendæ rei adeſſe, unus Canalis reliquam claſſem expectandam cenſere. Illa ad Politicam ſubſederat, metu ne, an quia ita navium præfecti juſſi eſſent, nemo affirmat. Suorum Canalis cunctationem vehementer incuſare. Qui aderant, illi coram invidiam facere, ac fraudem in mora eſſe dicere. Piceamani fratres Cretenſes, onerariæ unius magiſtri, alta voce efflagitare, ut daretur ſibi ſignum ad erumpendum: ituros ſe cum ſua oneraria, pontemque vi navis, vento, & undis violenter actæ, reſciſſuros: aut ſi minus id procederet, non dubitaturos ſe & ſuos ob Rempublicam morti objicere. Vetat præfectus eos & alios quicquam temere agere, ſed omnes eo quo erant loco jubet conſiſtere, donec reliqua claſſis adeſſet, ad quam accerſendam Piceamani filius & Dominicus Niger cum actuaria una aquis & vento adverſis ſubito ire ſunt juſſi. Chalcidenſes, quos atrociſſima interim oppugnatio a terra & a mari adorta, vehementer ante lucem fatigare cœperat, ubi amicam claſſem ceſſare ſenſerunt, fracti animo vix arma in tanto ſtrepitu & clamore ſuſtinebant. Cadebat ingens ſagittarum multitudo in miſeros cives: crebri tormentorum ictus muros, propugnacula, viros uno tempore affligebant. Aderant Leonardus Calvus, præfectus urbis, Joannes Bondomerius, legatus, & Paulus Herricius, prætor,

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1469 tor, ac plerique alii patricii viri : quorum alii ſtationes obeundo propugnatores hortabantur, alii intenti erant ad opem ea parte ferendam, qua ſuos maxime laborare audiviſſent. Et quamvis tot millia hoſtium mœnibus hærerent, haud tamen ab ea parte, qua interdiu Venetæ triremes conſpectæ fuerant, vultum avertere. Miſeri Chalcidenſes manus ad illas, oculoſque ad cœlum intendere : nigra præterea ſigna, præſentem fortunam teſtantia, ſub lucem ſumma turri præfigunt, quibus non ſolum periculo, ſed pietate etiam moti, qui in Euripo erant, miſeris ſubvenirent. Oppugnatio, hoſtibus ſibi invicem ſuccedentibus, eo ardore, quo per noctem urbem adorta fuerat, eodem ſine intermiſſione ad lucem protracta, ita Chalcidenſes fatigarat, ut qui ad Burchianam portam erant, vulneribus, inedia, pervigilioque affecti, circa ſecundam diei horam nudos hoſtibus muros deſeruerint. Qua primum irruptione facta, ubi intra mœnia barbarus conſpectus eſt, confeſtim undique muri relicti ſunt. Tum vero longe lateque in miſeros cives cædes tota urbe evagata : cæſi magiſtratus alii alio loco, Leonardus Calvus in foro, Bondomerius legatus in ædibus Pauli Andreotii, a quo commentarios de Chalcidico excidio accepimus. Hericium, qui munitiore ſe loco cum ſuis tenebat, accepta ab Othomano fide, ubi in ejus poteſtatem venit, medium ſecari juſſit, cavillatus perfidus hoſtis, pollicitum ſe cervici non lateribus parſurum. Inde crudele edictum propoſuit, ut puberes omnes ad unum obtruncarentur, ac capitale eſſet, ſi quis ſupra viginti annos quenquam natum ſervaſſet. Tum vero in miſeros cives & alios quos adverſa fortuna ibi deprehenderat, licentia ſævitum : miſerabilis cædes paſſim edita, nullum diſcrimen ordinum, nullius dignitatis ratio habita. Cæſorum capita in Divi Franciſci area, pro curia & ante Patriarchicam domum coacervata, luctuoſum mulieribus ac pueris exhibuere ſpectaculum. Ipſa cadavera paſſim jacentia, ne poſtea ſuo fœtore cœlum inficerent, in proximum Euripum ſunt projecta. Sub id fere tempus quo urbs capta eſt, triremes quas per noctem præ-

Chalcis capitur.

præfectus accerſiverat, quum jam nihil uſui eſſent, affuere. Tum vero ubi Veneta ſigna in turribus ſuppreſſa viderunt, certioribuſque aliis ſignis urbem captam eſſe ſenſere, ingenti dolore defixi cum lachrymis illius mœnia intueri : inde, quia parum tutum erat illic eſſe, mœſti retro curſum tenuerunt. 1459



BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

IN LIBRUM NONUM
EPITOMA.

OThomanica classis præter spem incolumis Byzantium abiit : Canalis frustra Chalcidem recipere tentavit : Petrus Mocenicus in provinciam ad classem venit : Canalis ad Portum Gruarium in Carnos relegatus est : Pax cum Othomano aliquandiu jactata , ad exitum non est perducta : Mocenicus in oram Ioniæ transmisit : Nec multo post in eandem terram reversus Pergamenum agrum ac Gnidium populatus est : Mox & Cariæ oram prædatus , Attaliam urbem in ora Pamphiliæ auxiliaribus Pontificis & Ferdinandi classibus adjutus expugnavit : Usuncasani Persarum Regis legatus ad Venetos missus , a Mocenico est benignissime acceptus : Turci Epirum , Dalmatiam , & primam Italiæ oram infestare cœperunt : Ferrariæ novitates rem Venetam nonnihil sollicitam habuere : Mocenicus Smyrnam expugnavit : Clazomenium agrum populatus est : Adolescens eximiæ indolis armamentarium Othomani , quod Gallipoli erat , noctu incendit : Mocenicus Caramanum in regnum restituit : Cyprii Regis defuncti conjugem , ex patricia Cornariorum familia , in regno confirmavit : Othomanus in Usuncasanum fœliciſſime pugnavit .

M. ANTONII SABELLICI, RERUM VENETARUM AB URBE CONDITA, DECADIS TERTIÆ,

LIBER IX.

POst Chalcidis excidium Veneta classis per 1469
proximas insulas , velut domo profuga , aliquandiu temere evagata est : demum in pristinam stationem reversa , paucissimis diebus , etsi parum mature , minisce tamen aucta est . Affuit Jacobus Venerius cum quinque & viginti onerariis ad bellum instructis , nec ita multo post quatuordecim rostratæ naves , has triremes sexdecim secutæ , inde aliæ post alias : ita ut brevi centum triremium numerus sit expletus . Onerariæ , quia sine aura agi non poterant , ad Cæam insulam

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1469 juxta Eubœam ſubſedere: triremes hoſtium claſſem præda onuſtam Chium uſque ſunt ſecutæ. Othomanus enim, validiſſimo ad Chalcidem præſidio relicto, cum omnibus copiis terreſtri itinere aliquanto antea ex inſula exceſſerat. Sedet Chius inter Lesbum & Samum: Ephorus eam Ethaliam priſco nomine appellavit: Metodorus & Cleobolus Chium, a Chione nympha: alii a nive ita dictam exiſtimarunt. Centum viginti quinque millium paſſuum circuitu patet, ex adverſo Erythrarum maxime ſita: libera olim, nunc Genuenſium, *Siumque* corrupto nomine appellant. Ubi igitur ad Maſtichum promontorium ventum eſt, erat jam hoſtis in conſpectu, tum ne ſi male pugnatum eſſet, adhuc magis ſe invidiæ obnoxium Canalis redderet, triremium præfectis ad ſe vocatis, rem in conſultationem detulit: videretur ne e republica, ut de ſumma rei eo die cum hoſte decerneretur. Hic, quum ſententiæ variare cœpiſſent, chirographum a ſingulis requiſivit & accepit, ut quæ tum cujuſque ſententia eſſet, poſtea ſciri poſſet. Brevi pluribus negantibus rempublicam in apertum diſcrimen conjici oportere, ſine ullo certamine claſſis ad Cæam reducta eſt. Ferunt, hoſtes, ubi primum circa Chium Venetæ triremes ſunt conſpectæ, ſtatim fugam circumſpectare cœpiſſe. Certi erant ob turmarum infrequentiam nullo modo congredi: ita ut in expeditiſſimas biremes quidam fugiendi conſilio tranſcendiſſe dicantur: alii, relictis navibus, in proximum littus annatare ſtatuiſſe, ubi primum Venetus moviſſet. Verum ubi claſſem inde abductam ſenſerunt, confeſtim ex Chio in Lesbum tranſmiſere, ut naves remigio explerent; ex Lesbo inde Helleſpontum verſus profecti, vehementer addubitare, ne ad Tenedum Veneta claſſis eſſet, illicque vellent nollent cogerentur manum conferere. Ubi vero per exploratorias naves omnia pacata nunciabantur, tum Tenedum prætervecti mira alacritate & clamore ingenti in tutum abierunt. Ferunt, Helleſponti anguſtiis ſuperatis, barbaræ claſſis præfectum ad ſuos læta fronte converſum dixiſſe, ſatis hoſpitaliter ſe a Venetis acceptos fuiſſe, qui a Tenedo in Eubœam primo comitatu ſecu-

Othomanica claſſis præter ſpem incolumis Byzantium abit.

ſecuti eſſent: inde rurſus ex ipſa inſula in Chium uſque 1469
frequenti navium apparatu reduxiſſent. Chalcidica interim expugnatio Venetias perlata, tantum luctum & mœrorem Patribus ac toti civitati attulit, ut vix omnibus quæ terra marique Veneti nominis erant amiſſis, major ullus afferri potuiſſet: vulgo prædicare omnes, eam cladem non ſolum ad Veneti imperii, ſed totius etiam Italiæ excidium ſpectare; quæ inſula, quis Euripus, quæ maris anguſtiæ eſſent amplius, quæ potentiſſimi Regis conatus remorari poſſent? Venturum eum, quotiens viſum fuerit, vel una velificatione in Italiam uſque; hoc ſuam, hoc aliorum negligentiam peperiſſe, qui quum mature ad id incendium reſtinguendum occurrere potuiſſent, ſuo mutuo odio avaritiaque noluiſſent: pigere ad hæc pudereque, fideliſſimæ urbi nulla auxilia a ſuis interim, dum oppugnaretur, exhibita: odiſſe itaque uno ordine omnes claſſem, odiſſe præfectum ipſum: fitque ſenatuſconſultum de imperio ei abrogando, & ut ex provincia revocatus cauſam ex vinculis diceret: quid eſſet, quod nullam Chalcidenſibus opem tuliſſet. Petrus Mocenicus omnibus ſuffragiis ei ſurrogatus eſt, ſtatimque in provinciam ut exiret, eſt juſſus.

Interim quum ad Cæam pluribus diebus claſſis fuiſſet, Canalis & alii conſilium cepere de Chalcide ſubito invadenda: tentareque eſt viſum an inopinato acceſſu oppidum recuperari poſſet. Convenit itaque inter eos, ut Joannes Thronus, Nicolaus Molinus, & Fœdericus Juſtinianus cum novem triremibus, ubi ab Euripo claſſem urbi admotam vidiſſent, ipſi averſa parte in terram digreſſi repente urbem invaderent. Sed aliquanto nimis eſt properatum ab iis, qui a terra Chalcidem oppugnaturi erant: præmature in hoſtem invecti, multitudine barbarorum circumvecti ducenti & amplius momento temporis ſunt ferro abſumpti, in quibus fuit Joannes Thronus, homo impiger, ac manu promptus, & cujus opera fuit ea certamina, quanquam imparibus pugnaretur viribus, non obſcura. Alii qui in littus egreſſi erant, ſuorum cæde conſternati, & quia ſegniter ab Euripo omnia fieri videbant, in fugam verſi ſe trepide

Canalis fruſtra Chalcidem capere tentat.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1469 pide ad naves receperunt. Ita infecta re, classis ad Aulidem mille & quingentos passus a Chalcide concessit. Eodem die non multo ante occasum solis Petrus Mocenicus cum tribus triremibus eo applicuit: ad primum venientis conspectum Canalis in actuariam cymbam transgressus, subito illi obviam processit: ibi post mutuam salutationem continuo edocet, quid tum animo moliretur: conflasse se classem validissimam, ut Chalcidem reciperet, venisseque in spem ejus recuperandæ, si diutius classi præfuisset: Verum non desperare omnino eventurum, ut quæ ipse per imperii abrogationem consequi non posset, novus imperator sua virtute, omnibus ad id paratis, facile exequeretur. Ad ea Mocenicus: *Quin age potius*, inquit, *& tu, si qua spes est, perge urbem recuperare. Nam quod ad me attinet, tantum abest ut hoc nomine publicum ullum commodum impedire velim, quod libens vel socium, vel comitem, me tibi in tam arduo negocio adjungere non recusem.* Tum eo negante se alienis auspiciis aliquid gesturum, evocatorum navibus dimissis (nam in animo nullo modo erat, oppugnationem jamdudum infœliciter tentatam, Reipublicæ suæque æstimationis periculo exequi) cum classe (jam

1470 enim hybernorum tempus appetebat) in Peloponnesum eo consilio concessit, ut sub vernum tempus inde profectus aliquod præclarum ederet facinus, quo Chalcidicam resarciret cladem. Canalis ubi domum venit, perpetua est relegatione damnatus. Eum vidimus, ac sæpe allocuti fuimus in Portu Gruario, Carnorum oppido: observavi in illo præter miram eloquentiam, majestatem etiam quandam imperatoriam. Rogatus a me, qua potissimum ratione patriæ desiderium levaret: *Duplici*, respondit, *indagine, venatoria & literaria*. Nec Mocenici hyberna omnino ociosa fuere: sed & naves reficiendas curavit, & circa Ægei maris insulas misit, qui Græcorum animos Euboico excidio consternatos confirmarent. Hæc ille pro imperio: quum Marinus Maripetrus & Aloysius Bembus, legati, ad prima veris signa in provinciam sunt missi, ut cum eis Mocenicus communi consilio Rempublicam administraret. Venit & Ri-

Petrus Mocenicus in provinciam ad classem venit.

Canalis domum veniens relegatur.

Richajensius ex Appulia cum decem rostratis navibus, 1470 quem Ferdinandus Rex miserat, ut ex Veneti imperatoris sententia bellum in Turcos gereret. Moverat Chalcidis expugnatio omnes Italiæ principes, vel imprimis Regem ipsum: qui quo omnem Appuliæ Calabriæque oram barbarorum injuriæ opportuniorem videbat, eo magis ac magis illorum successus horrere. Othomanus veritus, ne si ob Chalcidem Venetis ademptam Christiani Duces simul conspirassent, ingenti aliquo bello opprimeretur, experiri statuit, an cum Venetis componere pacem posset: vel si id minus processisset, trahendo saltem tempus Chalcidicæ cladis atrocitatem lenire. Verum ne metu id fieri videretur, placuit novercæ suæ, Christianæ fœminæ, filiæque Georgii, olim Tribalorum Principis, opera in eo uti. Quæ, cognito privigni consilio, ex domesticis unum Venetias misit, qui Venetos suo nomine moneret, ut ad Turcum, si placeret, legatos mitterent: fore, ut si pacem vellent, eam quibus forte non sperarent conditionibus ab illo impetrarent. Missi Nicolaus Coccus & Franciscus Capellius, qui navi ad eam quæ in Macedoniæ vico erat primum sunt delati, inde vero terrestri itinere ad Othomanum venere. Actum hic de pace. Demum quum conditiones quæ proponebantur, minime placerent, essentque jam legati per literas domum revocati, Capellius vehementi febre confl-ctatus, Byzantii decessit: Coccus piscatoria navicula in Lemnum delatus, ex ipsa insula triremi, quam ibi forte offenderat, in Cretam transiit. Atque ita dum legati proficiscuntur, dum de pace Byzantii agunt, dum denique literæ citro ultroque perferuntur, æstas illa sine ullo negocio acta est. Regia igitur classis, appetente jam hyeme, Neapolim est reducta: legati quoque Patrum literis revocati domum abierunt. Nec ita multo post sub brumæ initium Maurus Princeps vita decessit, quum annos novem & sex menses Reipublicæ præfuisset. Ad Jobi tanum, quod ipse privato sumptu cum proximo cœnobio instruxerat, situs est. Nec ea parte tantum civitas illius ducatu ornata, sed & pars interior ducalis vestibuli, jam a Maripe-

Pax cum Othomano aliquandiu jactata ad exitum non perducitur.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1470 tri principatu inchoata, ſub eo ad ſummum eſt deducta; ubi circa faſtigium illius ſtatua ex pario marmore viſitur, atque duæ aliæ primorum parentum illi ſubjectæ, opus Antonii Criſpi, ſtatuarii noſtra tempeſtate optimi. Turris quoque per id tempus ex candido & quadrato lapide ad Olivolenſem ædem fundari cœpta eſt: opus ſane perſpicuum, ac jam propemodum ad conſummationem ſpectans.

1471 *Nicolaus Thronus Dux creatur.*

Nicolaus Thronus Mauro ſucceſſit. Hujus principatus etſi brevis, longe tamen fœlix fuit: quippe quo fœdus cum Perſarum Rege eſt ictum, & Cyprus nobiliſſima inſula Veneto acceſſit imperio. Patres ad Romanum Pontificem &

1472 ad Ferdinandum Regem legatos miſere, qui poſtularent, ut in Turcum communem hoſtem bellum in proximam æſtatem compararent: nec longa opus eſſe cunctatione oſtenderent: jam propemodum gerendarum rerum tempus appetere. Ab utroque benigne legati accepti & ad bellum auxilia pro viribus promiſſa. Mocenicus quoque Cyprium Regem, & Rhodiorum Magiſtrum ad vires in barbaros contrahendas, per literas hortatus eſt. Ipſe interim Ægeas inſulas perluſtrans, omnia ſua præſentia erigere. Eſt Ioniæ vicus e regione Chii inſulæ, *Paſſagio* nomen loco eſt: huc ex tota fere Aſia merces comportabantur ea tempeſtate, qua Chium velut commune emporium Itali negociatores frequentabant. Hunc locum, quum ſine præſidio eſſe Mocenicus cognoviſſet, claſſe proximis littoribus ſub lucem appulſa, ſocios navales cum parte turmarum repente ad opulentam prædam immiſit. Vicanis ſubito malo perculſis, fugaque in proximos montes dilapſis, tabernæ Aſiaticis mercibus refertæ per ocium ſunt direptæ: prædaque omni in naves aſportata, tecta ſubjecto igni Venetus concremavit. Mocenicus Methonem reverſus (nondum enim bruma exierat) aliquot ibi dies ſtationem habuit: inde crebris rumoribus de hoſtium claſſe diſſipatis, ex hybernis excitus (erat autem fama, Othomanum ad Lemnum occupandam triremes quadraginta inſtruxiſſe) celeri navigatione in inſulam cum tota claſſe ſe contulit. Hic vero comperit, falſos fuiſſe rumores, qui de hoſtium adventu Pelo-

Mocenicus in oram Ioniæ transmittit.

Peloponneſum uſque percrebruerant. Sed ne fruſtra veniſſe videretur, Coccinum, Lemni oppidum, terræ motu jam antea concuſſum, ac disjectis muris pene deſolatum, magna ex parte reſtituit, reſtitutoque milites quos ex Peloponneſo adduxerat, præſidio impoſuit. Inſulæ rebus in hunc modum conſtitutis, Methonem repetens, duos ibi novos legatos invenit, nuper ab urbe miſſos, Stephanum Maripetrum, & Victorem Superantium, viros ob res domi foriſque geſtas patricii ordinis longe principes. Sub illorum igitur adventum convenit inter eos, ut præter remiges ſocioſque navales, deni equites quos Græco (ut diximus) verbo *Stratiotas* vocant, in ſingulas naves imponerentur. Eſt gens illa militaris rapaciſſima, magis ad prædam quam ad prælium comparata: ſcuto utitur, enſe, haſta, pauci lorica, cæteri bombicinis thoracibus (*Gaſachas* vulgo vocant) contra hoſtium arma ſe muniunt: equos velociſſimos, & ad longiſſimum curſum perferendum idoneos, habent: tota Epiro maritimaque Peloponneſi ora Veneti mercenaria horum militia adverſus Turcos utebantur. Sed qui in Peloponneſo circa Neapolim erant, omnium optimi habebantur: ex his igitur lectiſſimi quique in naves impoſiti. Claſſe hujuſmodi præſidiis inſtructa, ad Aſiaticam oram devaſtandam Venetus ire pergit: a Græciæ urbibus & inſulis (quanquam Othomani imperio ſubeſſent) ob Chriſtianum nomen pertinaciſſime abſtinuit. Ex Peloponneſo igitur in Lesbum tranſmiſſum: hic circa promontorium, quod ad ortum ſpectat, qua parte inſula cultoribus deſerta eſt, tutiſſimo portu claſſis conſedit. E regione loci Pergameni agri oppidum in littore eſt, Pergamus, minoris Aſiæ olim urbs, nobilis pergameni invento, & aulæorum uſurpatione Romanis antea ſatis nota, Attali vero hæreditate notior: nunc veſtigia tantum veterum ædificiorum ſolo pene æquata monſtrari ajunt. Ager ob ejus feracitatem frequentibus colitur vicis. Ex Lesbo Venetus inter ipſa nocte profectus, in adverſum Aſiæ littus ſub lucem copias expoſuit, negociumque Jacobo Pariſoto, claſſis *Armirato* dedit, ut claſſiariorum parte in inſidiis locata, in hoſticum præda-

Pergamenum agrum populatur.

bun-

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1472 bundus erumperet, omniaque ferro & igni vaſtaret. Cum terrore igitur & fuga paganorum ſubita in agros facta eſt excurſio: ex quibus pecora mortaleſque multi ſunt in prædam acti. Sed barbari equites ex proximis ſtativis ejulatu & clamore fugientium exciti, in Venetos ſe ad naves recipientes impetum fecere; injectoque certamine, militem præda gravem inopinato prælio fatigant. Tum Peloponneſiacorum equitum ala repente in hoſtem converſa, modico negocio in fugam vertit, fugatumque cum multa cæde inſequitur. Abſciſſa capita cum iis quæ ex hoſte capta erant, ad claſſem delata ſunt: pro quibus ſingulis ſingulos aureos milites accepere; id præmium jam antea imperatoris edicto fuerat in barbaros euntibus propoſitum, quod poſtea toto belli tempore eſt ſervatum. Ex hoſtico profecta claſſis, in inſulam inter Chium & continentem cultu deſertam, ſatis alioquin portuoſam, conceſſit: eam Divam *Panaiam* vocant. Hic omnia in unum collata, ſub corona veniere: quæſtores ad hoc ipſum creati, equitibus turmiſque navalibus prædaceas pecunias diviſere. Hinc porro ad inſulas Cariæ adjacentes nocturno Venetus tempore tranſmiſit, eam agri partem depopulaturus, quæ Gnidiorum olim fuerat. Fuit Gnidus inter Cariæ urbes olim ob navalia & duplicem portum nobilis: monumentaque veteris apparatus adhuc extare dicuntur & multa quidem & magna: agrum ipſum ſine alia mitiori cultura paſtores frequentant. Claſſe huc appulſa, eques mileſque in prædam diſcurrunt: multi mortales omnis ſexus & ætatis ſunt ad naves ducti, pecoris quoque quantum ad navium uſum viſum eſt neceſſarium. Aliarum rerum, præter paucos tapetes & centones, ex quibus illi culcitras conficiunt, & tabernacula, quibus Numidarum more vagantes utuntur, nihil quæſitum. Claſſe in altum deducta, Venetus in Delon, Cycladum, Apollinis templo & mercatu, olim clariſſimam, tranſiit: nunc deſerta eſt & inhabitata: extant tantum templi & amphitheatri veſtigia albi marmoris, ut Coriolanus ait: columnæ ad hæc ingenſque ſignorum numerus cum coloſſo cubitorum quindecim.

Ut & Cariam.

Ex

Ex Delo, diviſa præda, in Peloponneſum, commeatu 1472
deficiente, Mocenicus curſum tenuit: cui venienti circa Maleam promontorium Rachajenſis, regiæ claſſis præfectus, cum ſeptem ac decem triremibus occurrit: poſt mutuam gratulationem celeumate & aliis ſignis more nautico facto, fœde lacerarent. Ut igitur oppidanis ad neceſſaria exire, atque longius evagari liceret, circumjectos vicos ferro & igni Venetus vaſtare conſtituit. Nocte itaque tota navigans, quum ante lucem hoſtium littus attigiſſet, reſpiceretque penes ſe pauciſſimas eſſe naves, diem operiri ſtatuit: ubi vero illuxit, reliqua claſſis ex adverſa promontorii parte, quo per errorem noctu fuerat delata, præſto affuit. Jamque diei hora prima erat, quando regionis accolæ, inſpectis proximo loco hoſtibus, imbelli turba ad montes præmiſſa, ipſi eorum alperitate freti, manum cum eis conſerere ſtatuunt. Venetis, animadverſa vicanorum audacia, inſtructa acie eos ferociter invadit. Nec illi pugnam detrectant, ſed ſubito & ipſi cum clamore

Canum in Caria ſagacitas.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1472 more prælium capeſſunt. Anceps diu pugna fuit, qua noſtri eo difficilius ſunt defuncti, quod præruptis cautibus hic, ubi res gerebatur, impedientibus, equitum opera parum utilis fuit. Navales ſocii ac milites ſagittis aliiſque telis eminus hoſtem feriunt, cominus vero enſe, haſta, clavaque proſternunt: nec impune, nam ex ipſis quoque non pauci interim a barbaris ſaucii cadebant. Fortuna neutro inclinante, prælium dubium, ut dixi, aliquandiu fuit: demum Venetus & virtute & numero ſuperior, hoſtem loco ſummovet, ſummotum ingenti ſtrage fundit fugatque: multi, abjectis armis, vivi capti ſunt, plures vero locorum non ignari in præruptos ſaltus, invioſque montium anfractus ſe trepide receperunt. Fuſis hoſtibus, Veneti ad prædam diſcurrunt, ferro ignique omnia vaſtantes: atque ita longe lateque per hoſtium terram vagati, ad naves tapetibus onuſti redeunt. In ea Aſiæ ora mulieres operariæ ſunt tapetumque textrices, quæ non ſolum ad domeſticum uſum, ſed ad mercaturam quoque exercentur. Cæſorum capita ſine numero ad imperatorem delata, captivi etiam multi ex acie adducti, ex agris alioquin & vicis pauciſſimi. Quatriduo inde claſſis profecta, ad Tabiam Cariæ locum ſub lucem admota eſt: ibi duo ex adverſo maria pene coeuntia magnam Cariæ partem peninſulam efficiunt: ager olim Halicarnaſſeorum, urbs ipſa Principum regia, Mauſolique ſepulchro valde inſignis. Viſuntur adhuc, ut Corolianus ſcribit, molis illius eximiæ inter cæteras urbis ruinas veſtigia quædam. Locorum incolæ ab agrorum cultu abhorrentes, pecuariam paſſim exercent. Ex his quoque terris vim hominum ac pecorum ingentem prædatores abduxere: quibus ad naves receptis, ad deſertam inſulam, cui Caprariæ eſt nomen, Mocenicus conceſſit.

Hic dum præda dividitur, nunciatur Pontificis Legatum cum claſſe adeſſe: cui propinquanti Venetus imperator inſtructis navibus officii gratia obviam proceſſit: eumque alacri celeumate tubarumque concentu acceptum, poſt mutuam congratulationem ita affatus dicitur: *Audiviſti,*

viſti, credo, præſtantiſſime Pater, quam multa Veneti pro Chriſtiana fide ſtrenue & magnifice ad hunc diem geſſerint. Nonus jam annus agitur, ex quo, cæteris Chriſtiani nominis Principibus populiſque præter Ferdinandum Regem, ceſſantibus, terra marique cum hoſte hoc immaniſſimo bellamus: nec vacat mutuas clades, labores, pericula referre. Nullus quidem in tota Peloponneſo locus eſt, nullum in tota Græciæ ora littus, nulla denique Ionii Ægeique maris inſula, quæ non aut noſtro aut hoſtium ſit ſanguine imbuta. Laborum nunquam aut impenſæ pertæſum eſt, modo quæ geſſimus, quæque geſturi ſumus, chriſtiano nomini conducant. Nunc vero Æoliam Cariamque, opulentiſſimas hoſtium regiones ferro & igni populati, ecce tuo fœliciſſimo acceſſu in majorem quandam gerendarum rerum ſpem adducimur. Quæcunque enim tuis deinceps gerentur auſpiciis, illa ipſa non niſi proſpere fœliciterque eventura arbitror. Tuum igitur erit, quicquid e republica chriſtiana fore duxeris, tuo divino conſilio id nobis mature demonſtrare, ac quid facto opus ſit, dicere: noſtrum vero, omnia quæ te velle dixeris, naviter obire. Ad hæc ille, *Novi ego*, inquit, *norunt & alii, quanto ſtudio Veneti ad hunc diem rem chriſtianam defenderint: quot urbes, populos, inſulas, ſuis opibus ſuorumque virtute ſervarint; at tametſi aliarum claſſium imperatores ſemper rempublicam fortiter geſſerint, tu non ſolum fortiter, ſed fœliciter etiam, & (ut ſic dicam) pene divine geſſiſti. Quod quum ita ſit, perge rogo, ut cœpiſti, ſtrenue rem agere, nec curſum tuorum ſucceſſuum noſtris alterius ve auſpiciis interrumpi patiaris. Ego (ut ſacris initiatum decet) Deum Divoſque precabor, ut tua vite ſecundent facta: copiæ quas adduxi, tuum ſequentur imperium.* Secundum hæc in Samum inſulam conceſſere, illic deliberaturi, quo poſtea moturi eſſent. Eſt nunc Samos deſerta, non enim de ea quæ Thraciæ adjacet, loquimur, ſed quæ potius ab illa diverſa eſt: hæc in Ionia ora, & (ut Iſidorus tradidit) centum milium paſſuum circuitu, olim Parthenia appellata, inde Adriſa, & Anthemuſa;

1472 *Mocenici & Legati Pontificii orationes mutuæ.*

Me-

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODËR (2018)

1472 *Melamphilus*, & *Cypariſia* noviſſime, ut nunc Samos: feris ob ſolitudinem referta eſt. Hic claſſis tam diu fuit, donec equi longa jactatione feſſi in herbido reficerentur. Interim milites ſociique navales in terra expoſiti venationi & epulis indulgent. Claſſium præfecti cum Veneto imperatore ſtatuunt Attaliam, Pamphiliæ urbem, ab Attalo Rege conditam, ſubita oppugnatione aggredi. Eſt ea civitas hoc tempore omnium maritimarum Aſiæ maxima, portum habens ab utroque latere turribus munitum, catenaque firmiſſima clauſum. Ægyptii Syriique negociatores id commune totius provinciæ emporium celebrant. Scalas itaque & crates ſubito a præfectis navium parari Mocenicus mandat: quibus naviter expeditis, ex Samo, zephyro flante, Attaliam oppugnatum ire pergit: ad Chelidonias inſulas delatus, duas auxiliares a Rhodienſibus triremes accepit. Erat univerſæ claſſis numerus quinque & octoginta: quarum viginti Pontifex miſerat, Ferdinandus decem & ſeptem, Rhodii duas, ſex & quadraginta Venetorum erant. Ex Chelidoniis claſſis jam inclinante die profecta, ad tertiam ſequentis diei horam hoſtium littoribus eſt appulſa. Hinc Victorem Superantium legatum cum decem navibus ad portum urbis occupandum Mocenicus mittit: Maripetrum alterum legatum cum navalibus copiis a continenti urbem averſa parte aggredi jubet: equitibus mandat, ut collem Attaliæ proximum præſidii cauſa celeri curſu occupent. Jubet ad hæc, omnes propriæ virtutis eſſe memores: atque interim non ignorare, cum imbelli, &, quod plus eſſet, imparato hoſte ſibi rem futuram: eam præterea urbem oppugnari, quæ capta ad unum omnes eſſet ditatura. Cum his e navibus miſſi mira omnes alacritate ac ſpei pleni ad urbem tendunt: ipſe cum ſociorum legatis pugnæ ſpectator prætoria navi ſe continet. Equites irrequieto curſu confeſtim ad collem pervenere. Superantius, navi remis impulſa, per tela & ſagittas primus omnium, catena abrupta, portum obtinet: ſecutæ reliquæ triremes, turres circa portum, trucidatis qui intus erant, continuo capiunt. Occupant & ſuburbana te-

Attaliam urbem Mocenicus copiis Pontificis & Ferdinandi adjutus expugnat.

cta,

cta, ædificiaque mœnibus ſubjecta. Ea maxima ex parte 1472
mercatores incolebant, mutandarum mercium cauſa: ii, relictis rebus, ſub primum claſſis appulſum in urbem ſe trepide receperant. Erant ibi tabernæ, pipere, cinnamomo, chariophilo, thure, aliiſque precioſiſſimis mercibus plenæ. Direptis rebus, & in naves impoſitis, tecta ſubjecto igni Venetus ad oppidanorum terrorem incendit: inde (quia ob murorum altitudinem nullus erat ſcalarum uſus) muros perrumpere milites aggrediuntur. Rhodiacæ claſſis præfectus dum incautus portam urbis cum ſuis refringit, ingenti ſaxo ictus concidit: corpus exanime ſui ad naves deferunt. Turbavit fortiſſimi viri caſus non mediocriter militum animos: ſed magis flammæ, quæ ventorum turbine actæ pugnantium ora perſtringebant, quibus undique ingruentibus coactus eſt miles, remiſſa pugna, ſe ad naves recipere. Maripetrus & ipſe impigre cum ſuis averſa parte, quæ duplici muro præcincta erat, urbem adortus, admotis repente ſcalis, exteriores muros cum barbarorum cæde confeſtim occupat; ubi vero ad ſecundos ventum eſt, quia ſcalæ illorum altitudinem non æquabant, ab imo ferox miles mænia diruere eſt adortus. Multi quidem variique fuere noſtrorum conatus: ac creditum vulgo eſt, urbem eo die capi potuiſſe, niſi militem mœnibus hærentem nox ipſa oppreſſiſſet. Ferunt, medio certamine fœminam Illyrici generis, quæ diu inter barbaros ſervierat, ex ſuperiore parte clamoribus, nutu, hortatione Chriſtianos juvare auſam: quum ex proximis quidam ei ſignum minaretur, compoſita prius veſte, ſummo muro delapſam, moxque ſuo pondere ſolo afflictam, inter ſuorum complexus expiraſſe. Legati, relicto circa urbem præſidio, ne quis ingredi exireve poſſet, ipſi cum reliquis ſub noctem ad claſſem redeunt. Ibi, quia inter omnes conſtitit, oppidum mœnibus præſidioque munitum, ſine bellicis operibus, quibus muri disjicerentur, capi non poſſe, eſſeque nimis longum expectare, dum ex Peloponneſo navibus peterentur, nec tam longum quam periculoſum, quum tota Pamphiliæ ora importuoſa ſit, vulturno & auſtro expoſi-

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1472 posita, qui duo venti id mare violentius agunt : placuit postero die, suburbanis locis ferro & igni consumptis, inde abire. Immissus itaque miles amœnissimum totius Pamphiliæ agrum fœda populatione deformavit. Classis ex Attalia profecta, paucis diebus Rhodum applicuit. Hic dum Veneti & aliarum classium præfecti naves habent, Usuncasani Regis Persarum orator Rhodum applicuit. Ex eo cognitum est, suasu & hortationibus Catharini Zeni, viri patricii, Venetorum oratoris, Regem suum ad Othomani opes evertendas socia cum Veneto arma junxisse : & jam ejus duces cum expedita manu ferociter majorem Armeniam, quæ Othomani imperio parebat, invasisse : Tocatamque, opulentissimam ejus regionis urbem, atque alia quædam oppida non ignobilia, cepisse. Affirmat ad hæc, illum satis superque viris & equis abundare : Persas quoque hasta, ense, sagittis, ad pugnam idoneos, reliquorum operum bellicorum ignaros omnino esse & inexpertos. Ad Venetos igitur & ad Romanum Pontificem aliosque christiani nominis Principes se missum dicere, eos Regis sui nomine oraturum, ut adversus communem hostem Persicas opes bombardis ad urbium expugnationem & hostem eminus summovendum juvarent. Mocenicus & alii benigne oratoris postulata audivere, hortatique sunt illum bene sperare, fore affirmantes, ut omnia quæ petiturus venisset, facile impetraret. Ostentant ad hæc illi validissimam classem & armis & viris optime instructam. Eam dicere, ubique Regis imperio præsto affuturam, si ita eveniret, ut ea quandoque uti vellet. Barbaro cum his in Italiam dimisso, ipsi ad aliquid insuper agendum, quoad per autumni tempestatem adhuc liceret, se accingunt.

Persarum Regis orator Rhodum veniens a Mocenico benigne excipitur.

Turci Epirum Dalmatiam & primam Italiæ oram infestant.

Sed dum hæc mari geruntur, Othomanica arma haud uno loco Venetas opes infestabant. Jam enim non Epirum solum & Dalmatiam, sed Italiam quoque subitis excursionibus vexare cœperant. In Epiro ab initio suscepti belli, quasi statis diebus bis quotannis circa Scodram, Lyssum, Crojam, & alia oppida, quæ in ea ora Veneti tenebant, sub messium & vindemiarum dies barbarorum equi-

equitum alæ erumpebant : quanquam ante bellum a Venetis cum Mahometho Othomano susceptum, longe prius Turcorum arma Amurathi, qui Mahomethi pater fuit, auspiciis in Epirum penetrarunt : vel tum maxime, quum Scanderbechus ab illo oppugnatus est. Ferunt hunc ferocissimum in armis fuisse, & qualem post Pyrrhum, qui cum Romanis in terra Italia bellavit, Epiroticum nomen non habuit. Solebat Joannes Coccius, pater meus, qui Calabro bello sub Ruberto Ursino, viro fortissimo, aliquandiu militavit, adolescenti mihi enarrare : vidisse se Epirotam hominem, qui cum sexcentis equitibus Ferdinandi nomine in Appuliam transiverat, exerto brachio, nunc clava, nunc falcato ense pugnantem : totque interim ac tanta belli facinora edentem, ut merito plus unus, quam tota equitum ala hostibus formidabilis videretur. Is principatum sua industria in Epiro recuperatum, quoad vixit, adversus Turcos cum pauciissimis fortiter defendit. Sexcentos lectissimos equites habuit semper, majore fere equitatu non utebatur : cum his sæpissime barbarorum copias suis longe majores, conserto prælio, fudit fugavitque ; quo factum esse ajunt, ut post ejus mortem eximia viri admiratione populi imbuti, quasi in illo aliquid vidissent quod humanum excederet fastigium, grati Principis memoriam solemnibus consecrarint carminibus. Retulerunt mihi fide digni viri, vel medio ardore belli, & tum quum barbarorum armis omnia strepebant, puellarum cœtus in his urbibus, quibus ille imperavit, octavo quoque die mediis triviis coire solitos, ac defuncti Principis (ut veteres magnorum heroum in conviviis solebant) laudes decantare. Sed hæc, ut dixi, aliquanto antea. In Dalmatia quoque & multæ & variæ per hæc tempora fuerunt hostium excursiones : verum quia subitæ & latrocinii potius quam legitimi belli speciem habentes, ideo parum memorabiles. Ac satis nobiscum fœliciter actum esset, si provinciæ solum, & non Italia quoque impia illorum arma sensisset : quæ tum primum, quum hæc quæ diximus, a Mocenico in Asia gerebantur, Italiæ finibus transgressa Uti-

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1472 num uſque pervenere. Erat medius fere autumnus, quando ſub occaſum ſolis barbarorum equitum alæ ad Sontium amnem tumultuoſe conſederunt: cœperantque hoſtium non pauci fluvium vado ſuperare, quum in Veneta arma inciderunt: habebant turmæ equitum pleræque in citeriore ripa & in villis ripæ proximis ſtativa, qui ſub ipſum hoſtium acceſſum tranſitum inhibituri, facto agmine affuerunt. Verum quanquam ſatis maturatum eſſet, barbarus tamen ſua celeritate illorum curſum præverterat, atque ex eo equitatu jam nonnulli fluvium tranſnaverant. Sed hos Venetus ſub primum congreſſum ad aquas compulſos, in ulteriorem ripam ad ſuos confugere coegit. Stetit & noſter eques ad multam noctem in adverſa ripa: inde hoſtium multitudinem veritus, in Cerviam inſulam conceſſit. Eſt locus hic non procul ab Aquileja, quem Rovedula, Amphora, & Alſa amnes ſuis occurſibus inſulam faciunt. Ubi vero illuxit, nec Venetus in conſpectu apparuit, confeſtim flumine ſuperato, in patentes Carnorum campos tumultuoſe hoſtes irrumpunt. Ingens ex agris fuga facta eſt, & in oppidis non mediocriter trepidatum. Fumus villarum procul ardentium terrorem oppidanis ingentem injecerat: ſed illum omnino majorem faciebant ipſi agreſtes pavidi, cum liberis, pecore, diſtractaque ſupellectile portis incidentes. Eram ego tum forte Utini. Eſt id oppidum hodie omnium quæ in ea terra ſunt, & conventu & amplitudine maxime inſigne: nunc regionem ipſam vulgo *Forumjulium* appellant. Huc quum barbarus ad tertium lapidem adequitaſſet, tantum inſueto malo terroris omnibus injecit, ut tanquam urbem irrupiſſet, matronæ circa aras cum liberis pavidæ ſederent. Diſcurſum cum trepidatione in forum, & in arcem quæ foro imminet: creditum vulgo eſt, ſi ea conſternatione barbarus urbem oppugnare tentaſſet, facile in diſcrimen nobiliſſimum oppidum eo adduci potuiſſe. Sed illi veriti (credo) ne a tergo inſidiæ pararentur (quia quo Venetus equitatus conceſſiſſet, parum exploratum habebant) multis mortalibus cum pecore in prædam abductis, retro ſtatim abierunt.

Nec

1472 *Ferrariæ novitates rem Venetam ſollicitam habent.*

Nec ſolum hac Italiæ parte res Venetæ per id tempus ſollicitæ fuere, ſed circa Padum etiam Ferrarienſium novitatibus. Siquidem Borſio Æſtenſi defuncto, Veneti Herculem ejus fratrem milite, navibus, pecunia adjutum, in ampliſſimo principatu (de quo magnum alioquin illi cum Nicolao ex Leonello fratre nepote imminebat certamen) locavere, ac ſemel locatum, quum per id tempus paucorum conſpiratione pene ejectus eſſet, licet majori bello impliciti, ſumma ope retinere perſeverarunt. Hæc foris. Domi vero, ſublato argenteorum nummorum uſu, quos magna ex parte adulteratos conſtabat, nova forma ac longe major inducta eſt: *Thronum* dixere, ab ipſius Principis imagine quæ in eo expreſſa eſt. In Aſia, dimiſſo Perſarum Regis legato, Mocenicus & ſociorum præfecti, ne ocio tererent quod reliquum autumni erat, confeſtim in eandem fere Aſiæ oram, quæ e regione Chii eſt, circa Thermerium, Mindiorum promontorium, tranſmiſere. Hic dextra lævaque equites ſociique navales immiſſi, frugiferum agrum paſſim olea & vitibus conſitum, viciſque frequenter habitatum, fœda populatione vaſtarunt: magnus mortalium numerus in prædam actus: humana capita ad ſeptem ac triginta ſupra centum ad naves relata. Captivis ſub haſta venditis, pecuniæ præda exactæ æqua portione ſociarum claſſium turmis diviſæ. Inde in Naxon tranſmiſſum. Hinc regiarum triremium præfectus (jam enim hybernorum tempus erat) a Mocenico bona venia dimiſſus, cum tota claſſe domum abiit: Venetus cum Pontificis Legato, ne non aliquod, priuſquam in hyberna concederent, a ſe facinus ederetur, ex Naxo non multo poſt profecti, ad Smyrnam, nobiliſſimam olim Ioniæ urbem, oppugnandam ire pergunt. Audiverant illam, quoniam in remotiſſimo ſinu ſita eſſet, diu nullum belli impetum ſenſiſſe, atque ob id loci incolas longa pace & ocio florere: quæ quo certiora erant, eo majorem reparandorum mœnium, quæ vetuſtate ſua non uno loco collapſa erant, negligentiam pepererant. Ad Pſiram, deſertam inſulam, primo appulſum: inde nocturnis navigationibus tertio die ſub lucem

Mocenicus Smyrnam oppugnat

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1472 Smyrneum littus tenuere. Eſt pars urbis non parva monte ſita, ſed longe major in planitie, verum mons frequentius colitur. Copiæ repente in terram expoſitæ, hoſtium muros feroci adoriuntur oppugnatione. Cives ſubito malo territi, cum metu & trepidatione in ipſis murorum ruinis Veneto occurrunt; ſed illorum conatus parum victoriam remorari potuerunt, eodem enim animorum ardore, quo oppugnatio inita erat, per ſcalas pluribus jam locis admotas, perque murorum anfractus, navales ſocii ſcandentes urbem traſcendunt. Ad cujus captæ ſenſum ingens fuga miſerabiliſque comploratio orta dicitur. Matronæ pavidæ in ipſa templa, quas *Meſchetas* vocant, cum liberis confugerant, circumſtabant aras Mahomethum ſuum invocantes. Cives in extremum diſcrimen adducti, ex ſummis tectis tegulas aliaque telorum genera in ſubjectum hoſtem devolvunt. Venetus victor per mediam urbem diſcurrens, virgines, matronas, ac reliquam imbellem turbam e templis diſtrahit: puberum alios abjectis armis capiunt, alios obſtinatius renitentes trucidant: veſtes, aurum, argentum, vaſaque precioſe & magnifice celata diripiunt: ſacra profanaque violant. Ferunt fœminam florenti ætate, quum ad naves abduceretur, mariti ſepulchro, in quod forte inciderat, procubuiſſe, ac flebili lamentatione illud complexam, dulciſſimum mariti nomen ſæpius vocaſſe: *En*, inquit, *conjunx dilectiſſime, extremus patriæ caſus efficit, ut me, quam nullus amor, nulla vis unquam quominus tua fuerim, ſemperque futura eſſem, vertere potuit, crudeliſſimi hoſtis manus in perpetuam captivitatem abducat. Separor infœlix a tuo conſpectu, nec dulcem patriam, nec monumentum hoc dulciſſimum amplius viſura. Has ego ſupremas lachrymas tuis miſceo cineribus: his inferiis tuos manes ſupremum ciebo. Sed quid ita? moriar potius, quam ſuaviſſimo hoc complexu divellar.* Atque ita ſepulchro hærens, quum neque minis neque alia vi facile divelli poſſet, a temerario milite gladio trajecta, hac ſola re fœlix, quod quo voluit loco relicta eſt. Ad famam captæ urbis Balabanus, qui provinciæ præerat, ex proximis ſtativis ſubito

bito excitus, cum tumultuaria hominum manu non multo poſt affuit. Illi venienti Peloponneſiacus eques primo occurrit, ac certamine vix bene injecto, affuerunt & aliæ turmæ navales. Pugnatum aliquandiu eſt æquo marte: mox vero barbaro cadente, hoſtes fuſi, ac cum ſtrage multa fugati ſunt. Victor miles in urbem rediit, inde translata ad naves præda, igni domibus injecto, nobiliſſima civitas brevi ſpatio in cineres collapſa eſt. Scribit Cepio, ſe hic inter alia vetera monumenta, Homeri, poetæ eminentiſſimi, ſepulchrum vidiſſe, cum ipſius ſtatua græcis literis inſcripta. Nec urbs ſolum, ſed ager quoque illi circumjectus ferro & igni fœde populatus eſt. Cæſorum capita ad naves ducenta & quindecim relata. Claſſis inde abducta, ad deſertas inſulas Ioniæ adjacentes appulſa eſt: hic præda ſub corona vendita, manubiæ ipſæ militi ſociiſque navalibus ac turmis ex priſtino inſtituto diviſæ. Quarto deinde die in Clazomenium littus copiæ expoſitæ. Eſt Clazomene in extrema parte Smyrnæi ſinus: & ipſum quoque olim oppidum in Ionia inſigne. Ex agro urbi circumjecto exigua eſt omnino præda acta: nam Smyrnææ cladis fama effecerat, ut locorum incolæ jam antea cum imbelli turba ad montes conceſſiſſent: pauci ad domorum cuſtodiam relicti, cum camelorum ac reliqui pecoris copia intercepti. Inde, quia jam hybernorum tempus inſtabat, ſubſolano flante, utraque claſſis ex Ionia in Peloponneſum paucis diebus incolumis eſt reducta. Ubi vero Methonam eſt appulſum, Pontificis Legatus Venetum complexus ita affatus dicitur: *Ibo, Mocenice*, inquit, *vir fortiſſime, rerum a te geſtarum teſtis & publicus præco Paxinus equidem (Italiam modo incolumes attingamus) ut non ſolum Pontifex auguſtiſſimuſque ille noſter Senatus, ſed Italia etiam tota, ac Principes, & populi chriſtiani nominis vel ab Italia remotiſſimi intelligant, quid Veneti tui auſpiciis, tuo conſilio & virtute in Turcos commune hoſtes tota Aſiæ, Lyciæ, & Pamphyliæ ora geſſerint. Perge, vir clariſſime, ut cœpiſti, Venetum decus propagare, rem chriſtianam tueri, tuumque nomen per hæc immortalitati*

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1472 *commendare . Deus Optimus Maximus tuos ſecundet ſucceſſus : ſpero fore , ut tua unius virtute ingentes clades , quas chriſtiano nomini immaniſſimus hoſtis intulit , brevi majore quodam barbarorum incommodo reſarciantur* . Ad ea Mocenicus pauca de ſe, ſed de Venetis magnifice multa eſt pollicitus: modo chriſtiani Principes ii eſſent, qui ad id bellum conficiendum Venetas opes juvare vellent. Atque cum his Pontificis Legatus in Italiam, Venetus Neapolim Peloponneſiacam diverſi abiere .

Adoleſcens eximiæ indolis armamentarium, quod Callipoli erat, noctu incendit .

Hic dum imperator muniendo oppido inſtat , Siculus adoleſcens (Antonio ajunt fuiſſe illi nomen) ad eum venit : fuerat is Chalcidica expugnatione captus : edocet exploratam ſe habere claſſem, quam ſubductam Othomanus Callipoli haberet : cum toto armamentario , quia noctu non aſſervaretur , facile concremari poſſe : ac ſi darentur ſibi fidiſſimi comites, fore ut intra paucos dies audiret , a ſe nihil vani allatum . Exoſculatus adoleſcentis indolem Venetus , magnis onerat pollicitationibus . Sociis & navigio comparatis , mox ille negociatorem mentitus, ſcapha pomis referta Dardanulos ſuperat : inde quum Callipolim adplicuiſſet , ſordido quæſtui per diem intentus (quando majus omnino facinus animo agitaret) ſequenti nocte armamentario cum centum navium apparatu incenſo , in naves quæ proximo loco ſubductæ ſtabant , ob concurſum hominum ad primam flammarum eruptionem factum , ignem injicere non potuit . Ipſe Helleſpontum trajicere ſtudens , navi qua erat , ob ignem temere disjectum , incenſa , in proximam ſylvam concedere coactus eſt , ubi cum ſociis in quam profundiſſimam potuit partem ſeſe illatebravit : ſed ubi poma fluitantia paſſim conſpecta ſunt , naviculaque proximo loco demerſa , confeſtim rati quod erat, heſterni illius negociatoris opera id factum , ex fuga poſtridie uno ex ſociis perempto , qui non impune occubuit, retracti , ad Othomanum Siculus & reliqui ſunt miſſi : a quo rogatus adoleſcens , qua ſua injuria tantum facinus patrare eſſet auſus , ferociter & intrepide reſpondiſſe dicitur : *Communi chriſtiani nominis hoſti nocere voluiſſe : aggreſ-*

greſſum ſe facinus omnino pulchrum : ſed pulchrius adhuc aggreſſurum fuiſſe , ſi ut in nauticum apparatum flamma , ita in Regis caput ferro graſſari licuiſſet . Demiratus adoleſcentis indolem Mahomethus , non Porſenam Regem , ſed barbaram feritatem ſecutus , eum cum ſociis medium ſecari juſſit . Patres poſtquam illum ſuo præmio ornare non potuerunt , dote ejus ſorori ex publico data , annuum fratri ſalarium conſtituere . Hybernabat Neapoli claſſis , eratque imperator (ut dixi) oppido & claſſi muniendæ intentus , dum Perſarum Regis & Catharini Zeni literæ ad Principem & Senatum eo allatæ ſunt , quibus idem fere petebatur , quod & per legatum paucis ante menſibus ; eas ſubito Mocenicus triremi ad id parata Venetias perferendas curavit . Quibus Patres moti , confeſtim ingentem tormentorum numerum undique expediunt; vaſa ad hæc aurea magnifice cælata , Veronenſis panni vim maximam , & ex purpura multos , nonnullos etiam aureos Regi dono deſtinant : centum præterea juvenes , qui æneas machinas exercerent , quibus Thomas Himulanus eſt præfectus . Joſephus Barbarus , homo magnus natu , verum Perſicæ linguæ non ignarus , eſt miſſus , qui publico nomine ad Regem munera defferret : quorum tanta vis fuit , ut tres onerariæ ad ea convehenda inſtructæ ſint . Omnibus itaque paratis , Barbarus proſpera uſus navigatione , in Cyprum delatus eſt , mox ubi in maritima Ciliciæ aut Syriæ veniſſet , ad amicum Regem tranſmiſſurus . Mandant ad hæc Patres Mocenico per literas , ut ad Uſuncaſani juſſa habeat claſſem paratam , confeſtim eo iturus , quo ab illo accerſeretur .

Othomanus interim , Byzantio præſidiis munito , ingentibus copiis in Aſiam tranſmiſerat , ut tanti belli incendio occurreret . Venetus & ipſe (quia fama erat Caramanos fratres , Perſarum Regis ſocios , quos Othomanus paterno regno ſpoliarat , maritima Ciliciæ oppida oppugnare) Perſæ gratificaturus in Cyprum ſub vernum tempus cum tota claſſe venit , ut maritimis auxiliis Caramanas opes juvaret . Idem ferme equitum aliorumque navalium ſocio-

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1473 fuit, qui & ſuperiore anno apparatus. Rhodii duas inſtructas naves dedere: Cyprius Rex, & amicus, & belli ſocius, quatuor: atque ita aucta claſſe, ad Ciliciæ littora Seleuciæ proxima Venetus applicuit. Ibi tum Caramanus Seleuciæ obſidendæ gratia caſtra habebat. Eſt portus, quem Theodori dicunt: eum Venetus claſſe occupavit. Fuit ibi olim Veneris templum, ac propter loci opportunitatem frequens piratarum habitatio. Extra oppidi ruinas in ipſo littore vetuſtiſſimum extat fanum miræ magnitudinis, quadratoque lapide ædificatum: hic Caſſambetus, ex Caramanis fratribus minor (Pirametus enim, major natu, Ciliciæ Rex, in Perſicis caſtris erat) oratores ad Venetum mittit, qui ejus acceſſum gratulati, memorant, Caramanos fratres ſemper ob paternam amicitiam in Venetis ſpem maximam habuiſſe: docent ad hæc, jam quartum menſem Caſſambetum tria Ciliciæ oppida obſidere, Sichinum, Seleuciam, & Corycum: quibus ſi quandoque potiretur, fore affirmabat, ut totum regnum brevi recuperaret: deeſſe illi tormenta, atque alia bellica opera ad urbes expugnandas. Orant igitur, ut Regi ſocio, & Veneti nominis amico, tantiſper auxilio eſſe velit, donec paternum regnum, per injuriam ab Othomano communi hoſte ereptum, recuperaret. Oratoribus bene ſperare juſſis, Victorem Superantium legatum ad Caſſambetum Venetus mittit, ut cum eo de ratione adminiſtrandi belli ageret; ille coram didicit, ex tribus oppidis, quæ oppugnabantur, Sichino primum expugnato opus eſſe, quo recepto, apparebat reliqua continuo in fidem reditura. Tenebat id oppidum Muſtapha Cilix, homo perfidus, & qui cum fortuna fidem mutaverat: amicus olim Caſſambeti & fratris, ſed eorum principatu everſo, Othomani ſecutus arma, id oppidum per injuriam occuparat. Coriolanus Cepio, Tragurinus, ad explorandum locum miſſus, retulit oppidum edito eſſe loco ſitum: murum tenuem, & ſine pinnis; imbellem turbam, cæte-

Sichinum expugnatur.

cæteraque victoriam polliceri. Ad eam oppugnationem 1473
Venetus iturus, Lodovicum Lombardum Venetum cum decem triremibus ad Corycum mittit, ne quid commeatus a mari oppidanis ſubveheretur. A continenti Caramanus cum ſuis copiis hoſtem urgebat: ad Sichinum reliqua claſſis admota, oppidumque oppugnatione tentatum, ob ſitus aſperitatem capi non potuit. Eo ſucceſſu oppidani elati, in Venetos pedem referentes invecti: *Ite*, inquiunt, *Veneti, & mari & piſcibus imperate: continentis imperium Othomano relinquite*. Tentavit per caduceatorem Venetus Muſtapham ad voluntariam deditionem trahere, hortatus, ut Venetam fidem potius quam arma experiri vellet. Tum, quia a pace barbarus omnino abhorrebat, oppidum gravi oppugnatione adortus, bellicis machinis a parte boreæ ſtatutis, quoniam muros diſturbare cœpiſſet, territum hoſtem ad deditionem compulit. Muſtapha cum ſuis abire permiſſo, oppidum Venetus Hiſupho Caramani præfecto tradidit. Inde quum ad Corycum rediret, Zancius regiæ claſſis præfectus cum decem triremibus illi medio curſu occurrit. Alluitur Corycus duabus partibus marino fluctu: reliquum a continenti profundiſſimam habet foſſam, duplici undique muro vallatam: portus illi ab occaſu æquinoctiali eſt, cujus aditum ipſa mœnia ab omni injuria defendunt. Eleuſia inſula ad auſtrum trecentos inde paſſus alto quadratoque lapide munita adjacet. Loci naturam aliquanto prius ex ſumma puppi Venetus contemplatus, mox dat ſuis ad irrumpendum ſignum; ad quod per crebros bombardarum ictus & tela, dextra lævaque cadentia, triremes portum occupavere. Copiis inde in littus expoſitis, Mocenicus mittit, qui a præfecto urbis ſciſcitaretur, an, deditione facta, vellet inde abire: a quo quum ferociter reſponſum eſſet, non Muſtapham, virum imbellem, illic eſſe, ſed eum qui regiæ cohortis militibus ad urbis præſidium miſſis præfici meruiſſet. Turcorum Principum mos eſt, ex omni capti-

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1473 captivorum numero quintam ſibi partem vendicare. Pueros fere a decimo anno ad ſextum decimum legunt; ſi captivi deſunt, e provinciis chriſtiano nomini ademptis, vel parentibus invitis per inquiſitores capiuntur. Eos a pio cultu averſos Mahomethana ſuperſtitione imbuunt, imbutos præceptoribus militari diſciplina inſtruendos tradunt; ubi vero adulti ſunt, cum Principe militant, eoſque *Janizaros* vocant. Qui ingenio & indole præſtant, ad dignitatem promoventur: ex his Subaſſas, Flambularios, provinciarum, urbium, & arcium præfectos legunt: cætera turba partim ad oppidorum præſidia, partim ante januam Principis excubant, illius latus, ſi quando domo egreditur, ferro ſtipant. Ex his lectiſſima illa & quaſi prætoriana cohorte in bello utuntur Reges. Iis Corycum quoque per id tempus Othomanus firmarat, quorum virtute fretus Hiſmael oppidi præfectus, ad deditionem nullo modo inclinabat. Sed ubi viribus opus eſſe, non minis apparuit, & a meridie, ab Eleuſia, & ab occidua parte Venetus æneas machinas ſtatuit, quibus quum jam murus ea parte, qua ad Eleuſiam vergit, diſturbari cœpiſſet; incolumitate ſibi & ſuis pacta, deditionem fecit Hiſmael: a quo oppidum receptum Venetus Caramano reſtituit. Inde ad Seleuciam oppugnandum ire pergit. Seleucus, unus ex Alexandri Macedonis ſucceſſoribus, eam quinque millia paſſum a mari condidit: urbs nunc vetuſtate collapſa eſt. Arcem natura & opere munitam Neſembegus præſidio tenebat, qui etſi ab initio ab omni deditionis mentione abhorrere viſus eſt, ubi tamen tormenta & alia bellica in ſe opera expediri vidit, & ipſe cum præſidio arcem Veneto tradidit: traditam ille per Superantium legatum amico Regi reſtituendam curavit. Caramanus, recuperato regno, equum argenteis ephippiis phaleriſque ornatum, pardumque ad hæc cicurem Veneto imperatori dono miſit, egitque gratias, quod ipſius opera in paternum eſſet regnum reſtitutus, affirmans

Ut & Corycum.

Caramanus in regnum a Mocenico reſtituitur.

mans fore, ut quicquid deinceps fortunarum habiturus eſſet, acceptum ſe illud Veneto nomini cum fratre relaturum. 1473

Profligato in Cilicia bello, quum de Perſicis caſtris nihil afferretur, Lyciam adhuc bello intactam Mocenicus aggredi ſtatuit. Verum quia nunciabatur, Jacobum Cyprium Regem dyſenterico morbo graviter laborare, in inſulam officii gratia divertit. Hic Venetus poſt mutuam ſalutationem, de morbo, deque ejus curatione non pauca, ut fit, percontatus, ut bono eſſet animo, ac vim morbi fortiter perferret, Regem hortatus eſt. Tum ille: *Video*, inquit, *ac ſentio, clariſſime imperator, me graviſſimi morbi afflictatione in apertum vitæ diſcrimen adductum: & ne mihi placeam, quod de ſalute ſperem, nihil habeo. Amantiſſimam igitur conjugem jam gravidam cum poſthuma ſobole hæredem inſtituo. Ea, ut ſcis, Marci Cornarii filia eſt, quam Venetus Senatus in filiam prius optatam mihi matrimonio locavit. Si igitur (quod vehementer vereor) vita deceſſero, & conjugem ipſam, & regnum Veneto nomini commendo: tuque, ſi ita opus erit, pro noſtra amicitia, proque imperii majeſtate, eam cum ipſa prole totoque regno ab omni quæſo tueare injuria. Quin habes*, inquit Mocenicus, *Rex inclyte, quod & ætate integra, & corpore adhuc valido optime ſperare debeas. Sed ſi, quod nolim, aliter evenerit, eam tecum ſpem feras, neque me, neque Venetus opes tuis unquam defuturas.* Atque cum his ab eo digreſſus, celeri navigatione ad inſulas Lyciæ propinquas cum tota claſſe devenit, inde in continentis oram tranſgreſſus, ingenti primum ex tota terra præda adducta, Mycram (oppidum non multum a mari recedens) quia ſpes voluntariæ deditionis nulla dabatur, oppugnare eſt adortus, bellicis machinis a duobus lateribus admotis, & qua auxilia ſperari poterant, foſſa & vallo objectis. Et jam murus aliqua ex parte concuſſus erat, quum Ajasbegus, Lyciæ præ-

Rex Cyprius moriturus conjugem Mocenico commendat.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1473 præfectus, cum ingenti evocatorum manu affuit. Peloponnesiacus eques venienti illi objectus est, ac conserto prælio, utrinque cruento marte pugnatum: demum Ajasbego cadente, fusis fugatisque cum cæde barbaris, ad centum quindecim cæsorum capita in castra sunt delata: quæ cum Ajasbegi capite hastis præfixa, atque proximo loco, ut ab oppidanis conspici possent, admota. Fractus suorum casu Charagus Triballus, qui cum valida militum manu intus erat, disjecta ad hæc jam murorum parte non parva, salutem sibi & oppidanis paciscitur, ut quo vellent, incolumes abire liceret. Oppidum Veneto relictum diripitur, direptumque, subjecto igni, incendio est absumptum. Hinc classis ad Fiscum admota, quod contra Rhodiorum civitatem olim fuit, nunc vestigia tantum visuntur: circumjectus ager vicis habitatur: eum Peloponnesiacus eques in terram expositus cum sociis navalibus prædatus est. Et jam ad Hellesponti angustias superandas animum imperator adjecerat, edixeratque navium præfectis, ut ad eam expeditionem se accingerent: quum oratores a Carlota, Cyprii Regis sorore (quæ multis ante annis a fratre regno pulsa, Rhodi exularat) affuerunt: nunciant hi, Cyprium Regem, a quo Carlota soror hæreditario regno (quia legitime nata esset) per injuriam fuerat spoliata, vita per eos dies decessisse: orant proinde opem, rogantque, ut amici olim Regis filiam, & Allobrogum Ducis nurum, auxiliis juvare vellet, atque in paternum regnum restituere, unde per injuriam a fratre, verum concubinæ filio, ejecta esset. Ad ea Venetus imperator, veteri Jacobi Regis fœdere & amicitia cum Venetis memorata, omnia dicere, quæ jure præstari possent, se publico nomine Carlotæ præstiturum. Verum mirari se, eam ignorare, regnorum jura in armis, non lege consistere: Nec regnum illi soli, sed Genuensibus quoque, qui ad id tempus non parvam insulæ partem occupatam

Eam Mocenicus adversus querelas Carlotæ Regis sororis ceu filiam Venetam in regno confirmat.

tam tenuissent, ademptum: Scire ad hæc se, 1473
defuncti conjugem Veneti Senatus per adoptionem filiam, quia gravida relicta esset, cum posthuma sobole hæredem ab illo ante mortem institutam: Hujus igitur, ut justius, ita libentius se rationem habiturum, dicere, quæ & Regis uxor, & ex eo mox futura esset mater: quæ Veneto sanguine procreata, Veneti Senatus per adoptionem filia esset: Irent igitur, & aliunde quærerent auxilia adversus eam, quam ipse pro majestate Veneti imperii esset ab omni injuria vindicaturus. Cum his legatis a se dimissis, jam jam Hellespontum versus moturus, literas a Catharino Zeno Mocenicus accepit, quibus docebatur, Persarum exercitum Othomanique non multum inter se distare: atque eo consilio castra pene contulisse, ut collatis signis de summa rei acie dimicarent: operæ precium facturum, si in maritimam Ciliciæ oram primo quoque tempore cum tota classe veniisset, quo Persarum Rex diceret se copias admoturum, ut ibi cum eo de ratione gerendi belli ageret. His literis continuo ab Hellespontiaca expeditione in Ciliciam Venetus cursum avertit atque in Myreneorum agrum, qui Lyciæ est, excursione subito facta, in Cyprum divertit. Hic Reginam ob mariti mortem mœrore & luctu affectam, consolatus, hortatusque ut bono esset animo, nec ullius belli minas horreret: paratum esse se ad omnes novos motus ipsius dignitatem tueri, ac procul regno injuriam omnem propulsare: subito in Ciliciam transiit. Et quum ad Corycum classem haberet, Lodovicus Lauretanus pontificiæ navis præfectus, ad eum venit. Ait is, se a Spalatensi Antistite missum, qui Pontificis Legatus cum decem triremibus Rhodum veniisset, ut ex eo sciscitaretur: *Quid esset agendum: an in animo haberet, pulchrum aliquod in Turcos facinus edere:*

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1473 *re : quoniam ſi id animo moliretur , ſe præſto cum tota claſſe affuturum* , diceret . Apparebat ea denunciatione , pontificium Legatum ſine ſpe alicujus rei magnæ gerendæ , non ulterius progreſſurum : videbaturque id poſtulare , quaſi nihil ad eam diem actum eſſet . Cujus rei indignitate Mocenicus motus , non potuit temperare quin diceret : *Videri fortaſſe pro magnitudine animi parva novo Pontificis Legato quæ ad eam diem ipſe in hoſtem geſſiſſet : ſed illis qui ea paſſi eſſent , non modo non levia videri , ſed tam moleſta etiam & gravia , ut ne majora quidem mala pati potuiſſent . Verum integrum ei eſſe , velit nec ne cum Veneta claſſe pontificiam jungere . Quod ad ſe attineret , ingenue polliceri , Pontificis cauſa naves , viros , Legatum ipſum chariſſimum futurum ; atque eorum ſe non minorem quam Venetarum rerum rationem & ubique & ſemper habiturum .*

Et jam plures dies circa Ciliciæ littora Veneta claſſis hæſerat , quum ex Catharini literis eſt cognitum , Perſas bis cum Turco conflixiſſe . Duo ſummi magiſtratus apud Othomanum habebantur , Anatoliæ unus , alter Romaneæ : ille omnibus Aſiæ provinciis , hic vero Europæ præerat . Totam enim Pontici maris oram , a Tauricia Cherſoneſo uſque fere in Peloponneſum , recentes Romaneam dixerunt . Suſpicari libet , id nomen factum ſub id tempus , quo Romani imperii ſedes ex urbe Roma Byzantium translata eſt . Anatoliam contra , & quæ Pontus olim dicebatur , cum tota Helleſpontiaca ora , Cariæ , Lyciæ , & Pamphiliæ tractu . Horum Rex , & quum de re aliqua quæ magni eſſet momenti agebatur , & in bellicis maxime gerendis , utebatur opera : uterque barbaro nomine *Baſſa* nominatur . Qui igitur Europeæ oræ præerat , cum Uſuncaſani filio congreſſus , ingenti prælio victus occubuit . Perſæ & viris & equis Tur-

Othomani Turci & Uſuncaſani Perſæ conflictus .

Turcos præſtare creduntur : quod & pugnæ eventus eo tempore declaravit ; fuſæ nanque ac fugatæ a Perſis Othomanicæ copiæ , pene omnes cum ipſo duce occidione occiſæ ſunt : quadraginta Turcorum millia ea acie conflixiſſe dicuntur , Perſarum triginta millia . Ea victoria Rex elatus , poſtero die Othomani caſtra circumſedit . Muniverat interim ille ſibi locum mediis caſtris , quo ſe quaſi arce quadam tutiſſima continebat : inde circuitu quatuor millium paſſuum foſſam vallumque caſtris circumduxerat : poſt vallum circumquaque currus , ferreis catenis inter ſe connexis , binas ſinguli machinas habentes . Ingens ad hæc tormentorum vis ad tuendas munitiones undique diſpoſita erat : ad ea in hoſtes exercenda quindecim hominum millia parata erant . Intra vallum quinque & viginti lectorum equitum millia continebat , Thraces , Triballoſque omnes : peditum , quos *Janizaros* vocant , viginti millia , manum prope invictam , & Macedonicæ phalangi aſſimilem . Sub primum igitur hoſtis acceſſum multa tormentorum millia uno tempore in confertas hoſtium catervas excuſſa ingentem hominum equorumque edidere ſtragem . Hic Uſuncaſani Regis filius , adoleſcens ferox , ac proxima victoria ferocior factus , prima acie pugnans plumbea glande trajectus occubuit . Perſæ fœda ſuorum ſtrage territi , conſternatiſque ad id inſolito machinarum ſonitu equis , terga vertunt . Tum eruptione ex caſtris facta , Turci victis inſtant , paſſimque fugientes obtruncant . Omnis Perſarum exercitus equeſter erat : celeritate equorum proinde freti , ex Turcorum conſpectu præcipiti fuga abierunt . Caſtris victor potitus , fugientem ulterius perſequi non eſt auſus . Rex in Armeniæ montes , ubi uxor & liberi erant , ſe recepit . Othomanus , quoniam hoſtem caſtris exuiſſet , quaſi victor , miſſo exercitu , Byzantium eſt reverſus . Perſarum trecenta ac quinquaginta bellatorum millia fuiſſe dicuntur , Turcorum trecenta ac viginti : ſed horum quadra-

1473

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1473 draginta millia, illorum decem desiderata: Persæ virtute superiores, Turci arte & ingenio fuere. Hæc igitur quum ex Zeni literis imperator cognovisset, ex Cilicia in Cyprum concessit; nam ob adversam pugnam Zenus scripserat, Regem in maritimam oram eo anno non venturum. Mocenicus puerum, quem per eos dies Regina enixa, erat, ex baptismi lavacro sustulit. Erat Andreas Cornarius in insula, Reginæ patruus, vir magni ingenii: hujus consilio in rerum administratione præcipue Regina utebatur. Ab eo Mocenicus multa de statu insulæ sciscitatus, cognovit omnia pacata esse: verum ne tantum regnum præsidio nudum relinqueretur, præter naves illas quæ cum muneribus eo sub initium æstatis venerant, duas triremes addidit, quas omnes Phamagustæ præsidio esse voluit, atque Cornarii dicto audientes esse. Eo Pontificis Legatus cum duabus triremibus venit, reliquas Chium a quæstore abductas docuit. Inde non multo post ambo profecti, in Rhodum primo, inde in Chium transivere: Cycladasque circumvecti, in Peloponnesum venerunt: unde Spalatino Antistite in Italiam abeunte, Venetus Methonæ subsedit. Hæc æstate illa foris gesta. Thronus Princeps medio fere autumno vita decessit, quum anno uno & mensibus octo Rempublicam administrasset. Ad ædem Minorum situs est, ubi Philippus filius magnificentissimum illi ex candido marmore & auro sepulchrum secus aram maximam erexit. Nicolaus Marcellus, homo eximiæ pietatis, in demortui locum suffectus est. Hujus principatu in comitio vetusta rerum series, quas Veneti pro Alexandro, Romano Pontifice, adversus Fœdericum Imperatorem olim gessere, nova figuratione cœpta est instaurari. Negocium Gentili Bellino datum, viro nostra tempestate pingendi peritissimo, quippe quem ad Othomanum Turcorum Imperatorem, post pacem cum eo factam, Constan-

Nicolaus Marcellus in locum Throni Ducis demortui surrogatur.

stantinopolim missum, quum multa & eximia ejus 1473
artis experimenta edidisset, equestri ille dignitate, amplissimisque muneribus donatum, domum remisit. Eo quoque Principe argenteus nummus est percussus, quem *Marcellum* ab auctoris nomine dixere.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

IN LIBRUM DECIMUM EPITOMA.

Cypri insulæ descriptio, atque insulanorum motus cum Cornarii cæde principio referuntur: Conjurati Venetæ classis interventu insula excesserunt: Mocenicus statum insulæ sua præsentia firmavit: Albaniæ, Epiroticæ, & Scodræ descriptio: Solimanus Eunuchus Scodram ingentibus copiis oppugnare adortus est: Veneti terra & aquis Scodrenses obsidione levare conati sunt: Venetæ triremes in Boliana prospere in Turcos depugnarunt: Turci ingenti strage a Scodræ mœnibus sunt repulsi: Triadanus Gritus Boliano cœlo affectus Cathari vita decessit: Pannoniæ Rex sæpius per id tempus in Turcos prospere pugnavit: Scodra obsidione soluta est: Antonius Lauretanus, cujus præcipua opera Scodra servata fuerat, imperium classis adeptus, Naupactum primo, inde Lemnum opportuno accessu servavit: Veneti in Epiro ad Crojam prælio victi ingentem cladem acceperunt: Nec multo post in Italia ad Sontium amnem, florentissimo equitatu amisso, Forojulianus sive Carnicus ager a Turcis ferro & igni vastatus est: Scodra longe atrocius quam quadriennio ante est a Turcis oppugnata: Turci novissime in Italiam eruperunt: Pax cum Othomano tandem secuta est, quum Scodrensis adhuc obsidio teneret: In insulis ob Zacynthi præsidium, bellum pene renovatum est: In Hetruria post res cum Turco compositas, aliquandiu est pro Florentinis bellatum.

M. AN-



M. ANTONII SABELLICI, RERUM VENETARUM AB URBE CONDITA, *DECADIS TERTIÆ,*

LIBER X.

CYprus insula novis inde motibus agitata, mediis Venetum hybernis excivit. Erant multi in ea Gotholanici sanguinis viri, quos Jacobus Rex, nobilibus fere omnibus ex insula cum Carlota sorore ejectis magnis opibus dotes sparsim toto regno collocarat. Exercuerant illi jam antea piraticam, erantque rapto vivere assueti: ac tum mortuo Rege (quanquam illius largitione amplas possiderent opes) novas res tamen moliri cœperunt. Erat in his Cyprius quidam Antifes, vir inter suos populares 1473 *Motus in Cypro insula.*

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1473 non minus ingenio quam fortuna eminens: fungebaturque per id tempus, quo Rex vita deceſſit, apud Ferdinandum Regem oratoris munere; adjecit is animum ad regnum per tyrannidem occupandum. Quod ipſum ut commodius conſequeretur, Ferdinando perſuaſit, ut ſe auctore curaret Jacobi Regis filiam ex concubina natam, filio ſuo & ipſi notho, matrimonio locandam; ad quod negocium ſubito tranſigendum, Antiſtes cum uno ex regiis purpuratis, cui multa & magna Ferdinandus credere ſolebat, duabus triremibus in Cyprum navigavit. Venetus qui Methone erat, regiarum triremium acceſſu audito, ratus, quod erat, illas haud fruſtra in inſulam miſſas, confeſtim & ipſe Coriolanum Cepionem, & Petrum Tholmerium Dalmatas cum duabus triremibus in Cyprum ire jubet, atque a Regina ſciſcitari, an inſulani ad eam diem aliquid novi moviſſent. Cæterum ſi quid eſſet, unde inſidias timeret, diceret quid opus eſſet facto: paratum eſſe ſe cum tota claſſe, ſi res ita exigat, ſubito in inſulam proficiſci. His nuper profectis, ex literis a Cretenſium Duce redditis Mocenicus cognovit, jam Cyprios ad defectionem ſpectare: verendum eſſe, niſi inſulanorum conſilia ſubito illuc Venetæ claſſis appulſu opprimerentur, ne ſtatus inſulæ in diſcrimen aliquod adduceretur. His literis motus claſſis imperator, ſtatim Victorem Superantium cum octo aliis triremibus in Cyprum mittit: qui prius in Cretam venit, quam duæ illæ triremes quæ præceſſerant, inde profectæ eſſent. Jubet Superantius Coriolano, ut ire pergeret, ſe cum reliquis navibus ſubito affuturum. Dum hæc Veneti properant, interim Cyprii, conſpiratione cum ſuo Antiſtite inita, ſumptis noctu armis, Polyzapam Cyprium, & Reginæ medicum, qui ſubito clamore territi in illius cubiculum confugerant, obtruncant. Andreas Cornarius ſub primum tumultum in arcem confugerat, a cujus præfecto non admiſſus, inter duos muros arcis delituit: mox vero unius indicio proditus, accepta prius a conjuratis fide, quum in æquum deſcendiſſet, confeſtim & ipſe cum Marco Bembo ſororis filio trucidatus eſt: jacen-

Cornarii cædes.

centium cadavera, detractis veſtibus, conſpirati nuda ſtatuerunt. Patrata cæde, ad prætorem, quem ex fœdere Veneti in ea inſula habebant ut ſuis popularibus jus diceret, pari conſternatione concurrunt. Erat tum prætor Nicolaus Paſchalicus: eum conjurati docent, Andream Cornarium a militibus quibus ſtipendium non ſolviſſet, occiſum: nolle ſe cædem illius noctis, quæ ob unius avaritiam ſecuta eſſet, cuiquam ſuorum apud Venetos fraudi eſſe: ſe quidem & in Reginæ fide, & in Venetorum amicitia perpetuo manſuros affirmant. Poſtulant igitur ab eo, ut Venetæ claſſis imperatori ſcribat, Cornarium ſua culpa cæſum videri, quoniam milites ſtipendio fraudaſſet: miſſuros præterea ſe ad Principem & Patres, qui inſulanorum nomine Reginæ & filio perpetuam fidem, Veneto autem nomini amicitiam pollicerentur. Paſchalicus, etſi alio eorum conſilia ſpectare videbat, tamen pro veris aſſimulans ſe ea accepiſſe quæ conjurati dixerant, pollicetur ex eorum ſententia ad Mocenicum ſe ſcripturum. Illi interim regiam ingreſſi, Regis filiam annorum ſex Ferdinandi Regis notho deſpondent: Galilei Principis titulum (quem regni ſucceſſores libenter uſurpare conſueverunt) prædiaque ad id & multa & magna, dotis nomine illi aſcribunt. Quibus ita comparatis, confeſtim regium aulicum, qui Cyprium Antiſtitem ſecutus in inſulam venerat, cum altera triremium ad Ferdinandum dimittunt, cui omnia quæ acta eſſent, ſtatim nunciari volebant. Mittunt Venetias quoque, qui coram Patribus ſatisfacerent, lenirentque Cornariæ cædis atrocitatem, aut ſi nihil pacati redderetur, protraherent ſaltem quoquo modo poſſent bellum, ut non prius a Venetis inferretur, quam ipſi ſuas opes firmaſſent. Jubent ad hæc, ex ſua ſententia Reginam ad Mocenicum ſcribere, Andream patruum ob ſuam avaritiam a militibus cæſum, ſe cum filio libere regnum adminiſtrare, Cyprios omnes in fide & officio eſſe; quæ puella a conjuratorum armis circumventa, recuſare non eſt aula. Ab his illi ad partes ſuas firmandas con-

1473

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1473 verſi, arcibus fidos ſibi viros, & ſceleris conſcios præficiunt.

1474 Affuit interim Coriolanus, qui, diſſimulata injuria, nunciat Reginæ, compertum Venetis eſſe, Ægyptiorum Regem Carlotæ Cypri regnum promiſiſſe: præmiſſum itaque ſe ab claſſis imperatore, ut ipſi & Cypriis nunciaret, uti bono animo eſſent: adventare Superantium legatum cum octo triremibus, ac brevi poſt Mocenicum ipſum cum reliqua claſſe affuturum: paratos eſſe Venetos Reginam, & puerum ex ea natum, cum toto regno ab omni externa injuria tueri. Ad eum nuncium Regina cum omnibus bonis in ſpem erecta eſt. Conjurati contra, ſuis vehementer rebus timere cœperunt. Quarto inde die legatus affuit: ſub cujus appulſum duo ex conjuratis, accepta fide, ad eum venerunt: hi multa de iis quæ acciderant locuti, culpam cædis in unius Cornarii avaritiam rejicientes, pollicentur ſe & alios omnes in priſtina fide manſuros, nec ſe antiquius quicquam habituros, quam ut Venetam omni tempore colant amicitiam. Superantius, etſi videbat inſulanorum verba factis non reſpondere, tentavit tamen eos ad ſanitatem retrahere, affirmans fore, ut Veneti nominis non amici tantum, ſed amiciſſimi crederentur, ſi arces & vectigalia Reginæ continuo reſtituerent. Nam quod ad Cornariam cædem attineret, eam injuriam privatam non publicam eſſe, dicere. Irent igitur, & ea ratione ſuum in Venetos ſtudium probarent. Promiſerunt illi ſecundum legati poſtulata ſe facturos: ſed quum alia atque alia cauſantibus, ludificationem eam eſſe apparuit, tum Superantius & ad imperatorem & ad Senatum ſcripſit, Reginam nefaria paucorum conſpiratione cum filio oppreſſam, ac niſi mature ſubveniatur, fore ut brevi poſt & regno & regio nomine ſpoliaretur. Venerat interim ad Mocenicum conjuratorum orator: quo amariſſimis verbis increpito, ac ſine ſpe ulla pacis miſſo, ipſe periculo rei motus, etſi Triadanum Grittum ſibi ſucceſſorem deſignatum ſciebat, haud tamen in re tam atroci deſidendum ratus, ſeptem triremibus quæ ad Syriacam & Alexandrinam negociationem

nem exierant, retentis, Alexandrinas in Cretam mittit, 1474
Syriacas Neapolim, ut hæ Peloponneſiaco, illæ Cretenſi
explerentur equite. Mandat & inſulæ magiſtratibus, ut
quotquot onerarias nacti eſſent, cibariis onerent, atque
in Cyprum mittant. Ipſe præſidiario milite ex proximis
urbibus in naves, quas undique ex inſulis & reliqua Græcia accerſiverat, impoſito, Rhodum verſus cum omnibus
copiis abiit. Inter eundum Superantii legati literæ de
inſulanorum conjuratione & aperta defectione redduntur:
quæ res effecit, ut adhuc magis properare perrexerit.
Ubi vero Rhodum appulſum eſt, ac copias quæ nondum
aderant, expectaret: ecce recentioribus literis fit certior,
conjuratos, audito armorum apparatu, validæque claſſis
adventu, Cypro inſula exceſſiſſe, ac res omnes jam tuto
loco eſſe. Reginæ autem literæ etſi ita eſſe affirmabant, *Conjurati Venetæ claſſis interventu inſula excedunt.*
nihilominus efflagitare, ut claſſis imperator, ſi Reipublicæ commodo fieri poſſet, in inſulam omnino annavigaret: ſupereſſe adhuc multos, qui ſcelerati conſilii participes multa in ſe eo tumultu geſſerant: ac tum quoque
violenta uſurpatione multa ad ſe trahentes, omnia turbarent: certo ſcire ſe, niſi paucorum potentia frangeretur, fore, ut brevi poſt inſulæ ſtatus in aliquod majus
diſcrimen incideret. Hujuſmodi literis commotus ille,
Rhodo profectus, paucis diebus in Cyprum venit. Sedet
ipſa inſula in ambiguis fluctibus: ab occaſu Pamphilio
mari alluitur, a meridie Ægyptio, ab oriente Syrio, a
borea & ſeptentrione Cilicio. Acamantis olim dicta: Phi- *Cypri deſcriptio.*
lonides Ceraſim vocatam tradidit: Xenagoras Alpeliam,
Amathuſam, & Macaram: Aſtymonus Criptonem & Coliniam. Oppida in ea olim quindecim illuſtria, nunc pauca
omnino, in quibus Phamaguſta littoralis civitas. Timoſthenes ejus circuitum quadringentorum viginti novem millium paſſuum prodidit: Iſidorus trecentorum ſeptuaginta
quinque: longitudinem, quæ eſt ab ortu ad occaſum inter Dinareta & Acamanta promontoria, centum ſexaginta duum millium, Arthemidorus prodidit, Timoſthenes
ducentorum. Damaſtus falſo a ſeptentrione ad meridiem

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1474 ejus longitudinem ſignificavit . Eſt Cyprus virtute nulla inſularum inferior: vino abundat, ac oleo, frumenti quoque ſatis habet: habet & æris metalla, ac pleraque alia, quibus non minus , quam ob loci opportunitatem , quia Syriæ ſit propinqua , a negociatoribus frequentatur . Hic igitur Phamaguſtæ , quo primum appulerat , copias in Divi Nicolai campo, qui regiæ ſubjacet, per ſpeciem recognitionis, Regina & Cypriis ſtupentibus, in conſpectum dedit. Luſtrato exercitu, ſubito mercatorias naves & alias undique accerſitas cum toto equitatu aliaque evocatorum turba domum dimiſit , ſagittariis Cretenſibus cum veteri claſſe retentis : tum Veneti nominis viros cum ſagittariorum præſidio arcibus præfecit ; acerbiſſima inde quæſtione habita de iis qui Cornariæ cædis conſcii fuerant , ſceleris convictos capitali ſupplicio affecit , alios in ſuſpicionem criminis devocatos , in exilium egit ; multis noxiis vaſta inſula errantibus proſcriptis, igni & aqua interdixit. Qui in fide ea temporum novitate manſerant , conjuratorum bonis donati , ſuæ fidei præmium accepere . Ita Cypriis rebus compoſitis, literæ Marcelli Principis eo perferuntur cum Senatus conſulto , quo Cyprus provincia Mocenico decernebatur. Ipſe, etſi cuncta quæ ad inſulæ ocium pertinebant, jam antea providerat , erantque omnia pacata, publico tamen decreto ad Cypriæ rei præſidium remanere eſt coactus. Venerat interim in provinciam Jacobus Marcellus, novi imperatoris legatus : cui in Cyprum progreſſo decem Mocenicus triremes tradidit, quibus Ægei maris inſulas uſque ad Triadani adventum tueretur. Sed ubi eum quoque in Græciam veniſſe per literas factus eſt certior, videretque inſulæ ſtatum pacatiſſimum, Superantio legato (qui etiam decreto Patrum terreſtribus copiis in inſulæ præeſſe juſſus erat) cum decem triremibus ad regni præſidium relicto, ſalutata Regina, juſſaque bono animo eſſe, Venetas opes nunquam ei ad regiam dignitatem tuendam defuturas, ſcuto eximii operis, purpureoque ab ea vexillo ob res bene geſtas donatus, ex inſula cum reliqua claſſe profectus, quanquam etheſiis ex adverſo flantibus (erat enim

Mocenicus ſua præſentia ſtatum inſulæ firmat.

enim jam æſtas) Rhodum primo, inde in Cretam, no- 1474
viſſime Methonam venit.

Hic nunciatum eſt , hoſtem Scodram ingenti apparatu obſidere . Eſt oppidum in ea Dalmatiæ parte , quam ab Epirotis occupatam recentiores peculiari nomine *Albaniam* dixere : ſedetque arduo monte undique prono ac declivo , aliquibus etiam locis præcipiti. Habet ab occaſu lacum , qui octoginta paſſum millia circuitu patet , a nullo tamen veterum ſcriptorum , quod ſciam , celebratum: locorum incolæ Scodræ lacum appellant; ex eo navigabilis oritur fluvius , quem *Bolianam* appellant . Olim Drino fluvius ad ortum præter oppidum Plinii teſtimonio decurrebat , cujus alveus & pontis veſtigia adhuc extare traduntur: nunc mutato curſu, juxta Lyſſum duobus oſtiis decem millia paſſum a Boliana in mare decurrit. Planities , quæ inter ipſa duo flumina jacet , & campi illis circumjecti , miræ feracitatis dicuntur , ita ut & ſemina temere jacta , ſine alio humano cultu coaleſcant, pecoraque a paſcuis depelli neceſſe ſit , ne nimia ſagina pereant . Maritimam regionis oram cæduæ fere ſilvæ veſtiunt , ad fabricandas naves apprime idoneæ . Hanc locorum commoditatem Othomanus , qui ad Italiæ imperium anhelebat, ſecutus, Scodram ejus regionis caput expugnare ſtatuit , qua capta, videbat omnino fore, ut & reliqua terra potiretur . Solimano igitur Eunucho , quem in ejus præfecti locum qui Perſico bello ſuperiore anno occubuerat , Europæ provinciis præfecerat , gerendæ rei negocium dedit : tribuit ad hæc ex imperatoria cohorte Janizaros ad octo millia , & ad æneas machinas fabrefandas opifices centum . Is, accerſitis omnium provinciarum ducibus qui citra Helleſpontum Othomano parebant , octoginta armatorum millia contraxerat . Oppido itaque obſidione cincto , Bolianam quoque ponte junxit , cui Alibegum Triballorum audaciſſimum cum ſuis copiis præeſſe voluit . Nec ita multo poſt quam oppidum obſidere cœpit, quatuor æneas ingentis magnitudinis machinas ad muros diſturbandos fudit: earum materiem quadringentis camelis

Solimanus Eunuchus Scodram ingentibus copiis oppugnat.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1474 melis deportarat. Fudit & duodecim alias minores ad privata tecta diruenda. Mocenicus, audita Scodræ obsidione, subito Corcyram venit, ubi ei Principis literæ cum Senatus decreto redduntur, quo Scodræ tuendæ cum tota Epiri ora negocium sibi datum cognovit. Continuo itaque in continentem transiit, ubi Bolianæ ostium ingressus Triadanum Grittum successorem suum cum Aloysio Bembo legato invenit. Tum ille, etsi omnia suis auspiciis geri poterant: tamen minime ambitiosus, communi consilio cum Triadano provinciam administrare statuit. Primum itaque omnium Leonardum Buldonium cum quatuor triremibus Catharum mittunt, jubetque Joannem Cernovium, qui Illyricis lacum accolentibus imperabat, adire, eumque suo nomine monere, ut (uti fidum decebat socium) contractis undique copiis, tentaret aliquo modo Scodrensibus opitulari: Leonardus ipse, navibus studio fabricatis, cum Cernovio aquis obsessæ urbi suppetias ferret. Quinque deinde triremes per Drinonem fluvium ad Lyssi præsidium mittunt. Est id oppidum plano loco situm, & ut natura, ita quoque humano opere parum munitum. Efficit Drino duobus ostiis in mare excurrens insulam, quo se sub hostium adventum ex tota fere provincia agrestes (qui vicatim plurimum habitant) cum liberis & expeditiore supellectile receperant. Ad eam igitur tuendam, præter triremes ipsas, multa quoque navigia ad bellum instructa Veneti imperatores misere. Dyrrachium quoque quatuor triremibus, Epiroticoque equitatu firmavere. Fuit id oppidum primo Epidamnum, ab Epidamno conditore dictum, cujus nepos Dyrrachius ex filia, portum urbi adjecit, deque suo nomine Dyrrachium dici voluit, unde urbs ipsa postea nomen sortita est. Is in eo bello quod ductu Herculis adversus fratres gessit, Ionium filium amisit, qui ab Hercule per errorem occisus, & in proximos fluctus projectus, mari nomen dedisse dicitur. Hæc Græci scriptores. Latini haud tam veterem loci originem autumant, ajuntque a Romanis pro Epidamno Dyrrachium nuncupari cœptum, quia velut in da-

Veneti terra & aquis Scodrenses obsidione levare conendunt.

damnum ituris id omen visum esset. Illustris olim civitas, præcipueque bellorum civilium temporibus celebrata: eo enim Pompejus omnes belli apparatus in Cæsarem contulit. Nunc deserta, ac pene inhabitata est; eam Veneti ob portus commoditatem custodiunt. Post Dyrrachium, Butuanum, Antibarum, & Olchinum præsidio firmant. Olchinum olim, auctore Plinio, Colchinum dictum, quia a Colchis conditum: ab iis credo, quos ad Medeam insequendam in Hadriatici & Ionii maris oram venisse manifeste constat. Gravissimos auctores habeo, adhuc loci incolas vetustissimam conditorum sapere feritatem, qui præ cæteris ejus oræ accolis, hospitibus infesti habeantur. Imperatores ipsi ad Sergii fanum in oppidanorum conspectu cum reliqua classe consedere. Distat is locus a Scodra quinque passuum millia, a mari quatuordecim: ultra ædem fluvius, quia pluribus locis vadosus, triremibus navigari non potest. Ex eo loco mutua constantiæ signa, mane & vesperi accenso igne, ex classe & oppido reddebantur. Colligit sese in arctissimas fauces Boliana, infra templum ad Scalam, locum qui octo millia passuum a classe aberat. Eas angustias barbari ad triremes intercludendas catena & trabibus obstruere adorti, adduxissent omnino Venetos in discrimen maximum, nisi id per transfugam mature illi resciviissent: qui periculo rei commoti, confestim structis navibus, ad fauces occupandas contendunt. Jam hostis sub navium accessum confertissimo agmine ripam insederat. Coorta igitur subito pugna, barbarus Venetum sagittarum multitudine, Venetus illum lapidibus & glande plumbea machinis excussa affligebat, telaque ad hæc cujusque generis ingerens, fœdissimam edebat stragem. Tectus ipse ac munitus in hostem ad omnem injuriam expositum pugnabat, nec telum aliquod in confertissimum agmen irritum cadebat. Quingentis igitur amissis, pluribus vulneratis, cessit hostis. Veneti victores quatuor triremibus ad loci præsidium relictis, ad pristinam fani stationem redeunt. Plerique ex iis qui rei gerendæ interfuere, prius Triadani auspiciis adversus barbaros ad Bolia-

Venetæ triremes in Boliana prospere in Turcos pugnant.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1474 lianam pugnatum memorant, quam Mocenicus in provinciam veniſſet.

Dum hæc autem circa fluvium geruntur, barbarus die noctuque muros urbis, ac privata tecta termentorum ictibus quatiebat. Erat tum oppidi prætor, ac totius provinciæ legatus, Antonius Lauretanus, homo invicti animi, qui præſenti conſilio omnia circumſpicere, qua muros concuſſos, & ad ruinam jam pronos videbat, craſsiſſimo aggere interiore parte firmabat; dolia vinaria ruderibus referta, aggeri pinarum loco imponebat. Et jam obſidio, quæ circa majas idus cœperat, plures dies tenuerat: quum Lauretanus, miſſo per ſtationes hoſtium adoleſcente, Venetis ducibus ſignificat: etſi ipſe & alii bono eſſent animo, nec non parati diutius obſidionem ferre, tamen quia belli eventus dubius eſſet ſemper, viderent ipſi ſi qua ratione poſſent, ut omnino ſubſidium aliquod urbi ferrent. Tentarunt Triadanus & Mocenicus id Lauretano præſtare per Leonardum Buldonium & Joannem Cernovium: qui paratis pedeſtribus copiis, & claſſe in lacu non invalida, quia omnia hoſtis præſidio firmarat, conſerto prælio, re infecta ceſſerunt. Et quia campos ab hoſte inſeſſos, & circa flumen qua Scodram annavigandum erat, omnia præſidiis firmata videbant, apparebatque majoribus omnino copiis, & imprimis ingenti opus eſſe equitatu, ſi invitis hoſtibus ad urbem penetrare vellent, omni ſpe in oppidi ſitu, legatique & oppidanorum virtute repoſita, imperatores ab omni majore conatu in præſentia abſtinuerunt. Triadanus interim & Bembus legatus ob paluſtre cœlum gravi morbo laborare cœperunt: nec ipſi ſolum, ſed tota fere claſsis jam affecta jacebat. Illi procurandæ valetudinis cauſa Catharum ſe contulerunt: Mocenicus (quanquam nec ipſe omnino incolumis erat) Scodrinæ tamen oppugnationis exitum cum Maripetro legato expectare ſtatuit. Barbarus interim, proſtratis Scodræ mœnibus, nunc minis, nunc hortationibus, aliquandiu tentavit Lauretanum ad deditionem compellere; a quo cum nihil pacati redderetur, cratibus oppido pluteiſque admotis, quibus ſui tutius munitiones ſubi-

ſubirent, harpagonibus, manicis ferreis, falcibus longis haſtis præfixis partem militum inſtruit, præmiſsis qui plutéis teſtudineque ſequentem militem protegerent. Janizaros ſcuto & enſe armatos ſubſequi jubet; his ſagittariorum vim ingentem ſubjicit, qui telorum multitudine propugnatores conficerent; atque ita acie inſtructa, ſub lucem oppidum oppugnatione adoritur. Scodrenſes & ipſi ad ſummovendos hoſtes ſe pararant. Erant in oppido vaſa viminea, fimo bubulo oblita, quibus oppidani frumenta ſervare conſueverant: ea pice, ſtuppa, ſulphure complerant, in ſubeuntem hoſtem incenſa demiſſuri. Saxa ad hæc ingentia per munitiones diſpoſuerant, referſerantque æneas machinas parvis lapidibus, ut plures uno ictu lapides excuſsi majorem hoſti cladem afferrent. Quibus in hunc modum paratis, taciti, quouſque barbarus munitiones ſubiret, expectarunt. Ille (ut mos gentis eſt) ingenti clamore edito, oppidum corona cingit, perque murorum ruinas munitiones ſubire conatur. Tum oppidani conſtanti animo venientem hoſtem excipiunt, exceptum deſuper telorum multitudine pene obruunt: viminea vaſa ardentia in confertos hoſtes devolvunt, quæ peſtis erat illis maxime inevitabilis; denſiſsimo enim agmine operta erant montis latera: orbiculata vaſa per declivia montis dejecta, ſubeuntes cuneos adurebant: ſaxa præterea grandia in ſubjectos hoſtes devoluta, fœdiſſimam edebant ſtragem: lapides machinis in murum excuſſi, catervas hoſtium uno tere tempore proſternebant. Verum illi per cadaverum acervos, ferarum more ruentes, intrepide munitiones ſubibant. Contra Scodrenſes ſaxa, ignem, haſtas ingerentes hoſtem affligunt, a muriſque & munitionibus ſummovent. Lauretanus interim nullo deerat loco, circumeundo cuncta proſpiciebat: ſicubi rariores pugnabant, ſaucios aut feſſos videbat, integros ſummittere: orare ad hæc, obteſtarique per egregiam ipſorum erga Venetum imperium fidem, a quo magna defenſi oppidi præmia laturi eſſent, ut ſuæ virtutis memores, patriam, liberos, conjuges, ſacra & profana a crudeliſſimo hoſte defenderent. Nec Solimanus in-

Scodrenſium obſeſſorum fortitudo.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODËR (2018)

1474 interea ceſſabat, ſuos clava ferrea in adverſum montem trudere, pulſare etiam, ſi quos minus impigre pugnam capeſſere conſpiciebat. Demum, quum ante lucem pugnari cœptum eſſet, & jam quarta fere exacta eſſet diei hora, nec aliquid barbari proficerent: victi propugnatorum virtute, retro abiere. In eos trepide cedentes deſuper Scodrenſes cum præſidiario milite impetum faciunt, ac præcipites per ſuorum cadavera ad radices uſque montis cum ſtrage fœdiſſima agunt: ſignis deinde militaribus atque hoſtium ſpoliis onuſti, in urbem læti ovanteſque ſunt reverſi. Cepio, qui hæc omnia diligenter ſcripſit, tria hoſtium millia ea oppugnatione periiſſe ſcribit, in quibus præfecti ac magni nominis quatuordecim ſint deſiderati: ſed longe plures vulneratos, quorum pars maxima poſtea deceſſerit. Scodrenſes ipſi affirmare mihi audent, oppugnatione aliiſque caſibus ad ſexdecim millia barbarorum ea obſidione periiſſe. Re ad Scodram bene geſta, quia non erat cur amplius de oppidi oppugnatione timeret, ad ſuam Mocenicus ſalutem reſpicere cæpit. Nam fama erat, Aloviſium Bembum legatum Cathari diem obiviſſe, ac Triadanum ipſum animam exigua ſpe trahere. Vitæ ſuæ metuens, ad medicos Raguſium conceſſit. Eſt Raguſium Dalmatiæ urbs, quam Epidaurenſes, patria a Gothis everſa, auſpicatiore loco condiderunt: civitas libera, moribus ac legibus optime inſtructa.

Turci ingenti ſtrage a mœnibus tandem repelluntur.

Pannoniæ Rex in Turcos proſpere pugnat.

Dum hic Mocenicus recuperandæ valetudini dat operam, Solimanus Scodram nihilominus obſidione premebat, perſeveraſſetque tam diu illic eſſe, donec ſi non ferro, ſiti ſaltem, aut fame hoſtem domitum ad deditionem compuliſſet, niſi Matthiæ Pannoniæ Regis motus decedere coegiſſent. Veneti jam inde ex quo bellum cum Othomano ſuſcepere, Pannonum arma ſibi ſocia junxerunt, decreto bellicoſiſſimo Regi annuo ſtipendio; atque ob id Franciſcus Venerius ab initio ad eum miſſus, cum quo legati nomine in barbaros communi conſilio rem gereret. Inde Joannes Hemus ſecutus, cujus tempore bis in Pannoniæ finibus adverſus Alibegum fœliciter pugnatum accepimus.

Poſt

Poſt Hemum Franciſcus Diedus & Franciſcus Juſtinianus 1474
eo munere apud Regem ſunt functi. Noviſſime vero, Scodrenſi obſidione nunciata, Patres Sebaſtianum Badovarium cum ingenti auri pondere ad illum miſerunt. Is ſub primum acceſſum, non magis auro quam ingenii dexteritate, ita Regis animum in omnes partes verſavit, ut continuo ſumptis armis, tantum terrorem Othomano injecerit, ut per literas Eunuchum ex Scodrenſi obſidione revocarit. Perrexit Patrum decreto Badovarius apud Regem eſſe, fuitque apud illum biennio & amplius, quo ſane tempore multa præclara Pannon facinora in Turcos edidit. Nam præter quod ſexies proſpere adverſus eos dimicavit, Sabazam oppidum munitiſſimum cum mille ex regia cohorte, quos Janizaros vocari diximus, Othomano ademit. Cæterum, illato Stephano Vaivodæ bello, quum hoſtis Zuzanam urbem nobiliſſimam ingenti armorum apparatu oppugnare adortus eſſet, audito Pannonis motu, operibus bellicis impedimentiſque relictis, ſoluta repente obſidione, turpi fuga inde abiit. Atque ita ſane evenit, ut aliquandiu res Veneta hujuſmodi præſidio defenſa, nullum prorſus ab hoſte incommodum acceperit. Quo factum eſt, ut Venetis auctoribus communi plurium Italiæ populorum ac Principum nomine centum aureorum nummum millia per Arietenſem Antiſtitem & Antonium Victurium, qui Badovario ſucceſſit, ſint ei in Pannoniam miſſa. Solimanus ab Othomano revocatus, machinis continuo diſfractis, tertio ferme menſe, poſtquam eo venerat, ſoluta obſidione, in Macedoniam conceſſit. Hoc magis placet, quam illud quod ajunt quidam, eum territum quod in Italia ingentem armorum vim in ſe comparari audiverat, obſidionem ſolviſſe. Scodrenſes, quorum ſupra duo millia diverſis caſibus occubuerant, quum ad id inopiæ aquarum ventum eſſet, ut vix modicum quid ſingulis diſtribuendo, tres adhuc dies ſuffecturæ crederentur, abeunte hoſte, præcipites ſitibundum agmen ad ſubjectum flumen ruunt, deſideratamque multis diebus aquam tam cupide hauriunt, ut multi ea repleti, ſtupidi rigentibus membris, ſtatim exanimes

Scodra obſidione ſolvitur.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1474 mes conciderint . Mocenicus , audito hoſtium diſceſſu ,
Triadanus Boliano in cœlo affectus Cathari moritur . quum nihil Raguſij convaleſceret, Venetias ſe contulit : pauciſque poſt diebus Triadanus claſſis imperator jam octogenarius Cathari moritur . Stephanus Maripetrus , quem cum claſſe ad Sergii fanum Mocenicus reliquerat, ſoluta obſidione , juſſiſque turmarum præfectis in ſalubriora concedere loca (omnes pene remiges ſociique navales Boliano cœlo gravati jacebant) ipſe quoque infirmus Venetias profectus eſt . Solutæ obſidionis nuncius, qui aliquanto Maripetri reditum præceſſit, ingenti gaudio civitatem affecit , quæ, quandiu illa tenuit, mire ſollicita fuit . Laudatus Lauretanus, publicaque illi munera decreta. Laudati centuriones, qui præſidio fuerant; ſed imprimis oppidanorum fides, veraque in defendenda urbe virtus : tam his ſua, quam illis præmia reddita . Gratiæ ad id circa templa Deo Optimo Maximo actæ, quod Reſpublica in tanto belli diſcrimine ſuo veſtigio ſtetiſſet . Nec Mocenicus non ampla
Mocenicus Marcello , ſuccedit . munera accepit : qui, Marcello Duce, initio brumæ quæ ſecuta eſt, defuncto, miro Patrum conſenſu Princeps declaratus eſt . Habuit Marcelli principatus annum unum ac tres ferme menſes : ipſe apud Cartuſienſes honorificentiſſime ſepultus eſt .

1475 Verno autem ejus anni tempore Antonius Lauretanus,
Antonius Lauretanus Naupactum primo inde Lemnum opportuno acceſſu ſervat . cui ob Scodram ſervatam merito maris imperium fuerat delatum , inter Cyprum & Ciliciam , cetheam Genuenſium unam precioſiſſima Turcorum merce plenam oppreſſit : ſexdecim triremibus ab initio oppugnata , capi non potuit ; Georgii inde Dragani interventu , qui Venetæ præerat cetheæ , bombardæ ictu hoſtium cavea diſcuſſa , Liguſtica navis capta eſt . Nec ita multo poſt Solimanus, qui Scodram ſuperiore anno oppugnarat , cum triginta barbarorum millibus Naupactum acri obſidione eſt adortus . *Lepantum* id oppidum vulgo hodie appellant . In Corinthiaco ſinu eſt ſitum , poſt Calidonem , inter Ætoliæ urbes præcipui olim nominis : nunc omnino infrequens habitatur , muris undique fere ſua vetuſtate collapſis . Arx illi ad ſeptentrionem arduo colle mari averſa con-

conſurgit : foſſa igitur & vallo , & imprimis propugna- 1475
torum virtute eſt defenſum . Affuit nanque maturo appulſu aliquanto ante hoſtis adventum Lauretanus cum validiſſima claſſe . Hoſtes bellicis operibus ad oppidanorum tecta diruenda uſi ſunt . Socii navales, & cum his quingenti expediti equites, non ſolum munitiones tuebantur, ſed quotidie fere per occaſionem tumultuaria cum barbaro prælia committebant . Quatuor menſes tenuit obſidio. Tum vero, quum nulla potiundi oppidi ſpes eſſet (nam præter validum præſidium quod intus erat , ſedebat Veneta claſſis in portu , commeatum, arma, militem oppidanis affatim ſuggerens) fatigatus bello hoſtis abiit. Hi terreſtres æſtate illa fuerunt hoſtium conatus . Mari vero Lemnum inſulam haud multo poſtquam Naupactum oppugnari deſiit , Othomanica claſſis invaſit : aliquandiu Coccinum in ea oppugnatum, ac murorum parte tormentis disjecta , parum abfuit , quin barbari oppidum irruperint ; fuiſſentque , ut ajunt , eo omnino potiti , niſi Lauretanus maturo acceſſu laborantibus ſubveniſſet : qui, Lemniaca oppugnatione nunciata , legato cum quatuor triremibus ad Naupactum relicto , ipſe cum reliqua claſſe ad Pſaram inſulam deſertam , haud procul a Lemno conſedit : ob affectas turmas congredi non eſt auſus : multi quidem ab ægritudine ſuperioris æſtatis adhuc ægra non levabant corpora , non pauci quoque circa Naupactum novo morbo impliciti cubare cœperant ; verum hoſtis moram ipſam aliter interpretatus , quaſi tantiſper Venetus eo loco conſediſſet , dum quæ ad pugnam neceſſaria eſſent , expedirentur , deducta in altum claſſe abiit . Tum Lauretanus ad inſulam progreſſus eſt . Oppidani, & qui præſidio fuerant, ampliſſimis verbis ſunt laudati . Ferunt Lemniacam puellam ad Lauretani conſpectum productam pugili corpore : cujus opera omnium prædicatione conſtabat , oppidum imprimis defenſum . Tradunt, qui eam in medium productam viderunt, ex inſulæ præfecto audiviſſe, cæſo pro portis Coccini patre, qui fortiter pugnans occubuerat , ſtatim ferociſſimam vir-
Puellæ Lemniacæ opera oppidum cum primis defenſum .

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1475 ginem, Marullam nomine, accurriſſe, ſcutoque jacentis & enſe arrepto, barbarum jam portam irrumpentem primo ſuſtinuiſſe, inde interventu ſuorum adjutam, hoſtes ad naves uſque cum cæde rejeciſſe: ob hæcque ab imperatore majore pecunia, a legatis vero ſinguliſque navium præfectis aureo nummo donatam. Cæterum data illi optione, ut ex fortibus viris ſumeret in maritum, quem vellet, pollicente Lauretano, fore ut mox dotem ex publico acciperet, reſpondiſſe dicitur: *Habere oportere ſe rationem non fortitudinis ſolum, ſed etiam probitatis: nulli itaque ſe prius nupturam, quam plane exploratum haberet, qualis ille quem optaſſet, futurus maritus eſſet.* Qua unius indole ſi licet alias populares cenſere, plane affirmare auſim, nihil hodie Lemniacas fœminas ab heroica illa Hypſipyles, & aliarum quæ cum ea inſulam tenuerunt, virtute degenerare: veriſſimumque eſſe illud, quod vulgo dici ſolet, locorum fortunas ſæpius, incolarum vero ingenia rariſſime mutari. Hæc æſtate illa terra marique: inde in hyberna eſt conceſſum. Verno ſequentis anni tempore (quia fama erat Ferdinandum Regem conſilia de Cypro invadenda agitare) Joannes, ex patricia Georgiorum familia, cum triremibus quinque pluribuſque onerariis eſt in inſulam miſſus: ſed rumores illi de Cyprio bello temere diſſipati, paulatim remiſere. Lauretanus interim Peloponneſiacam oram cum circumjectis inſulis diligenti cura tueri; neque æſtate illa, neque aliis quæ ſecutæ ſunt uſque ad pacem, quæ eo quadriennio cum Turco ſecuta eſt, aliquid dignum memoria in inſu-
1476 lis geſtum reperio. Mocenicus Princeps altero ſui ducatus anno, menſe quidem ſecundo, ex humanis deceſſit: in Gemellorum æde ſitus eſt, ubi magnificentiſſimum ipſius ſepulchrum e manubiis Aſiaticæ prædæ conſtructum viſitur. Andreas Vendraminus in demortui locum Princeps declaratus eſt. Hæc domi: foris vero nihil interim eſt geſtum.

Andreas Vendraminus Dux.

1477 Æſtate autem quæ ſecuta eſt, quæque ab Scodrenſi obſidione tertia fuit, in Epiro Croja oppugnata eſt: ad octo bar-

barbarorum millia eam ſub vernum tempus adorti, to- 1477
tum annum & amplius obſidione premere perſeverarunt. Eſt id oppidum ſub altiſſimo monte ſitum, quem *Crojanum* proximi incolæ vocant, in abrupto undique ſaxo: quo evenit ut omnes hoſtium conatus diu qui in urbe erant, fruſtrati ſint, fuiſſentque diutiſſime fruſtraturi, niſi fames eos (ut poſtea dicemus) domuiſſet. Exierat igitur jam prima obſidionis æſtas, proceſſeratque aliqua autumni pars: quum Veneti ad duo millia & amplius circa Lyſſum coiverant, ut Crojanis laborantibus opem ferrent. Erant in his quingenti leves equites; erat & Nicolaus Ducainus, Epirotici ſanguinis homo, vir inter ſuos populares multi nominis. Italici equitatus auctores erant Antonatius Docius, & Lodovicus Tiphernas: primos peditum ordines Carolinus ducebat & Leo Illyricus. Aderant & alii plerique viri fortes, quorum alii aliis centuriis præerant: hi poſtridie nonas Septembris ad hoſtem quadrato agmine ire pergunt. Habebat barbarus caſtra quatuor & amplius millia paſſuum a Croja, in planitie, quam incolæ *Tyrannam* vocant. Congreſſi igitur prælio, celeritate equorum fretus hoſtis, Venetam aciem turbare nitebatur. Contra Veneti pedites per occaſionem extra ordinem pugnantes, ubi hoſtem cum cæde repuliſſent, ne forte a ſuis excluderentur, ſe inter confertos equites recipiebant: atque multi interim ex hoſtibus ſagittis, aut plumbea glande cadebant. Et jam id certaminis genus a ſexta diei hora ad veſperam ſe extenderat: quum barbari aperta fuga (vera ne an ficta, dubitari poteſt) ceſſuli pro victis terga vertunt. Inſtat victor Venetus, eoſque ad caſtra uſque inſequitur. His captis, quia omnis opulentiæ erant referta, confeſtim victor ad prædam diſcurrit, quam pauciſſimi victoriam proſequuntur. Ex oppido quoque facta repente eruptione, duo hoſtium caſtella, quibus illi vias ad urbem inſederant, cum multo commeatu capiuntur, capta ſubito Crojani evertunt. Sed ejus victoriæ lætitia omnino brevis fuit. Nam dum Contarenus legatus & ipſi ductores conſultant, deberent ne, pulſis

Veneti in Epiro ad Crojam prælio victi ingentem cladem accipiunt.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODËR (2018)

1477 hoſtibus, in eorum caſtris nocte illa, quæ inſtabat, eſſe; an in ſua redire, nondum remiſſo prælio, ecce hoſtes in Venetum militem cum clamore coorti, continuo eos qui in prima fronte dimicabant, circumſiſtunt. Oritur hic fœdiſſima cædes: Epiroticus equitatus, circumvento pedite, confeſtim fugam capeſſit: fugiunt & Latini equites. Eos, quia pernox luna fuit, barbarus inſecutus, paſſim totis campis trucidat: uſque ad Jalmiſam fluvium cædes protracta eſt: multos eo die & nocte quæ ſecuta eſt, hoſtis oppreſſit; ſed pene plures Epirotarum perfidia perdidit, quorum ad octo millia quaſi pugnæ ſpectatores toto die immota acie ſteterant. Inde ubi rem Venetam inclinare viderunt, non minus quam hoſtes in ſylvis & circa flumina in noſtros graſſati ſunt: mille & amplius ea pugna deſiderati, & in his Franciſcus Contarenus legatus, ac centurionum plerique. Nec hoſtibus pugna fuit incruenta. Quam diu enim acies Veneto conſtitit, multi aperto marte conciderant.

Attulit ejus cladis fama ingentem civitati luctum; ſed longe quidem majorem, quæ in Italia non multo poſt accepta eſt. Occluſerant Veneti perpetuo agere poſt primam Turcorum in Italiam eruptionem, præter Sontium amnem, quicquid vadi fuit inter Goricianum pontem & Aquilejæ paludes, antiquæ ripæ fluminis, quæ a recenti alveo non multum abeſt, munitione impoſita. Admoverant ad id opus multa foſſorum millia ex tota fere continentis ora, quibus Cittadinus Fratrinas, homo non vulgaris induſtriæ, præfuit. Neque una munitionis facies fuit; ſed juxta paludes, qua denſiſſima erant nemora, ex craſſis proceriſque arboribus conciſis, atque inexplicabili quadam ratione inter ſe contextis conſtitit. Apertis vero campis glebæ ſolo reciſæ in latitudinem ſeptenum pedum locabantur: ſuper illas ſaligni ramorum trunci, & virgulta quædam ad radicandum apta ſuſternebantur; mox alia glebarum manus imponebatur: atque ex hujuſmodi materia per aperta, ut diximus, loca productum opus, quod quidem pinnarum ſerie, interjectiſque turribus, urbici muri ſpeciem procul ſpe-

ſpectantibus præbebat. Iis vero locis, quibus flumen vada habuit tranſitu faciliora, bina caſtra & foſſa & vallo ſunt munita, *Gradiſcana* altera nominata, altera *Folianica*, villarum nominibus, quæ utrobique fuerant. Hæc poſt cladem ad ripam fluminis acceptam pene deſerta manſere: illa vero ad hunc diem præſidio retenta, atque magna ex parte Franciſci Throni cura, ad hoc ipſum in Patriam miſſi, muro circumdata, & in munitiſſimi oppidi ſpeciem redacta. Habuit longitudo operis ſtadia centum & amplius. Spectavimus poſt aliquot annos munitionem ipſam pluribus locis pene ſolo æquatam, vel maxime ea parte, qua glareoſa conſtitit materia, quam imbrium copia facile reſolvit. Erat & circa pontem, qui non longe a Goricia fluvio impoſitus eſt, agger in caſtelli ſpeciem erectus, ad quem tuendum miſſi fuerant ab initio pauci peditum manipuli: inde bina caſtra, mille inter ſe paſſus diſtantia, majore præſidio firmata: ad tria millia equitum fuere, pedites his adjecti, ſed pro numero equitum non adeo multi. Apparuit, ex eo quod vada quæ hoſti patuiſſent, inſuperabili obſtruſa eſſent munitione, & quod eadem illa haud infirmo tenerentur præſidio, fore ut hoſtis Italia abſtineret. Idcirco tota Patria, velut nullum ab hoſte periculum impendiſſet, ocioſe agebat: ſed quo major illa ſecuritas fuit, eo fœdiore clade terra ipſa oppreſſa eſt. Ita nanque accidit, ut quum minime barbarus affuturus crederetur, infeſto agmine in ulteriore Sontii ripa conſederit. De hoſtium numero inter eos qui in caſtris fuere minime convenit: decem millia fuiſſe credidere quidam, augebant alii numerum, alii extenuabant. Ingens tumultus ad primum hoſtium conſpectum in utriſque caſtris ortus eſt, conclamatumque repente ad arma; inſiſtetque in alterutra ripa concurſum, niſi militem ad pugnam expedientem nox ipſa oppreſſiſſet. Venetæ utrorumque castrorum copiæ inter ſe junctæ inſomnem noctem egere juſſi equites, inſtratis equis, armati corpora curare. Habuit in illis imperium Hieronymus Novellus, a primis annis militiæ aſſuetus, qui clara magnaque ad id tempus fecerat

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1477 ſtipendia ; erantque & alii complures illuſtres viri, Joannes Antonius Caudoliſcus cum filio, Anaſtaſius Flamminius, Hercules Malvecius, Joannes Jacobus Picininus, Jacobi Picinini ducis clariſſimi, filius, Jacobus Badoarius, Philippus Nebulonius, Georgius Galleſius, Joannes Clericatus Vincentinus, & alii qui honeſtos ducebat ordines. Inter eos nocte illa conſultatum, aperto ne campo cum barbaro confligendum eſſet, an caſtra potius tuenda, quibus defenſis, apparebat hoſtem haud multo longius proceſſurum, ut, tanto poſt ſe præſidio relicto, non eſſet ſibi integrum retro quum vellet abire ; ſed ſtrenue magis quam prudenter ſtatuunt, hoſti, quacunque rumpere conaretur, occurrere. Omnem itaque equitem in tres grandiores turmas dividunt, ſinguliſque ſui ductores dati.

Turci iterum invadunt Forumjulium.

Sed dum hæc in Venetis caſtris aguntur, barbarus interim non magis aperta vi, quam inſidiis agendum ratus, ubi in adverſa ripa conſederat, confeſtim ſub occaſum ſolis, circumacta equitum ala, caſtellum quod ponti imminebat, modico negocio occupat; pars militum in proximum pontem confugere, ſeque pilis quibus impoſitus eſt, ſoluta utrinque pontis materia, tueri parant : ſed illico telorum multitudine pene obruti in ſubjectum flumen præcipitati ſunt. Aberat locus a caſtris quatuor millia paſſuum ; quo accidit, ut neque oppugnatio caſtelli ſit cognita ; neque, quum nocte illa tumultuoſe nunciatum eſſet, præſidium pontis ab hoſte oppreſſum, crederetur. Marbegus (id enim barbaro duci nomen fuiſſe accepimus) ubi pontem in ſuam poteſtatem redactum vidit, locum ad inſidias circumſpicere cœpit : quo haud procul reperto, intempeſta nocte ad mille lectos equites tacito agmine fluvium tranſnare jubet. Sunt qui credant eos ponte traductos. Mandat hos in inſidiis eſſe, atque intentos ſignum ad erumpendum expectare : quo accepto, ex improviſo hoſtem invaderent. Ubi vero illuxit, barbarus expeditiſſimam equitum alam, ſuperato fluvio, ad hoſtium caſtra, ſi nemo interim occurrat, celeri curſu ire jubet,

jubet, atque portis obequitando hoſtem ad pugnam elicere, injectoque certamine, cedendo ſenſim ad inſidiarum locum trahere. His vero haud multum a fluminis ripa progreſſis, Hieronymus ſpeculatoria ſuorum manu fit obvius: reliquus equitatus, ordinibus inſtructus, non longe ſequebatur : utrinque ad primum conſpectum concurſum. Sed barbari, vix bene conſerto prælio, de induſtria ceſſere : cedentes victor fundit, præliumque detrectabundos infeſtis armis urget. Hic Hieronymi filius, juvenis impiger, omnium ferociſſime barbarum premere : hunc fortiter pugnantem audax juvenum manus præſenti ſucceſſu elata ſequebantur. Ferre id ægre callidus ſenex, atque identidem clamitare, non eſſe temere inſtandum barbaro : ſcire ſe, eam gentem non niſi de induſtria tam leviter meditari fugam. Et quia in anguſtias locorum jam propemodum ventum erat, erantque omnia circumjecta loca ſuſpicionis plena, jubet Novellus, dato ſigno, ſuos ab effuſo curſu revocari. Tum barbarus verſus in pugnam, prælium ferociter inſtaurat. Hieronymus primam ſibi turmam ſubſidio adeſſe mandat ; nam ex altera ripa fluminis jam hoſtium ala, ut ſuis opem ferret, tumultuoſe moverat. Barbarorum interim vis ingens in citeriorem fluminis ripam evaſerat. Redintegrata hic pugna, hoſtis ad Gramam uſque (qui torrens per Pogoretanas valles præcipitatur) rejectus eſt. Dum vero hic totis viribus Venetus hoſtem premit, ſtudetque præſenti prælio defungi, dato repente ſigno, ex Liciniſii vertice, qui mons pugnantium capitibus ad lævam imminebat, barbarorum manus ex inſidiis coorta, cum terrifico clamore & ſtrepitu in ſubjectam turmam effunditur. Tantus pavor ad eam eruptionem Venetis injectus eſt, ut momento temporis diceres Venetos non eos eſſe, qui modo tam ſtrenue pugnabant : ſed ubi unam ſalutis ſpem in armis repoſitam videre, paululum cedere conati ſunt, ut apertiore inter loco gereretur : verum tam ſubita violentaque deſuper impreſſio facta eſt, ut in arctiſſimum locum compulſi ſe prælio expedire nequirent. Interim ferox barbarus a fronte & a de-

Venetorum in Forojulio clades.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1477 dextra eos in orbem coeuntes, fœdiſſima ſtrage proſternit: ſic momento temporis prima turma hoſtium multitudine obruta eſt: & ad unum ferme omnes cæſi, præter pauciſſimos viros illuſtres, qui ſe hoſti dediderunt. Ductores autem proximæ turmæ, ubi primam aciem circumventam viderunt, atque undique hoſtes cum clamore (ut mos eſt gentis) inſtare, cedere cœperunt, ut in apertam planitiem evaderent. Sed id tanta trepidatione eſt factum, ut illico fugientium ſpeciem potius quam cedentium iis qui in extrema erant acie, præbuerit. Continuo igitur omnes quaſi victi circumſpectare fugam cœpere. Adeſt interim hoſtis, turbatoſque per ſe ordines cum ſtridore invadit, quibus minimo negocio ſolutis, aperta fit fuga: pro ſe quiſque, ſine ſignis, ſine imperio, in devia & occultos ſaltus evadere conatur. Hos barbarus celeri curſu aſſecutus, paſſim ſternit; ad Moſſam uſque & ulterius clades diſtracta eſt. Pauci, relictis equis, & armis abjectis, in propinquos montes abiere. Ceciderunt ea pugna, Hieronymus, penes quem totius equitatus imperium fuiſſe diximus, cum filio, Jacobus Badoarius, Anaſtaſius Flamminius, ac plerique alii viri illuſtres: reliqui ferme omnes capti. Nec victoria omnino hoſti incruenta fuit, Marbego duce graviter vulnerato, multiſque ignobilibus cæſis: ſed ille, quicunque ea pugna conciderant, in unum coacervatos concremavit: idque ex eo ſuſpicari libet (nam quid alioquin de eo affirmare poſſim, non habeo) quoniam in tanta noſtrorum cæde nullus barbarus eſt repertus.

In hunc maxime modum ad Sontium amnem pugnatum accepimus, cujus cladis fama tantum terroris circumjectæ regioni attulit, ut ne intra mœnia quidem populi ſeſe tutos fore putarent. Frequens fuga nocte illa quæ diem cædis ſecuta eſt, ex agris facta eſt. Poſtridie autem, quum jam multum diei proceſſiſſet, repente circa Utinum fumus non uno loco attolli cœpit: ex eo cognitum eſt, hoſtem adeſſe, atque momento temporis (quaſi ita inter barbaros conveniſſet) quicquid fere villarum inter Sontium & Tiliaventum amnes fuit, hoſtili manu conflagravit.

Eram

Eram ego per id tempus Tarcenti apud hoſpites meos Por- 1477
petanos Regulos, quo ob peſtilentem annum ex Utino conceſſeram; auditaque clade ad Sontium accepta, in arcem quæ vico imminet, me cum multis mortalibus receperam. Ex eo loco proſpectus in univerſam Patriam late longeque patet. Inde atrociſſimum patriæ incendium ſpectavi. Fœdum equidem fuit, interdiu videre tantum culti & amœni ſoli fumo & caligine opertum: ſed longe fœdius atrociuſque ſub primas tenebras perque reliquum noctis cernere aciem unam flammarum a Sontio amne ad Tiliaventum extenſam; ut pene nihil medim eſſe videretur, quod non ignis occuparet: quam ſpeciem ardentium villarum denſitas, quæ circiter centum numero fuere, faciebat. Hoſtes ea nocte non uno loco caſtra habuere; ubi autem illuxit, onuſti præda ingentique captivorum multitudine, in unum coivere: atque in caſtra, quæ ultra Sontium fecerant, ſe læti receperunt. Poſtridie mota ſigna: & quum a flumine unius diei itinere receſsiſſent, abeuntium ſpeciem præbuere. Quod ubi ita omnibus perſuaſum putarunt, iterum haud minore tumultu quam prius, in Patriam erumpunt; denſo agmine ad Tiliaventi ripam contendunt, ſuperatoque impigre fluvio, cis ultraque amnem pleriſque villis incenſis, ingentem Tranſtiliaventanis cladem attulere; plures ferme hinc mortales, quam nuper ex reliqua Patria abducti. Et quia terra marique copiæ ex urbe ad hoſtium curſus opprimendos miſſæ adventare dicebantur, continuo, ubi qui ſecundo eruperant in caſtra rediere, Italiæ finibus barbarus exceſſit. Tantum terroris Sontiaca illa clades omnibus injecit, ut Veronam uſque vehementer ſit trepidatum. Venetiis quoque nocturnæ villarum ardentium flammæ ex alta ſpecula proſpectæ, non mediocres animorum motus conciverè. Erant qui palam proclamarent, indignum facinus, & a Venetæ nominis dignitate alienum, amœniſſimum Venetæ terræ ſolum, ante oculos civitatis, ab immaniſſimo hoſte igni & ferro vaſtari; pecora, agreſtes, in prædam agi; neque terra neque mari arma ad propulſandam injuriam comparari; oportuiſ-

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1477 tuisse vel populariter ad primum tumultum ex urbe accurri, nec expectare ut Mestrana tecta, ac si quod ædificium propius urbi esset, nefandæ manus diripiant, & incendant. Hujusmodi querelis factum est, ut navigia aliquot sagittariis sociisque navalibus plena, mari, & ex Taurisino agro aliisque proximis locis equitum turmæ, & subitariæ cohortes in hostes missæ sint. Sed hi tum demum in Carnos venere, quum jam hostis longe abiisset. Mansere aliquandiu utraque castra sine præsidio: nec defuerunt
1478 qui censerent, ea prorsus diruenda: missique in Patriam ex patricio ordine Dominicus Georgius, qui ea legatione Utini vita decessit, Zacharias Barbarus, Joannes Hemus, & Candianus Bolanus, qui statum provinciæ recognoscerent, inspicerentque utrum satius esset diruere munitiones illas, an novo præsidio denuo firmare. Constitit, nihil esse quo barbarorum incursibus tutius iri posset obviam, quam si altera saltem castra validissimo firmarentur equitatu. Carolus itaque Montonius, qui superiore anno fuerat exauctoratus, per oratores ex Hetruria revocatus, in Patriam missus est. Is Gradiscana castra rursus valido præsidio inita, non solum armis, sed fossa etiam & vallo in oppidi speciem communivit. Sed dum in eo opere ille occupatus esset, Vendraminus Princeps altero

Jo. Mocenus Dux declaratur.

sui ducatus anno aliqua ex parte acto decessit: ad Servorum ædem honorificentissime elatus est. Joannes Mocenicus, Petri Principis frater, vir spectatæ innocentiæ, miro omnium consensu Princeps declaratus est.

Erantque res Venetæ in eo, quo diximus, statu in Italia, quum in Dalmatia jam inde ex quo Crojana cœperat obsidio, per annum & amplius sine intermissione tenuit. Circa autem nonas Junias Othomanus Rex longe atrociore, quam quatriennio ante, Scodram adortus est. Sub illius accessum Crojani fame domiti, &

Scodra longe atrocius quam antea a Turcis oppugnatur.

ad terribilem adventantis barbari famam territi, deditionem fecerunt. Alibegus aliquanto ante illius accessum quindecim millibus bellatorum Scodram obsidione cinxit: quatriduo post Solimanus cum septuaginta millibus

1478 bus ad ortum consedit: secutus Asiaticæ oræ præfectus cum paulo minoribus copiis, is ad meridiem metatus est: novissime Rex ipse circa idus Junias affuit. Didici ego ab oppidanis ipsis & aliis qui obsidioni interfuerunt, tantam vim hominum circa urbem consediisse, ut planitiem montium, latera, ac quacunque longe lateque extra oppidum patebat hominis prospectus, omnia tabernaculis ac velis contexerit. Alibegus post Regis adventum ultra Bolianam castra transtulit: machinæ ac bellica opera ad demolienda mœnia continuo admota. In urbe mille & sexcenti oppidani, mulieres ducentæ & quinquaginta erant: reliquam imbellem turbam ante hostium adventum ex urbe emiserant. Aderant & mercenarii milites sexcenti, & in his centuriones Carolinus, Antonius Cortonius, Franciscus Sanscrobarius, Michael Spalatinus, ac plerique alii viri fortes: eratque & pretoris & legati nomine Antonius Legius. Hæ copiolæ Scodræ erant, quum tot millibus barbarorum, tantisque conatibus secundo ab hoste oppugnari cœpit; quæ eo alacrius hostem expectavere, quo omnia paratiora erant ad perferendam obsidionem, quam quatriennio ante fuissent. Disjectis mœnibus, bis hostis oppidum oppugnavit: omnibus ferme instrumentis, quæ priore obsidione tam Scodrenses, quam barbari habuerant, tum quoque usi dicuntur. Sed eo fœdior utrinque strages edita, quo majores belli apparatus hi fuere, quam illi, ac majoribus omnino conatibus ob Regis præsentiam tum demum, quam antea Solimano duce, res gesta est. Eis, ut dixi, paucis diebus Scodrenses oppugnati; atque utrinque certamen in plures horas, multaque cum cæde distractum. Ferunt tantam sagittarum vim in ipsos propugnatores a barbaris conjectam, ut pluribus locis tres, quatuorve sagittæ inter se confixæ repertæ sint. Accepi a fide dignis, catellam clamoribus consternatam, ex statione ubi erat, trepide fugientem, undecim sagittis tergo affixis domum veniisse. Et brevi (ne parum hæc fidei convenire credantur) illud omnes affirmant, multos menses quibus post Othomani discessum tenuit obsidio, & ad furnos calefacien-

Sagittarum densitas incredibilis.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1478 ciendos, & ad cibaria coquenda, nullo fere alio lignorum genere quam ſagittarum faſciculis oppidanos fuiſſe uſos. Adjiciunt, mediis certaminibus, quum diri clamores & tormentorum ictus fœdiſſima tonitrua imitati, undique circumſonarent, milleque mortis diſcrimina obverſarentur oculis, tanto ardore & ab iis qui in urbe erant, & illis qui munitiones ſubibant, pugnatum, ut nihil minus animis ſuccurreret, quam mortis aut vitæ diſcrimen. Conterebantur mole aliqua hoſtium catervæ: intrepide per ſuorum cadavera ſubibant aliæ: mox, his extinctis, aliæ atque aliæ in pugnam ſuccedebant. Plenæ jam cadaveribus erant foſſæ, plena montis declivia; & quamvis multi caderent, multi quoque ſubibant. Scodrenſes & ipſi neque vulnera neque mortem formidantes, quanquam ſuorum corpora tormentorum ictibus laniari cernerent, ac variis caſibus non uno loco cadere, periculorum tamen omnium immemores, invicto animo reſiſtunt, barbaroſque munitionibus hærentes fortiter detrudunt. Demum victa Othomani pertinacia, admonentibuſque Imperatorem ipſum quibuſdam, fruſtra tot virorum fortium millia in apertum diſcrimen mortis demitti; cum eo hoſte ſibi rem eſſe, qui certus ſit, malle mori, quam cedere; quique natura loci fretus, citius vel innumeras catervas conficere poſſit, quam vinci: tum ille frendens gemenſque ſuos in caſtra revocari juſſit, prorſuſque jam inde pugna abſtinuit: perſeveravit nihilominus oppidum machinis aliiſque operibus bellicis vexare.

Turci in Italiam erumpunt.

Sed dum Scodrenſes gravi urgebat obſidione, haud Italiæ oblitus, ingentem ſuorum manum in ipſam terram, quo minus Veneti ſuos ullis poſſent levare auxiliis, dimiſit: qui eo ſane die, quo priore oppugnatione Scodram adortus eſt, circa Sontiacas munitiones tumultuoſe conſedere: tum hic explicata acie, Carolum ad pugnam evocare. Ille recentis cladis memoria nihil temere auſus eſt committere; ſed ſuos, intra vallum ſtructa acie, quaſi mox per occaſionem erupturus, continens, barbarum ad altum diem longa expectatione fatigavit. Verum quum ſatis appareret, Venetum ad pugnam elici non poſſe, profectus inde

inde hoſtis, quatuor millia paſſuum a Gradiſcanis caſtris in- 1478
ter Medeæ montem & Cremonem conſedit. Poſtridie vero ſub lucem præter Manſanum, per apertas valles, ad radices montium convertit agmen. Triginta barbarorum millia fuiſſe traduntur, qui per abrupta & confragoſa montium loca, vel ipſis Alpium incolis aditu difficillima in Germaniam evaſere. Multa ſane, & horrenda facinora, & quæ vix ſibi fidem vendicent, in ſuperanda Alpium aſperitate edidere: quorum illud ſilentio indignum mihi videtur, quod non uno loco, ubi ad rupes & aſperos montium anfractus pervenere, equos reſtibus alligatos in ſubjectas crepidines demiſſos accepimus, atque deinde in alias, donec in profundiſſimas valles ſit ventum. Interdum univerſus equitatus, vel certe major illius pars (quod ex ipſis veſtigiis poſtea intelligi potuit) per adeo ardua loca præceps datus eſt, ut per ducentos ferme paſſus non modo locis illis quiſquam pedibus vadere poſſit, ſed ne conſiſtere quidem, niſi virgulto ſe aliquo applicuerit. Quid, quod ubi per juga Alpium uſque in montanæ Carniæ fines decurrere, nunciatumque interim eſſet, ab Alpium incolis juga montis, qui *Lanceæ* dicitur, qua unicum eis iter in Germaniam patebat, infeſſa, intrepide ad locum progreſſi, neque montis altitudine, qui in immenſum aſſurgit, neque aſcenſus arduitate deterriti, ſed ſcutis ſubnixi per adverſam rupem ad hoſtem repſere, potius quam ſubiere. Quo audaci incœpto territi illi qui præſidio erant, trepidare cœperunt: inde in fugam utpiter dilapſi ingentis cladis inferendæ barbaro materiam præbuere. Et hæc ultima Turcorum in Italiam adverſus Venetos expeditio. Ubi dum hæc geruntur, Mahomethus interim Scodram bellicis operibus oppugnare perſeverabat, tenuisque oppugnatio illa uſque fere ad Septembres nonas; quibus diebus Aſiaticæ oræ præfectus Drivaſtum tormentis concuſſum recepit, unde quingentos oppidanos adductos, in Scodrenſium conſpectu ferro confici mandavit. Atque inde quatriduo poſt Othomanus ſedendo feſſus, cum præcipua copiarum parte abiit. Eodem die quo Scodra profectus

Barbarorum in ſuperandis alpibus ſolertia.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1478 fectus eſt, Lyſſum ad Drinonis ripam cum duabus Venetis biremibus in ſuam poteſtatem redegit: ducenti remiges ſociique navales in illis capti, quos ad Marbegum, qui cum octo millibus Turcorum ad continuandam obſidionem relictus erat, ante Scodram trucidandos miſit. Tenuit inde ea obſidio octo circiter menſes, duobus caſtellis ad Bolianæ caput cum præſidio impoſitis, ne qua ſubſidium ullum obſeſſis immitti poſſet. Interim vero cœptum eſt per Joannem Darium ſcribam cum hoſte de pace agi, quæ ſub exitum hyemis his conditionibus ſecuta eſt: ut præſidio & oppidanis, ſi abire vellent, ex urbe deductis, Scodram Venetus cum Tenaro Laconiæ promontorio, & Lemno inſula Othomano relinqueret: darentque illi quotannis octo aureorum millia eo nomine, ut Pontica navigatio Venetis negociatoribus tuto pateret. Pace his conditionibus probata, Scodra præſidio & oppidanis ad unum deductis, qui ſuum vetus in Venetos ſtudium ſecuti, extorres fieri maluerunt quam ſub barbaro Imperatore eſſe, pridie nonas Aprilis, ut in conditionibus pacis convenerat, dedita eſt: ex mille & ſexcentis viris, qui ad urbis præſidium remanſerant, quadringenti quinquaginta vivi reperti ſunt: e mulierum numero ad centum deſideratæ: quæ ſuperſtites fuere, viros ſecutæ per medias hoſtium catervas (mirantibus interim barbaris, immo ſtupentibus eorum fidem & conſtantiam) in pacatum ſilentio abiere. Scodrenſibus, qui Venetias venere, aliis perpetuum ex publico ſalarium, aliis arcium aliorumque locorum præfecturæ cum publico ſtipendio, pro conditione & priſtina fortuna, cuique decretæ: ita ut nullus fuerit, qui non publico beneficio ſublevatus ſit; hoc ipſum Chalcidenſibus, qui patrio excidio ſuperfuere, jam antea præſtitum accepimus. Pax aliquanto prius publicata fuerat: quæ vix tantum læticiæ attulit Venetis diuturno bello feſſis, quantum reliquis Italiæ populis & Principibus ſollicitudinis & metus, nec injuria. Apparebat enim, Venetis quieſcentibus, barbarum omnia ferocius auſurum, daturumque enixius operam, ut in ipſa Ita-

Pax cum Turco durante obſidione Scodrenſi tandem ſecuta.

Italiæ viſcera ſe quoquo modo inſinuaret, cui tam propinquus jam eſſet, ut ex eo littore quod noviſſime occupaſſet, eam pene intueretur. Ac ita ſane non multo poſt evenit. Sed de Hidruntina oppreſſione poſtea dicetur. Interim vero res in novæ diſcordiæ diſcrimen fere adducta eſt. Æſtate ſiquidem illa, quæ proxime pacem ſecuta eſt, valida Turcorum claſſis ad Cephaleniæ Regulos (quos *Divæ Mauræ* vocant) opprimendos in Ionium venit: jacet ipſa inſula ante Ætoliam; unde Principibus ejectis, ceſſit Cephalenia Othomani armis. In Zacynto erat Petrus Bualius cum quingentis expeditis equitibus Peloponneſiacis: ademerat is eam inſulam aliquanto antea Cephalenis Regulis, eamque ſemel occupatam ad id tempus tenuerat. Ubi igitur Othomanica claſſis eo quoque appulſa eſt, tanquam ad inſulam, quæ Cephalenorum Principum fuiſſet, confeſtim Lauretanus, qui claſſi adhuc præerat, barbaras naves ſecutus eſt, affirmans haud quidem ſe paſſurum inſulam oppugnatum iri, niſi prius equitatus inde Peloponneſiacus abductus eſſet. Hortari ad id Othomanicæ claſſis præfectus, ne contra novæ pacis fœdera pergeret Venetum equitatum oppugnare. Uterque Conſtantinopolim ſcripſit: ad Othomanum barbarus, Lauretanus ad Benedictum Triviſanum, qui tunc legati munere apud illum fungebatur. Is, re ad Regem ipſum delata, benigne impetravit, ut non ſolum equitatum inde Veneto educere liceret, ſed omnes etiam qui ultro inſula abire vellent. Ea opportunitate Venetus uſus, multa inſularum millia, quæ alioquin in ſervitutem inciderant, cum ſuo equite inde abduxit: quibus in Peloponneſum traductis, permiſſum libere eſt, ut quibus vellent locis habitarent. Barbarus, Zacynto recepta, jam obita provincia, domum abiit. Hæc hactenus in mari. 1478

In Inſulis ob Zacynti præſidium bellum pene renovatur.

In Italia jam antea, ac priuſquam Othomanico bello defuncti eſſent Veneti, pro Florentinorum libertate, ut ſæpe alias, arma induerant. Acciderat ſuperiore anno, ut Julianus Medices ſacrorum hora ad Liberatæ fanum nova conjuratione oppreſſus eſſet; ac parum abfuit, quin & Lau-

Novum in Hetruria pro Florentinis bellum.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1478 & Laurentius frater cum eo ſit cæſus : ſed ille ſua virtute ac ſuorum accurſu nefarias conjuratorum manus evaſerat . Florentini tanti viri caſu conſternati , ſumptis armis , multos ejus ſceleris participes trucidant : Syxti Pontificis nepote , qui tum Florentiæ erat , in cuſtodiam adducto , Salviatum , Piſanum Antiſtitem , cædis auctorem , cum pleriſque aliis , qui officii cauſa utrunque Florentiam ſecuti fuerant , laqueo publice ſuſpendunt . Atrocitate rei Pontifex commotus , duplici ſpiculo , anathematis & interdicti , in Florentinos miſſo , arma adverſus eos comparat , Ferdinando Rege & Senenſibus in belli ſocios aſſumptis . Validus in Hetruriam exercitus , antequam æſtas illa , qua hæc Florentiæ acciderant , abiret , miſſus eſt : Fœderico Urbinati ſumma rei cum imperio copiarum demandata , geſtarum autem rerum gloria penes Alphonſum erat , Ferdinandi Regis filium , Calabriæ Ducem , hoſtem acerrimum , & qui avito paternoque odio Florentinum nomen oderat . Erat cum eo Urſus Comes , Rubertus Urſinus , & Virginius ex Neapolione fratre nepos , Matthæus Campanus , & Rubertus Ariminenſis . Sed is , quem noviſſime nominavi , non multo poſt Florentinorum ſtipendia ſecutus , copiarum omnium imperator a Thuſco declaratus eſt . Florentini ſuis ſociorumque viribus freti (nam præter Venetos , Mediolanenſes quoque , Hercules Æſtenſis , & Fœdericus Gonzaga cum illis ſocia arma junxerant) ferociter tantam belli molem exceperunt . At Venetis adhuc Othomanico bello occupatis , qui terra , mari , & (quod omnium graviſſimum erat) intra Italiæ fines terribiles barbarorum impetus alium ſuper alium ſuſtinebant ; nec non Mediolanenſium rebus adhuc Galeacii Ducis morte conſternatis (qui ad Protomartyris ſacrorum hora a Joanne Lamponiano & paucis conjuratis ſuperiore anno cæſus erat) ita ſane accidit , ut non tam cito auxiliares copiæ Florentinis affuerint . Sed tam hi , quam illi ultra vires nixi , arma ſi non pro amplitudine utrorunque , ſaltem pro temporum conditione ſatis valida compararunt . Miſſus eſt præterea a Ve-

a Venetis Franciſcus Michael , qui in caſtris legati nomine bello intereſſet . Fuerat etiam aliquanto antea Florentiam miſſus Bernardus Bembus , qui toto ferme biennio , quo in Hetruria bellatum eſt , laborantibus ſociis publico decreto rerum omnium ſollicitus affuit . Hoſtis interim florentiſſimis uſus copiis , Rencium , Caſtellinam , Radam , Brojam , Cacchianum , & in Himbriana valle Sabinum montem Florentinis ademit . Tum , quia jam bruma inſtabat , in Senenſem agrum hoſtis in hyberna conceſſit . Veneti autem , quia apparebat hoſtes ſub vernum tempus ad Florentinorum opes evertendas aliquanto obnixius ſurrecturos , compertum præterea habebant , Chriſtianorum Principum literis Othomani in ſe arma vel magnis pollicitationibus irritari , ſuo ſociorumque periculo moti , ſub exitum hyemis , ut diximus , ſe graviſſimo bello exonerarunt . Verno ejus anni tempore Veneti Carolum Montonium , Brachii filium , cum validiſſimo equitatu in Hetruriam miſere . Sed ille ſub primum pene acceſſum , quum ægrotare cœpiſſet , non multo poſt Cortonæ vita deceſſit . Res igitur ea parte provinciæ Ruberti Malateſtæ auſpiciis poſt illius mortem geſta eſt . Habuit is in armis turmas equitum quinque & triginta : quibus fretus ſecus Traſimenum ducens , in Peruſinos fines tumultuoſe erupit : hic ignobilibus quibuſdam locis oppreſſis , Peruſini (qui ad Caroli adventum ob veterem factionem omnino res novas molituri credebantur) ejus morte audita , etſi per Bernardinum Comitem , illius filium , aliquid poſtea tentatum eſt , nihil tamen quod Pontifici formidabile eſſet , movere ſunt auſi . Et jam media æſtas erat , quum Rubertus ad montem Sperellum , Peruſini agri viculum , adverſus Matthæum Campanum , atque urbis Romæ præfectum , Syxti Pontificis nepotem , pene pari equitatu conflixit . Pugnatum utrinque acriter duabus ferme horis ; ſed primis hoſtium turmis , quæ extra munitiones confluxerant , profligatis , continuo reliquæ copiæ ſuorum clade conſternatæ , in fugam dilapſæ ingentem illi victoriam reliquere . Impedimenta omnia , magnaque

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1479 equitum vis fugientibus adempta . Rubertus veritus , ne ad eam famam Alphonſus excitus, cum majoribus copiis ad ſe opprimendum veniret, retro in pacatum ceſſit. Sunt aquæ in ſpeciem ſtagni ex Arretino agro inter Senenſes & Peruſinos fines in Paleam fluvium, ac inde cum Palea in Tyberim profluentes : eas *Cheanas* Hetruſca voce appellant: aquæ ipſæ duobus pontibus ſunt vadabiles, Cluſino uno & qui in hoſtium poteſtate erat ac remotiore loco; altero medio pene tractu, quem etiam Malateſta præſidio firmarat. Hujuſmodi aquæ utrorunque caſtra dirimebant. Dum Aragonius Dux ad Cluſinum properabat pontem, Rubertus per ocium ſe & ſuos in pacatum recipiebat, atque hinc in Senenſes erumpebat fines ; ubi ille opem Senenſibus laturus , agmen retro flexerat , tum Malateſta Peruſinos vexabat . Atque hujuſmodi fruſtatoriis expeditionibus maxima ejus æſtatis pars ſine alio memorabili facinore conſumpta eſt. Demum ſub medium autumnum, quum Fœdericus Urbinas & Alphonſus reſciviſſent , copias, quas Florentini ad Podium imperiale habebant, ob Æſtenſium & Gonzaganorum militum diſcordiam, magnopere extenuatas (ita nanque acciderat, ut orta non multo ante inter utroſque ſeditione , parum abfuerit , quin Hercules Æſtenſis in diſcrimen vitæ ſit adductus : multi ob Caſſianam prædam id accidiſſe exiſtimant : alii Nicolai Æſtenſis mortem in cauſa fuiſſe ſuſpicati ſunt: verum undecunque orta ſit ſeditio illa, ita accidit , ut , Hercule domum abeunte , Mantuanus & ipſe , relictis ad præſidium loci duobus fratribus, Mediolanum conceſſerit , unde Rubertus Severinas illis ipſis diebus fuerat ejectus , quaſi nova de invadendo principatu cum hominibus ſuæ factionis conſilia agitare cœpiſſet: ne igitur aliquod majus res pareret diſcrimen, ad eum motum pacandum ille ex Hetruria in Galliam deceſſerat) ad exercitum igitur ſine ducibus hoſtes ſpei pleni duxere . Sub primam lucem in adverſum montem ſcutatorum peditum explicuere aciem ; atque per montis declivia magnis animis in hoſtem itum: Andreaque Burgenſi cum ſuis ex ſtatione, quam munitiore loco


loco medio fere aſcenſu tenebat, dejecto, confeſtim levis 1479
armaturæ eques pediti ſubjectus , hoſtibus pavorem, ſuis vero audaciam adjecit . Quo factum eſt, ut Hetruſcarum copiarum turbatis ordinibus, ac in fugam disjectis, Aragonii Urbinateſque in ſummum jugum evaſerint . Hoſtes caſtris potiti, magna ex parte Peruſinam cladem reſarſere. Inde ad Collem oppidum caſtra admota: quo poſt laborioſam obſidionem capto , Florentini fractis animis ad pacem inclinare cœperunt. Quam ut æquioribus conditionibus impetrarent, Laurentius Medices, civitatis longe princeps , qui & publica & privata invidia apud Pontificem & Regem eminebat , Neapolim , ut patriam periculoſo bello ſolveret, navigavit. Nec ita multo poſt, quum pax ſecuta eſſet, Veneti copias, quas in Hetruria , Antonio Donato legato , ad id tempus habuerant , per Hieronymum Marcellum in Galliam revocarunt.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

IN LIBRUM PRIMUM
EPITOMA.

VEnetarum Romanarumque rerum comparatio primo habetur loco : Rhodos insula a Turcis frustra oppugnata est : Atque Hydrus in Italia oppressa : Coricta insula Veneto cessit imperio : Quæ Ferrariensis belli origo, quæve causæ fuerint : Consultatio de bello Herculi Æstensi inferendo : Decreti belli apparatus : Cisalpinæ Galliæ & Padi descriptio : Via per paludes in hosticum communita est : Ficariolum laborioſe oppugnari est cœptum : Classis per Padi fluenta invecta est : Hadria & alia circumjecta loca a Veneto capta sunt : Hostes ad Policellam victi sunt : Ficariolum nocturna est oppugnatione captum : Copiis palustri cœlo affectis , multi mortales vita decesserunt : Rodigium cum toto Polinesо Venetis armis cessit : Alphonsus Aragonius Romanum agrum infestat : Rubertus Ariminensis in auxilium Pontificis est missus : Aragonius Dux in Veliterno agro ingenti prælio victus , clarissimam Malatestæ reliquit victoriam : Rubertus Ariminensis non multos post dies quum prospere in Alphonsum pugnarat , vita decessit : Per eos quoque dies Fœdericus Urbinas Ferrariæ defunctus est : Sigismundus Æstensis & Hugo Severinas ad Argentiam a Victore Superantio prælio victi sunt : Severinas , Pado ad obscurum lacum ponte superato , castra in conspectu Ferrariæ locavit : Munitionem ad hæc inexpugnabilem non procul a ripa fluminis magnis firmavit operibus.

M. AN-



M. ANTONII SABELLICI,
RERUM VENETARUM AB URBE CONDITA, DECADIS QUARTÆ,
LIBER I.

REpetebam nuper animo , sedulòque metiebar longissimam Venetarum rerum seriem, quam ab urbe condita scribere aggressus , ad hæc usque tempora , divina adjutus ope , omnium ope celerius perduxi. Ac quum perpetua quadam æmulatione absolutam eorum omnium , quæ Romani terra marique gessere , in his speciem recognoscerem ; uno tantum bello , atque eodem gravissimo , illi mihi defuncti videbantur , quod in Venetis rebus adhuc requirebam. Nam quod Romanis ab initio Hernici , Aequi ,

1480 *Venetarum Romanarumque rerum comparatio.*

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1480 qui, & Volſci fuerunt, hoc Venetis Dalmatæ, Liburni & Hiſtri. Graviſſimus illis Gallicus hoſtis, quibus omnia præter Capitolium ademit: nec his quidem omnino levis, quibus præter Rivumaltum nihil reliquum fecit. Formidabiles Latio Cimbri, Theutones, & Ambrones: Gothi, Longobardi, & Hunni Hadriæ non contemptibiles. Infeſta Latino nomini Carthago: infeſta & Veneto Genua. Verum tum valde ferox illa, quum Philippum Regem ſocium & Syracuſanos nacta eſt: hæc quoque nunquam ferocior, quam cum Lodovico Rege & Patavinis Clodiaco bello eſt uſa. Hoſtis Pyrrhus Romano, at Pœno mitior: nec Pipus Veneto amicus, ſed Ligure longe placabilior. Diutiſſime ab illis cum Mitridate bellatum: nec ab his cum Philippo Vicecomite brevi tempore. Magnus Antiochus: Othomanus vero major. Verum ſociale bellum illi ac longe graviſſimum in Italia geſſere: at Veneti, ne non per omnia eorum æmuli crederentur, ecce noviſſime & ipſi in Ciſalpina Gallia omnes Italiæ opes non ſolum ſuſtinuere, ſed (ut rerum eventus facile declaravit) fregerunt etiam. De cauſis autem & proceſſu Ferrarienſis belli, unde poſtea ſociale eſt ortum, prius dicemus, ut quæcunque inde ſecuta ſunt, magis ſint perſpicua. Sed priuſquam de eo dicere incipiam, pauca, quæ belli ipſius initium præceſſere, nobis referenda ſunt, & in his duæ Othomani in Chriſtianos expeditiones, quæ etſi ad noſtram hiſtoriam parum omnino attinere videbuntur, operæ precium tamen duxi, quando unum corpus Chriſtianos omnes religionis cauſa arbitramur, eas quoque rebus Venetis inſerere.

Anno itaque & amplius poſt pacem circumacto, Othomanus ipſe nihilo minore apparatu quam paucis ante annis Chalcidem fuerat adortus, Rhodum invaſit. Eſt Rhodos omnium inſularum quæ in Ionio & Ægeo ſunt, pulcherrima, ac liberi juris; ut olim tribus quondam urbibus habitata, Camyro, Lyndo, & Ialiſo, nunc vero Rhodo. Centum viginti quinque millibus paſſuum circuitu patet: quanquam Iſidorus aliquanto breviorem fecit. Multi

Rhodus inſula a Turcis fruſtra oppugnatur.

ti igitur variique fuerunt in ea oppugnanda barbarorum conatus: nec uno prælio Chriſtianorum pertinaciam frangere hoſtis eſt adortus, ac disjectis mœnibus, nonnunquam intra oppidum irrupit: verum propugnatorum virtute, quorum pars maxima Hieroſolymitani fuerunt Equites (penes hujuſmodi religionis viros in inſula totius rei ſumma eſt) cum ingenti cæde hoſtis a mœnibus eſt repulſus, oppidumque & divina & humana ope ſervatum. Ferunt poſtea ex ipſis barbaris cognitum, duos viros forma aliquanto humana auguſtiore, quandiu tenuit obſidio, noctu incenſis facibus, circa muros excubare ſolitos: ac ubi jam prope captum eſſet oppidum, minaci occurſu illos pro muris viſos ferrum identidem intentare: atque ita barbaros religione perculſos ceſſiſſe. Creditum vulgo, Petri Apoſtolorum principis ac Pauli ſimulacra illa fuiſſe. Quod ſi ita accidit, haud abſurdum erit dicere, Rhodon non tam humano quam divino præſidio tunc ſervatam. Cæterum illud quoque non multo poſt miraculo datum, eo die quo Othomanus, acerrimus chriſtiani nominis hoſtis, vita deceſſit, Rhodiacus portus ita marinis fluctibus repente eſt deſtitutus (quando alioquin miræ eſſet profunditatis) ut naves quæ in portu ſtabant, in ipſis vadis velut in ſicco everſæ ſint. Sed illud anno ferme poſt, cujus verno tempore majus omnino facinus ille adortus, Hidruntem ſubito incurſu oppreſſit. Eſt id Calabriæ oppidum, quod Aulonis littoribus modico maris intervallo reſpondet. Eſt Aulon antiquum navale; id breve maris ſpatium, quod locum ab Italia dirimit, quodque quinquaginta habet paſſuum millia, Pyrrhus Rex pedeſtri continuare tranſitu, pontibus jactis, primus excogitavit; poſt eum Marcus Varro, quum Pompeji claſſibus piratico bello præeſſet: ſed utrunque aliæ impedivere curæ. Hidrunte a barbaris oppreſſa, apparebat Othomanum totis imperii viribus Italiæ incubiturum: imminebatque ex eo chriſtiano nomini ingens diſcrimen, niſi ea ſua illius morte manifeſta Dei providentia terror ille diſcuſſus eſſet. Nam medio belli apparatu peſtis humani generis extincta eſt: quo

Servatur Divino præſidio.

Hidrus in Italia oppreſſa.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1480 quo contigit, ut Ferdinandi Regis potentia oppidum terra marique aliquandiu oppugnatum, cum barbarico sit præsidio receptum. Hæc barbarus.

Coricta Veneto cedit imperio.

Veneti interea Corictam, Dalmatiæ insulam (quam recentiores, ut alio loco significavimus, *Velgiam* dixerunt) suo imperio adjunxere. Fecerant hi, olim rerum in Dalmatia potiti, eam jure belli suam: habueruntque aliquandiu insulani ipsi Venetos magistratus. Mox vero, Rainerio Zeno Principe, Schinellis, familiæ ea tempestate in Corictanis illustri, tota insula vectigalis concessa est: mansereque illi ac posteri in fide annos circiter ducentos. Sed procedente tempore Regulorum studia Dalmaticis motibus variare cœperunt: ut nunc Veneta, nunc Belæ, Ladislai, Lodovici, & aliorum Regum arma, usque ad Joannem Banis filium (qui omnium novissimus Coricta-norum Princeps fuit) secuti sint. Is, temere occupatis Martini Principis, fratris sui defuncti, oppidulis quibusdam, quæ ille intra continentis oram Matthiæ Pannoniæ Regi moriens testamento reliquerat, quum barbara in se arma irritasset, ad Venetas opes confugit. Maerblasius, qui ex Pannonia in Dalmatiam ad id missus fuerat, non contentus loca, quæ ille ab initio invaserat, recepisse, in insulam copias transmisit; & jam cœperat Muselum oppidum oppugnare, quum Jacobus Venerius legatus ab Antonio Lauretano, tum classis imperatore, ex Corcyra affuit: secutus inde Antonius Vinciguerra, scribarum unus, a Principe & Patribus ex urbe missus. Is quum publico nomine barbarum monuisset, ut ab Corictanis injuriam abstineret, qui nuper in Venetorum fidem venissent, tantum abfuit, ut ille ab incœpto destiterit, quod Musélo recepto, continuo ad urbem copias admoverit. Erant insulanorum animi vehementer ab ipso Principe alienati ob tributum, quod populis ab initio belli imperarat: quo accidit, ut sub hostium accessum vulgo omnes ad defectionem spectare cœpissent. Desperatis itaque rebus, Corictanus Comes, persuadentibus qui aderant, omne jus quod ipse (cujus tota tunc insula erat) ac majores sui in

in ea quæsitum habuissent, Veneto nomini remisit: atque 1480
cum his Venetias, quo ab initio uxorem ac liberos miserat, tradita Venetis arce, abiit. Affuerunt non multo post quatuor aliæ triremes, ad quarum accessum territus barbarus, ne quum vellet, non esset sibi integrum in continentem abire, publica fide accepta, pacatam Venetis insulam reliquit. Eam Victor Superantius, qui in imperium maris Lauretano succedebat (ita sane forte evenerat, ut per eos dies illuc appuliisset) opere ac præsidiis firmavit. Patres Corictano Principi annuum mille aureorum nummum stipendium in perpetuum decernunt, in filiæ dotem quatuor millia. Sed homo tyrannicæ vitæ assuetus, æquitatis speciem in libera civitate aversatus, cum omnibus necessariis clandestine in Germaniam abiit. Nunc ad propositum bellum redeo.

1481 *Ferrarienſis belli origo.*

Perseverarant diu Ferrariæ Principes in Venetorum amicitia, ita sane ut Borsius, qui Herculem præcesserat, si qua interdum de finibus contentio suborta esset, pauciſſimis comitatus, quasi privatæ fortunæ homo, ad Principem & Patres venire consueviſſet, ratus suum in Venetos studium nulla alia ratione tam facile probari posse, quam si subito ipse Principi & Patribus coram satisfeciſſet; & brevi nihil vir ille, ex quo Ferrarienſium Princeps fuit declaratus, usque ad exitum vitæ, antiquius habuit, quam Venetum nomen colere, colendoque sub illius umbra pacis studia & ocium fovere. Hujus igitur meritum & spes, quam Patres ab initio conceperant, fore, ut nemo tam Borsio similis in Veneta amicitia colenda futurus esset, quam qui illi maxime conjunctus esset, fecerunt, ut eo vita defuncto, Veneti miro studio Herculem ejus fratrem, terra & aquis adjutum, in ampliſſimo principatu locarint, de quo magnum alioquin illi certamen instabat cum Nicolao Lionelli filio, cui Mantuanus Princeps avunculus, & Galeacius Vicecomes enixe favebant. Verum ita accidit, ut non longo interjecto tempore Hercules Leonoram Ferdinandi Regis filiam uxorem duxerit, qua ille affinitate auctus, remiſſiore animo cœpit Venetam celebrare amicitiam,

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1481 tiam, contraque antiqua fœdera, aliqua movere, nam & circa Comaclum ſalem fieri ab hominibus ſuæ ditionis permiſerat. Cujus injuriæ ne poſtea auctor videretur, paſſus eſt, Venetis id poſtulantibus, ingentem vim ſalis, quæ ibi conflata erat, per Benedictum Triviſanum ad hoc ipſum Ferrariam miſſum, in proximos fluctus projici. Conſtabat ad hæc, in vectigalibus ſolvendis Venetos ſua antiqua immunitate fraudari. Sed hæc aliquanto leviora. Erexerat circa Caput aggeris munitiones quaſdam, quaſi non alios fines habiturus, quam quos ipſe ſtatuiſſet. Noviſſime autem magiſtratu, quem Veneti ex fœdere in ea urbe habebant, gravi ignominia affecto, ut quaſi impius ab urbis Antiſtite chriſtiano ſit cœtu excluſus, in apertiſſimam defectionem erupit. Patres interim non ignari quorſum motus illi tenderent, nunc per literas, nunc per oratores eum amice monere, ne pergeret Venetum nomen, nil tale de eo meritum, hujuſmodi injuriis a ſe alienare: quin Borſium, & alios ſuos majores imitatus, in antiquo Venetorum fœdere perſeveraret, quod ei non minus tutum eſſet, quam honorificum. Eas adhortationes quum homo ingentis ſpiritus, & qui longe majores nova affinitate imbiberat, averſaretur, tentarunt Patres per Xyſtum Pontificem illum in veteri amicitia retinere. Sed quum hac quoque via ingreſſi, parum omnino profeciſſent, tum vero novis priſtiniſque injuriis, quas Othomanico bello impliciti diſſimularant, adacti, ad arma reſpicere cœperunt, bello vindicaturi, quæ pacis ſtudio ad eam diem magis humane quam honeſte tulerant. Tenuit tamen ea conſulatio plures dies. Erant ex ſenioribus Patrum qui ſentirent, *Nullo modo bellum Herculi indicendum, non quia jure non deberet, ſed quod alieno tempore res tanta moveretur. Monere illi identidem, viderent qui bellum vellent, ne ulciſcendæ injuriæ cupiditate, in aliquod grave diſcrimen Rempublicam conjicerent: Feſſam dicere longo bello civitatem, feſſas & vectigales urbes: quieſcendum quandoque ab armis eſſe, ne bella bellis ſerendo, viderentur Veneti rerum omnium magis quam pacis*

Conſultatio de bello Herculi Æſtenſi inferendo.

cis ſtudioſi. Cæterum, ſi omnia conſtarent, illud non eſſe 1481
negligendum, quod Æſtenſis Hercules præter excellentes ipſius in re militari virtutes, duorum potentiſſimorum Regum perneceſſarius eſſet: procul dubio alienis illum ſtimulis incitatum, non ſua ſponte ea jampridem moliri: conſtare ad id, multos Italiæ Principes cum eo fœdus percuſſiſſe. Quod quum ita eſſet, viderent illi, qui bellum tantopere cupiebant, ne magis clypeo, quam gladio indigerent. Ad ea maxima pars Senatus, ut quiſque ferociſſimus erat, reclamare: *Non eſſe ob ea, quæ a timidis afferrentur, ulterius injuriam ferendam: inſultaturos unius exemplo alios finitimos Principes, immo de induſtria quæſituros, qua ratione Veneti imperii fines inquietare poſſint: Nec verendum eſſe, ne civitas non omne belli onus ſuſtinere valeat; quippe quæ jam diu armis aſſueta, ne conceſſum quidem ocium ſit latura. Eſſe præterea Dei benignitate Venetas opes tam validas, ut quamvis Othomanico bello ingens auri pondus eſſet effuſum, adhuc longe majus ac pene immenſum ſupereſſet, quo vel graviſſimum bellum, ac longe gravius eo, quo nuper defuncti eſſent, ex imperii dignitate confici poſſet. Patere ad hæc civibus longe lateque maria ad mercaturam; vectigaliaque in dies & portoria meliora fieri. Quid quod multi ex ſenatorio ordine adeſſent, qui ſe magnam vim auri ad uſum Reipublicæ in medium collaturos pollicerentur; quibus appareret ſtipendium ita quantumvis magnos exercitus alendos non defuturum. Nec Pannoniæ Regis motus aliquo modo formidari oportere: qui præter quam quod cum Fœderico Imperatore perpetuum gereret bellum, Turcos quoque infeſtiſſimos haberet, qui ejus fines incurſare, popularique non deſinerent: ſatis ſuperque illum habiturum, ſi adverſus potentiſſimos hoſtes Pannoniæ fines tueri poſſit. Nec multo plus illo Ferdinandum metui debere: quippe qui vix bene adhuc ab Hydruntina reſpiret obſidione, qua pluribus menſibus terra marique occupatus, poſt ingentem auri hominumque jacturam, littoralem urbem a barbaris ægre recepiſſet: Infeſtaturam ad id Venetam claſſem maritimam Appuliæ & Calabriæ oram:*

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1481 *oram: quam ſi tueri ille volet, a Ferrarienſi bello vellet nollet temperaturum, dicere. Sed fac*, inquit, *illius vires omnino eas eſſe, quæ in plures partes belli commode diffundi poſſint: qua ille via ingreſſus genero auxilia ferre poterit? habet ne hic alatos milites, qui per aerem delati, ex Calabria in Ciſalpinam Galliam devolare poſſint? Xyſti Pontificis Roma eſt, Xyſti Sabinia, Umbria, Picœnus ager, ac quicquid denique Italiæ a Tyberino oſtio Anconem uſque patet. Ille, ubi Herculem ad officium retrahi non poſſe vidit, non ſolum inferendi belli ſe auctorem exhibuit, ſed ſocia etiam ad id bellum arma cum Veneto junxit. Non erunt nobiſcum Florentini & Mediolanenſes: at Genuenſes erunt & Monferratenſis Princeps; erunt & Rubrii Parmenſes, quos conſtans fama eſt, ad defectionem ſpectare: quanquam ne adhuc quidem certi ſumus, malint illi, quos pro hoſtibus nominavi, nobiſcum bellum an pacem habere. Sed quum armis, auro, auxiliis abundemus, verendum eſt ſcilicet, ne non ſatis juſtam cauſam habeamus, qua bellum Herculi a nobis jure illatum videri poſſit. Quando unquam, Patres, ab vicinorum aliquo evidentior in vos injuria profecta eſt? Antiquas immunitates veſtras toto ſuo principatu ſuſtulit: veſtri imperii finibus jamdudum incubat: Magiſtratum, quem in ea urbe ex fœdere habebatis (quia honeſtiore via non potuit) chriſtiano cœtu per contumeliam excludi eſt paſſus. Quæ injuria vos movebit, ſi hæc non movet? An expectandum eſt, ut bellum, quod jam dudum animo molitur, firmatis ſuis per ocium partibus, ipſe prior inferat? Inferet quidem, ac fortaſſe citius quam vos ipſi putatis. Ite, & majorum noſtrorum veſtigia ſecuti, qui non minus vindicandæ injuriæ, quam propulſandæ ſemper ſtudioſi fuere, manifeſtum hoſtem (nam in eo nihil jam quod non idem hoſtile ſit, cernimus) ferro, igni, terra aquiſque perſequimini; ac nunc primum, quod vobis Reique publicæ bene vertat, bellum decernite. Incendium hoc, quod tam proximo loco noſtra patientia aluimus, quia aliter non licet, armis reſtinguite. Intelligant omnes, ſcire Venetos, Liberum patrem*

trem imitatos, ex bello pacem, & rurſus, quum opus ſit, ex pace bellum conficere. Senatus, etſi jam antea per ſe ſatis ad bellum inclinabat, hujuſmodi tamen hortationibus adhuc magis impulſus, bellum miro conſenſu decernit: decretumque, ut omnia ex imperii dignitate fierent, pro concione populi hoſti indicendum curavit. Ad cujus denunciationem tanto ſtudio ex tota concione eſt reclamatum, tantus vocum favor undique conſecutus, ut manifeſte appareret, nullum unquam bellum majore omnium ordinum conſenſu fuiſſe adverſus quempiam ſuſceptum. Decernitur itaque ſtatim duplex claſſis: una quæ Appuliæ & Calabriæ oram, ſi quid Ferdinandus moviſſet, infeſtaret; altera quæ per Padi fluenta in hoſtium fines ageretur: illi Victor Superantius, penes quem jam antea erat maris imperium, præeſſet; huic Damianus Maurus, uterque vir impigerrimus. Verum non aquis ſolum, ſed terra quoque bipartito in hoſtem movendum rati, ita belli partes ducibus comparant, ut Rubertus Severinas (quem aliquanto antea amplo ſtipendio conduxerant) rem citra Padum cum valido gereret exercitu; ultra vero ex Flaminiæ finibus Rubertus Ariminenſis, copiarum omnium imperator. Multi ex plebe, non magis ſpe prædæ, quam odio in Ferrarienſes, quorum ſuperbiam uno ordine ſtomachari omnes, ad novam belli denunciationem excitii ſine publico ſtipendio terra & aquis Veneta ſigna ſunt ſecuti: mutuæ adhortationes alterius alterum ad id bellum invitantium paſſim exaudiri; voces præterea populares, excidium Ferrariæ ominantium: uſque adeo totius civitatis odia in Ferrarienſe nomen exarſerant. Videres itaque omnia ſtatim mutata: naves ad bellum inſtrui; viros, arma, commeatum expediri. Et jam multitudo navium ingens ex urbe profecta erat, quum Rubertus Severinas & Antonius Lauretanus, qui legatus illi est datus, Feniacum proceſſerat: ii, exploratis jam antea locis, ſtatuerunt per Tartari fluminis ſtagna, quæ ſunt inter Athesim & Padum, in hoſticum copias tranſmittere.

Sed locus hic exigit (quando tota fere Gallia, quæ infra

1481 *Decreti belli apparatus.*

1482

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1482 fra Hoſtiliam, Mantuani agri oppidum, citra ultraque Padum uſque ad mare aquis irrigua eſt) ut pauca de regionis ſitu, deque fluminum divortiis dicamus. Includitur itaque terra ipſa cum Flaminiæ & Picœni agri parte, præterquam a meridie & brumali ortu, qua Hadriaco alluitur, undique fere montibus; ita ut niſi a mari ad Apennini juga, quæ Liguri imminent, porrectior eſſet, theatralem pene formam exprimeret. Quod ſi theatrum appellari poſſet, Martis quidem, non alterius, ut Græcorum quidam Boetiam, appellaremus: quando nullum ſit in Italia ſolum, in quo ſæpius oriantur bella, atque orta diutius immorentur. Habet terra ipſa ab occaſu Apenni juga, quæ Liguriæ, ut diximus, incubant. Hæc molli quodam ambitu aliquandiu evagata, Hetruria ad dexteram Umbriaque relictis, Anconem uſque procurrunt: hoc fere Alpes ad ſeptemtrionem & boream faciunt. Quicquid ferme ſoli his finibus continetur, Tyrrheni olim habuere. Hos Galli, locorum ſpecie & fœcunditate allecti, ſuis ſedibus expulerunt, ipſique poſtea citra ultraque Padum totam terram aliquandiu tenuere; inter fluvium ipſum & Alpes Lebetii, Galli, Inſubres, & Cenomani habitaſſe dicuntur, quorum urbes clariſſimæ adhuc extant. Venetos quoque nonnulli Gallicam gentem exiſtimarunt, atque ideo falſo a quibuſdam crediti, quia ab illis qui in Gallia ſunt, lingua tantum diſcrepare credantur, cæterum moribus & corporis ornatu nihil diſſimiles. Ultra Padum Boji, Eganes, & Senones ſolum ipſum incoluerunt: quo merito eſt factum, ut poſtea Gallia ſit dicta. Eorum inde opibus Romano imperio everſis, Italiæ pars eſſe cœpit: noviſſime a Longobardis (qui in ea terra diutius fuere, maximaque eorum potentatus pars, ac regia ipſa circa Ticinum fuit) *Lombardia*, detrita ſyllaba, nuncupata eſt. Ampliſſima hujus terræ flumina, Padus, Ticinus, Ollius, Abdua, Mincius, & Atheſis. Padus, quem a Græcis *Eridanum* appellatum quidam tradidere, in gremio Veſuli montis, qua parte maxime Ligurum finibus aſſurgit, ortum habet: in planitiem inde lapſus, ad meridem primo de-

Ciſalpinæ Galliæ & Padi deſcriptio.

1482 defluit, inde ad orientem converſus, ſex oſtiis in Hadriticum evolvitur: triginta auctus fluminibus ita invaleſcit, ut neque Danubio inferior, neque Nilo, a quibuſdam ſit judicatus. Amnium, qui ſe illi inſinuant, clariſſimi ſunt, quos nobiliſſimi lacus aliunde acceptos cum fœnore tranſmittunt. A Lario, qui & *Novocomenſis* dicitur, Abduam accipit; a Verbano ſive *Majori lacu*, Ticinum; a Benaco, qui & *Gardæ* eſt, Mincium; a Sebino, aliter *Iſeo*, Ollium; ab Eupilis lacubus, quorum alterum *Puſcianum*, *Cervianum* alterum vocant, *Lambrum*. Augent illum vehementer præter ipſa flumina liquatæ nives, idque circa canis ortum: nec, quum maxime intumuit, tam navigiis eſt infeſtus, quam agris; quo fit ut perpetuo accolarum labore utrinque coerceatur aggeribus, in eo ſatis vicinis campis æquus, quod nihil ex rapto ſibi vendicat. Ab ipſo itaque fonte ſuis lætus incrementis, uno alveo Ficariolum uſque defluit, eſt id oppidum haud multum infra Hoſtiliam: tum vero nimia aquarum crapula victus, paululum ſub illius mœnia luxuriari incipit; atque in duas ſciſſus partes, primam inſulam facit: accolæ *Poleſinum* vocant, tranſpoſita (credo) ſyllaba, ut quum *Polenſinum* dicunt, *Polyneſum*, id eſt longam ſeu multam inſulam, dicere ſe credant: & quia Ferraria non longe infra ipſum aquarum divortium ſedet, *Ferrarienſem Polyneſum* hanc vulgo nominant. Dexter amnis priuſquam urbem attingat, ob pleraque flumina, quæ brevi ſpatio ſe illi inſinuant, amiſſas nuper vires pene ex integro reponit: quo fit, ut nova mole preſſus, in ipſis oculis civium, non præſentiam, non urbis ædificia veritus, quaſi nova recentiore hoc divortio altera inſula, qua Argentia oppidum, qua item Comaclum ſtagnis circumdatum includitur. Dextera pars fluminis quum Argentinos fines perſtrinxit, averſa ripa, qua Janidam oppidum ſedet, ex Forocornelienſi agro Vatrenum amnem accipit, nunc accolæ corrupto nomine *Venternum* vocant. Hic quaſi omnis incrementi impatiens, non multo poſt, ubi circa Co-

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1482 Comaclum, ad locum venit, quem *Divum Albertum* vocant, tantundem pene aquarum, quantum ex Vatreno acceperat, temere effundit, quæ per ſtagna Ravennam progreſſæ, navigabili fluvio in mare dilabuntur: atque ita Ravennæ portus unum ex Padi oſtiis dici poteſt. Reliqua pars, ac longe major, ex Alberto recto ferme curſu in mare evolvitur, ejuſque oſtium *Primarium* accolæ appellant, olim Vatrenum dictum, a fluvio qui ſe illi, ut diximus, inſinuat. Læva pars Ferrarienſis divortii, eo aquarum impetu, quo ab urbe digreditur, non amiſſis, non auctis viribus, in mare decurrit: ejuſque oſtium *Volanem* vocant; inter hoc & Primarium, cujus proxime mentionem feci, Comaclina ſtagna oſtium habent, immo portum potius, quem *Magnavaccam* appellant. Sed æſtuaria maris illa ſunt, quod ex ſalis concretione datur intelligi. Redeo ad primam illam fluminis ſciſſuram, quam paululum infra Ficarioli mœnia fieri diximus. Eam ut recentem eſſe exiſtimem, non tam Ruberti, Neapolitani Regis, & Franciſci Petrarchæ Italiæ figuratio facit, in qua id Padi divortium neutiquam fuiſſe Forlivienſis Blundus affirmat, quam Polybii, ſummi viri, auctoritas: qui duobus oſtiis Padum in Hadriacum exire tradidit, Paduſa & Volane, quæ ad eum fluvium, cujus proxime mentionem fecimus, attinere non eſt dubium. Sed nunc ad reliquam partem redeo, que ad lævam inclinans curſum, ſine aliquo majore detrimento in Hadrianos fines uſque decurrit. Hic vero bifariam ſciſſus, minor pars ad dextram flectens, ipſam pene Hadriam alluit, ac priuſquam pelagus attingat, duobus oſtiis in mare elabitur. Id quod Volanæ propinquum eſt, *Abbatis* vocatur; reliquum vero *Gorium*, majoris fluminis oſtium, quod Hadriæ ſiniſtrum in mare decurrit, *Fornaces* accolæ appellant. Et hæc de Padi ortu, deque ejus curſu & oſtiis; ipſum flumen ideo Padum quidam appellatum credidere runt: quia circa ejus fontem multa arbor ſcirpea ſit, quæ *Pades* Gallice vocetur. Plinius *Bondincum* quoque, quaſi fundo carentem, Liguſtica lingua dictum affirmat;

atque

atque in argumentum rei adducit Bondincomacum, oppidum flumini propinquum. Atheſis, qui & ipſe pluri- 1482
fariam ſciſſus Poleſinum non unam facit, ex Tridentinis montibus lapſus Veronam mediam interſecat; inde infra Leniacum ad Caſtagnarium diviſus, pars illa, quæ vicum perſtringit, ad dextram flectens, Tartaro ex ſuis ſtagnis emerſo occurrit: qui una mixti non multum procedunt, quum alteram Atheſis partem ad Maloperam majore alveo abruptam aſſequuntur: atque ita uno ex pluribus fluminibus facto, Rodigianam Poleſinum a tergo claudunt: poſtremo in ſtagna dilapſa, prorſus fluminum nomen amittunt. Atheſi vero paululum ſupra Marchianam turrim in duas partes ſciſſo, dexter amnis Lendenariam Rodigiumque perfluens, priuſquam ad Caput aggeris ſit ventum, cognatis aquis, quaſi in gratiam reverſus, ſe placide inſinuat: hic mixto alveo per ſtagna & paludes decurrens, ubi locum quem *Turrim novam* vocant, attigit, noviſſime diviſus, duobus oſtiis in mare evolvitur: quorum dextrum *Foſſiones* vocant; lævum vero, Brundulum. Atheſis trifariam, ut ſupra oſtendimus, diviſus, duplicem Poleſinum facit: ultra Rodigianas aquas *vetus* dicitur; citra vero, *recens*.

Hæc itaque fluviorum divortia & ſtagna, quæ paſſim interjacent, Venetas expeditiones longe difficiliores omni no factura credebantur, quum neque pedibus vadari loca poſſent, neque ob aquarum tenuitatem ubique navigari. Primum itaque omnium Severinati Lauretanoque legato placuit, circa Boariam non longe a Lendinara lembos pleroſque in Tartari fluminis ſtagna traduci; inde, tribus peditum cohortibus, quibus Andreas Parmenſis & Thomas Himulanus præerant, in illos impoſitis, ad locum quem *Crucellam* vocant, primo, mox in Mellarianos fines tranſmitti. Pridie Calendas Maias ſub lucem Venetus miles in hoſtico conſedit. Huc pauci ex iis qui Mellariæ præſidio erant, & Franciſcus Sitcus ex Hoſtilia cum modico equitatu ſub primum appulſum affuere, levique injecto certamine, ceſſerunt. Nocte,

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1482 quæ diem illum ſecuta eſt, Antonius Marcianus, homo multi nominis, cum trecentis agreſtibus cœpit viam ad traducendas copias non longe a Caſalone ſtagnis communire. Nihil ea nocte ab opere ceſſatum: ſtabant illi, qui viam muniebant, ad latera uſque aquis limoque demerſi; ubi vero illuxit, nec dum opus ad exitum ſpectaret, Severinas Lauretanuſque, qui ad tertiam diei horam affuerant, non ignari in quanto diſcrimine illorum vita eſſet, qui in hoſtium fines tranſierant, confeſtim ex circumjectis locis omnis generis & ætatis agreſtes ad id opus accerſunt; mille per reliquum diei & noctem quæ ſecuta eſt, ibi operatos quidam memorant, alii longe plures ajunt. Sed quantacunque fuit illa manus, ſatis conſtat, poſtridie illius diei, quo plures operarios ex proximo accitos diximus, tertia lucis hora ad Tartari ripam perventum: ubi vero illi, qui adverſam ripam præſidio tenebant, in conſpectu fuere, mox, ponte flumini impoſito, unicuique licuit in hoſtile ſolum exire. Viam quatuor & viginti ſtadiis ſtagno communitam, a multitudine faſcium, ex qua fere materia opus conſtitit, *Faſcinatam* caſtrenſi verbo dixere: citra Tartarum non procul ab ipſo ponte locus munitus eſt, præſidioque firmatus, ut citro ultroque commeandi facultas omnibus libera eſſet. Traductæ eodem die in Mellarianos fines copiæ, quæ quantæ fuerint, parum inter eos qui rebus interfuerunt, conſtare video: quidam viginti millia fuiſſe memorant, alii numerum longe extenuant: ſed quantæcunque fuerint, cum his Severinas Mellariam, quæ in Padi ripa eſt, adortus, primo fere impetu hoſtium munitiones arci ſubjectas expugnat. Qua ſuorum clade moti, qui in arce erant, continuo deditionem fecere. Mellaria capta, hoſtis ſub ipſum occaſum ſolis in ulteriore Padi ripa conſpectus, Veneto ſubitam trepidationem injecit: continuo itaque captis armis, ad flumen eſt concurſum. Paucitate illorum animadverſa, tumultus ille ſubito reſedit, cognitumque inde eſt, Fœdericum Urbinatem adeſſe, Hoſtiliam Pado trajecturum, ut inde Medio-

Via per paludes in hoſticum communita.

diolanum proficiſceretur. Ferdinandus Rex & alii, qui Herculem ex fœdere tuebantur, illum ſummæ rei præfecerant, juſſerantque ſubito Ferrariam venire, ut primis Venetorum conatibus circa Padum, aut qua ſatius viſum eſſet, ſe objiceret. Venetus in caſtra rediit, ac biduo poſt Mellaria profectus, ad Brigantinum vicum, aliquanto antea occupatum, conſedit. Hic Severinas exploratum habuit, Trecentam, & alia quædam ignobilia loca ab hoſtibus relicta. Operæ precium itaque viſum eſt, ponte in iis locis poſito, ea parte ſupplementa & commeatum ex Veronenſi agro accerſere; apparebat, iter illud ſi non Crucellano & Faſcinatino compendioſius, utroque tamen tutius futurum: ponti præſidium impoſitum eſt. Paucis inde diebus ex Brigantino Caſtrum novum verſus mota ſunt ſigna. Hic profunda foſſa, quam hoſtes a Pado ad ſtagna Veneto objecerant, ſubito repleta, copiæ ad oppidum admotæ: triduo ibi laboratum, murique nonnihil bellicis tormentis disjecti: demum poſt aliquot prælia deditio ab hoſte facta eſt. Nec leves interim excurſiones in hoſticum fieri cœptæ, ingenſque vis hominum pecorumque quotidie in caſtra agebatur. Cujus rei fama propinquas urbes pervagata, multos mortales ſpe prædæ in Veneta caſtra excivit, ita ut brevi ad triginta armatorum millia in illis fuiſſe tradantur. Ex Caſtro novo Ficariolum proceſſum eſt: foſſa hic quoque ingens nonnihil victoriæ curſum retardavit; ſed ea ſuperata, jam caſtra & bellicæ machinæ ea parte, qua oppidum oppugnandum erat, expediri cœperant: quum tumultuoſe ex Mellaria affertur, Fœdericum Urbinatem cum validis copiis Hoſtiliam venisse. Timuit Venetus dux, ne viis poſt ſe ab hoſte inſeſſis, non eſſet ſibi integrum dum vellet in pacatum abire: continuo motis caſtris cum omni bellico apparatu Caſtrum novum repetit. Hic vero per exploratores compertum habuit, haud magnas eo copias adductas, nec eas eſſe hoſtibus vires, quibus citra Padum auderent aliquid conari. Tum Severinas Marciano Comiti mandat, ut

1482

Caſtrum novum deditur.

Ficariolum laborioſe oppugnatur.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1482 ut tumultuario opere Padanum aggerem inter Mellariam & Hoſtiliam reſcinderet, quo facto apparebat, non eſſe amplius, cur ullus hoſtium incurſus ea parte timeri poſſet: ipſe Ficariolum denuo ire pergit. Interim vero, qui præſidio erant, foſſam, abſente hoſte, iterum communiverant, ſtatuerantque in ulteriore ripa bellica tormenta: caſtrorum munitiones diſturbarant, & tabernacula ex paluſtri materia a Veneto erecta incenderant. Urbinas ad hæc ex Hoſtilia ſecundo fluvio eo delatus, majore præſidio locum firmarat; unde poſtea Stellata oppidum, quod in adverſa ripa eſt, tranſvectus, ibi, ut ſuis quum opus eſſet, commeatum, arma, viros ſubminiſtraret, eſſe voluit: huc omnes hoſtium copiæ, quæ tum comparatæ erant, illius juſſu convenere. Rubertus interim nonnihil his, quæ diximus, impedimentis fatigatus, repleta iterum foſſa, citra ultraque illam tandem metatus eſt: objectæ ad id oppido munitiones, machinæque ad muros diſturbandos proximo loco admotæ. Sed dum hæc ſuperiore parte fluminis geruntur, Chriſtophorus Mula, vir impiger, qui lembis & minoribus navigiis præerat (Damianus enim Maurus, Padanæ claſſis præfectus, hoſtem prætervectus erat) Hadriam urbem vetuſtiſſimam adortus cepit: primo certamine oppidum militum qui præſidio erant, & oppidanorum virtute valide eſt defenſum. Fuerat & auxilio non parum loci natura, quem aquæ magna ex parte claudunt, atque illæ ipſæ non niſi per difficiles quoſdam rivulos navigabiles, quibus locis navigia ægre oppido aliqua ex parte admota ſunt. Cecidit ſub primos conatus Dominicus Hericeus, vir fortiſſimus, cujus cæde irritatis Venetorum animis, atrocior oppugnatio oppidum adorta eſt: periculorum omnium oblitus miles, hoſtium munitiones ſubiit. Demum non prius ardor ille animorum remiſit, quam ſocii navales ac reliqui urbem irrupiſſent: tum vero oppidani, abjectis armis, veniam implorare. Multi mortales primo ingreſſu a victore irato, & ultionis cupido, obtruncati ſunt: tecta direpta, ac non-

Hadria & alia circumjecta loca a Venetis capiuntur.

nonnullis locis incenſa; fuiſſetque eo die Hadria omnino everſa, niſi Venetus ſuos a præda & cæde edicto revocaſſet. De ſitu & vetuſtate loci alio loco diximus. Capta Hadria, totus ager & omnia quæ in eo fuere, in prædam conceſſerunt. Comaclum quoque per eos dies in Venetorum poteſtatem venit: ad quod recipiendum navigia non adeo multa ſunt miſſa. 1482

His aliiſque circumjectis locis partim vi partim voluntaria deditione receptis, quum claſſem interim adverſo Pado in hoſtem Maurus ageret, ingens citra ultraque flumen fuga facta dicitur. Ejus accolæ Hadrianorum clade territi, Ferrariam, aut alio, ubi ſe tutos fore putabant, cum conjugibus & liberis præcipiti fuga abierunt. Communiverat Hercules Padum ea parte, qua claſſis agebatur, ad locum, quem *Piloſellam* vocant, tribus ligneis caſtellis, medio amne uno, reliquis circa ripas conſtitutis, quibus ingens bombardarum telorumque vis inerat. Validum ad id præſidium in medio erat; ſed in ripis longe validius. Aderant Sigiſmundus Æſtenſis, Herculis frater, & Joannes Bentivolius, Bononienſis, cum equitibus ſexcentis, ac peditum numero pene pari. Habebat ſecum Maurus vim navium ingentem, galeones, lembos, ganzariolas, ac pleraque alia diverſi generis navigia circiter ducenta, omniaque optime ad bellum inſtructa. Ipſe triremi invectus, ferociter terra & aquis hoſtes adortus eſt. Tanto animorum ardore hic a Veneto res geſta dicitur, ut pulſo equitatu, ac reliquis tota ripa turpiter fugatis, caſtella quæ in aquis erant, poſt acerrimum certamen capta ſint. Nec victoria omnino incruenta fuit: multi, alii aliis caſibus, & in aquis & circa ripas conciderant; ſed res læta effecit, ut ſi qua clades eo loco accepta eſt, illa ipſa ad ſenſum non perveneret. Caſtellum quod in mediis aquis fuit, quodque grandiori navigio impoſitum erat, Venetus eſt miſſum; reliqua incendio abſumpta. Maurus victor dextra levaque navales ſocios cum terreſtri milite circa flumen prædatum mittit: illi vero non tam prædæ ſtudio, quam ut ſinum in

Hoſtes victi.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1482 hoſtes odium explerent, villas, vicos, & tecta circumpadanis campis ſparſa diripiunt, direptaque, ſubjecto igni, incendio abſumunt: agreſtes pecoraque ad naves læti agunt; atque ita claſſis prædabunda ſub idem fere tempus, quo terreſtres copiæ Ficariolum ſecundo circumſederant, eo & ipſa appulſa eſt. Prædatores, qui claſſem aliquantiſper ſua celeritate præceſſerant, hoſtium ſpeciem primo aſpectu ſuis præbuere, qui circa oppidum caſtra habebant: mox vero inter ſe cogniti, ingenti alacritate, mutuaque congratulatione congreſſi, hoſtem terra & aquis obſidere pergunt: muros oppidi & munitiones aſſiduo tormentorum ictu diſturbant. Nec Fœdericus, qui e regione erat, ſuorum diſcrimen ocioſe intueri; ſed æneis machinis in adverſa ripa conſtitutis, cuncta Veneto infeſta reddere: viros ad hæc, arma, commeatum ſuis ex proximo ſubmittere; omnia ad obſidionem perferendam mature providere. Sed nihil erat quo ille gravior Veneto eſſet, quam fuſilium machinarum jactu, quas a nimia celeritate *Vertivolantes* appellant: non arma, non vallum, non denique munimentum ullum pernicioſæ peſti reſiſtere poterat: omnia more fulminis ænea pila violenter excuſſa trajiciebat: non in tabernaculis miles, non extra tutus eſſe. Tum vero quia id parum militari exemplo ab hoſte fieri conſtabat, quod noctu, quodque intra caſtra milites his inſidiis peterentur; denunciandum illi per præconem Severinas curavit, ut niſi ab ejuſmodi belli ratione abſiſteret, fore ut & ipſe, bombardis a Ficarioli mœnibus averſis, caſtra oppugnare inciperet. Quoniam igitur utrunque parum decorum viſum eſt, convenit inter eos, ut quum oppidum oppugnaretur, aut Ficarioli muri tormentis quaterentur, his liceret machinamentis uti. Severinas præterea, ut Padus non uno hoſtibus loco clauderetur, navigia quædam ab claſſis ſtatione, præter caſtra, ad ſuperiora fluminis loca ſolo attrahi juſſit. Ad naves eas opprimendas, ex quinque & viginti galeonibus, quos ex Mediolano miſſos conſtabat, novem Urbinas ex Hoſtilia accerſivit. Horum quinque cum ad inſulam Venetæ ſtatio-

tioni proximam perveniſſent, quadringenti milites navibus 1482
egreſſi, ut corpora aliquantiſper æſtu levarent, ſe temere ſub umbra arborum in herbido proſtravere. Venetus in tali occaſione haud ceſſandum ratus, averſa inſuſæ parte ad eos ſilentio annavigavit, atque ex iis navibus, quæ admotæ erant, ad centum quinquaginta in terram digreſſis; ſubito clamore incautum hoſtem ac ſemiſomnem adoriuntur. Ille vero inopinato malo perculſus, neque arma capit, neque ſe ſatis ad fugam expedit: demum urgente metu, alii alio dilapſi, pauci ad naves confugere, quibus trepide abductis, in tutum abierunt, reliqui a ſuis deſtituti, alii ferro, alii in aquas præcipitati periere: ſeptuaginta, qui vivi in victoris poteſtatem venerunt, ad Severinatis conſpectum adducti ſunt. Eos quum Mediolanenſes eſſe conſtitiſſet, atque eoſdem opifices, qui non militandi ſtudio, ſed Principis juſſu naves conſcendiſſent, benigne acceptos, veſtibus & viatico adjutos, dux ipſe ad unum dimiſit. Eam cladem hoſtis majore Venetorum incommodo non multo poſt ultus eſt. Scinditur, ut diximus, Padus quingentos infra Ficariolum paſſus. Statuerant Veneti duces in fronte ejus inſulæ, quam fluminis divortia faciunt, ſubito opere præſidium communire, ut dexter fluvius, quo ex Stellatis Ferrariam navigatur, hoſtibus clauderetur. Ferunt Antonium Marcianum primum omnium loci opportunitatem oſtendiſſe, atque iccirco præſidii communiendi negocium illi datum. Is cum Bartholomæo Falcerio, Thoma Imulano, duabuſque peditum cohortibus locum ſubito occupavit, occupatumque, adhibita ad id opus vi agreſtium ingenti, communire cœpit. Milites interim ſociique navales prædæ ſtudio ab opere averſi, Ferrariam uſque prædabundi proceſſere, prædaque ingenti parta, ubi ad naves reditum eſt, Marciano cum operariorum manu pauciſque militibus relicto, in caſtra & ad ſtationem, quæ in averſa ripa erat, ſine imperio abierunt. Relictorum infrequentia effecit, ut per diem locus communiri nequiverit. Hercules, cognito hoſtium conſilio (quod ut ſciret, expeditiſſimis nunciis Fedrius Dux cu-

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1482 rarat) confeſtim ad eos opprimendos ire pergit. Haud enim ignorabat, quid periculi ſibi Ferrariæque ex ea re immineret; ſubito igitur acceſſu eos adortus turbat; primo inde certamine injecto, circa munitiones fatigat. Marcianus ſuos hortando, ut ſe locumque fortiter tuerentur, victoriam Æſtenſi aliquanto retardavit: inde ſuperante hoſtium multitudine victus, in eorum poteſtatem venit. Captus cum eo Falcerius, ac milites multi, multi quoque ibidem cæſi. Imulanus cum parte peditum ad fluvium ſe recepit, maturoque navium accurſu ſervatus eſt. Perrexit poſtea Hercules locum communire, qui valido præſidio firmatus, magnum Ferrariæ adjumentum attulit.

Severinas interim, quum Ficariolanam oppugnationem haud tam cito, quam ipſe & alii ſperarant, ad exitum perduci videret, ne uno loco hoſtem fatigaret, copiarum partem cum Fracaſſo & Joanne Maria, & cum his Petro Marcello legato, Jacobi Antonii viri clariſſimi filio, ad Rodigianæ Poleſini oppida expugnanda mittit; quicquid enim hoſtium intra Atheſis fluenta erat, nullam vim belli ad eam diem ſenſerat. Primo igitur acceſſu Caſtellum Guilielmum, & Turris Donatia ſtagnis circumflua, ſunt capta. Inde Rodigium, Lendenaria, Abbatia, & alia Poleſini loca non ſine certamiue (quo Hieronymus Marciani Comitis filius, juvenis impiger, occubuit) Venetis armis ceſſere. Ad confirmandos autem populorum animos, qui in Venetam fidem venerant, Auguſtinus Barbadicus, tum Patavii præfectus, vir claro ingenio magnaque auctoritate, decreto Patrum Rodigium tranſiit: miſſus ad hoc ipſum cum eo Petrus Triviſanus. Rebus provinciæ conſtitutis, Barbadicus juſſu Patrum Paduam eſt reverſus, Triviſanus gravi morbo implicitus non multo poſt vita deceſſit. Rubertus Venerius, Franciſci filius, Triviſano in provinciam ſucceſſit. Hic quoque populorum animos, imprimiſque Rodigianos, non ſolum in fide continuit, ſed manſuetudine & ingenii dexteritate magnopere etiam confirmavit. Dum hæc

hæc circa Atheſim geruntur, Fœdericus Urbinas gravi 1482
morbo implicitus, ex Stellatinis caſtris, in quibus ægrotare cœperat, Ferrariam eſt delatus. Severinas interim, quamvis copiarum pars cum filiis abeſſet, nihilominus hoſtem die noctuque aſſiduis conatibus fatigare, muriſque jam propemodum bellicis operibus ſolo æquatis, longioris moræ impatiens ſtatuit oppidum oppugnare. Priore certamine promurale arcis eſt vi captum, ac ſemel occupatum pertinaciter Venetus retinuit. Multi igitur, remittente pugna, in eo remanſere: quidam etiam ſub ipſis muris hæſerant. Qua hoſtium audacia Herculani, qui intus erant, territi, ſpe oppidi amplius retinendi amiſſa, turrim, quæ adhuc non procíderat, pontibus ſuſpenſam ſubjecto igni evertere. Cognita ex eo hoſtium deſperatione, Severinas acriore oppidum oppugnatione adoritur. Media nocte ad tertium Calendas Julias miles ferox Ficariolanas munitiones invadit, pontes pluribus circa foſſas locis nocturno incurſu diſponit. Æſtenſes & ipſi per umbram noctis oppidum ſeque fortiter tueri: pugna & ſpecie & re atrocior diurna fuit. Terrebant nocturni clamores, cæci ſtrepitus, fragores, ruinæ, & quod omnium maxime horrendum erat, ſubiti tormentorum ictus, qui tonitrua imitati, omnia terroris & ſollicitudinis complebant. Protractum eſt prælium fere ad lucem: tum vero Venetus, victa hoſtium pertinacia, pluribus locis in oppidum irrumpit. Herculani ubi rem perditam videre, abjectis armis, alii præcipites in aquas dati ſunt, alii ferro oppreſſi, pauciſſimi vivi in victoris poteſtatem venere. Venetus oppido potitus, continuo illud pene ſolo æquatum irrequieto opere reſtituit. Severinas interim & Lauretanus paludi coto gravati ægrotare cœperunt: uterque Patavium delatus eſt, ſed diſpari fato: Venetus, ſervato duce, diem vitæ obiit. Maurus quoque, claſſis præfectus, & ipſe a Patribus revocatus, pauciſſimis diebus poſtquam Venetias venit, vita deceſſit. Fuit æſtas illa omnino gravis; ſed autumnus

Copiis paluſtri cœlo affectis, multis mortui.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1482 mnus qui ſecutus eſt, longe gravior, ita ut quidam eorum, qui de Ferrarienſi bello nobis commentarios ſcripſere, quique rebus gerendis interfuerunt, affirmare audeant, periiſſe ex iis qui circa Ficariolum æſtate illa terra & aquis fuere, ad viginti hominum millia, alios alio caſu, ſed longe plures febri paluſtri loco contracta. Hæc æſtate illa in Gallia.

In Flaminia Rubertus Ariminenſis & ipſe ab initio belli nonnihil cum iis copiis quas habebat, hoſtem aſſiduis expeditionibus vexarat: ex Ravenna, ubi tunc Bernardus Bembus prætor erat, commeatus & omnia ad bellum neceſſaria illi mature ſubvehebantur: media fere æſtate Patrum decreto Romam ad Xyſtum Pontificem obſidione levandum ire juſſus eſt. Sub primos enim Venetorum motus Alphonſus Calabriæ Dux cum quatuor millibus armatorum tentaverat ad Herculem ſororium tranſire: verum quia per loca Pontificis omnino erumpere cogebatur, in Marſos primum, inde per Aequos ducens, Columnenſibus & Sabellis, qui aperte a Pontifice defecerant, juvantibus, in Romanum agrum deſcendit. Habet urbs Roma pleraſque nobiliſſimas familias, quarum Urſini, Columnenſes, & Sabelli celebritate nominis & opibus clariſſimi habentur: hos diſcordia multis ante annis, æmulatione primo, inde apertis odiis in perpetuum pene certamen traxit: ſæpe accidit ut armis inter eos media ſit urbe diſceptatum; ſed foris tanquam liberiore campo ſæpius: quicquid oppidorum circumquaque urbi adjacet, illorum pene ditionis eſt. Sed quum præter hos multi alii ſint Romani ſanguinis Principes, Urſini jam inde a multis annis & armorum virtute & opibus cæteros longe præſtare cœperunt. Extiterunt noſtra memoria quatuor ex ea familia viri clariſſimi, Caroli filii, Latinus, Joannes, Neapuleo, & Rubertus: duo illi Eugenium Pontificem (ut a majoribus accepimus) Florentiam ſecuti, tantum apud illum gratia & honore floruere, ut Latinus, qui omnium maximus natu fuit, non multo poſt Cardinalis ſit creatus, Joannes & ipſe Tranenſis Antiſtes declaratus, am-

ampliſſimis ad id ſacerdotiis auctus, mirum in modum 1482
domeſticam auxit dignitatem. Attulere hi quidem ſuis multum ſplendoris; ſed plus omnino Neapuleo & Rubertus, qui militari virtute in tantam nominis celebritatem evaſere, ut uno tempore hic regiarum copiarum dux, ille Pontificii exercitus imperator fuerit. His virtutibus non ſolum paternum principatum tutati ſunt, ſed mirum etiam in modum auxere, ita ut quicquid terræ a Tyrrheno ferme littore ad Fucinum Marſorum lacum longe lateque patet, ſuæ ditionis fecerint. Is rerum ſucceſſus adhuc majorem apud æmulos peperit illis invidiam; oppugnatique ob id nonnunquam uno tempore a Columnenſibus, Sabellis & Anguillariis. Et quia per ſe non poterant, ut unius familiæ opes everterent, Caliſtum quoque Pontificem in eos armarunt; cujus conatus non ſolum illi ſuſtinuerunt, ſed fregere etiam, vel imprimis, quum ad Vicum Varronis, Borgias Caliſti nepos longe majoribus copiis cum Ruberto Urſino parum proſpero marte dimicavit. Verum etſi ſemper alias æmulorum opes Urſinis infeſtæ, Xyſti Pontificis temporibus infeſtiſſimæ fuerunt: quippe qui nacti (ut eis perſuaſum erat) nocendi occaſionem (quia pauciſſimis annis quatuor illi viri illuſtres extincti eſſent) enixe omnia moliri cœperunt, quibus Virginii Neapuleonis filii, qui unus in tantum principatum ſucceſſerat, opes everterent. Verum ille viribus & ætate florens, majorumque veſtigia ſecutus, Pontificem amplexus, Romanæ Eccleſiæ partes tueri, cum Hieronymo Vicecomite communi conſilio rem domi forique administrare. In hujus itaque potius, quam in Pontificis invidiam Columnenſes Sabellique res novas ſub Alphonſi acceſſum in urbe & in municipiis moliri cœperunt: quo accidit ut duo ex utraque familia Cardinales, viri alioquin ſingulari innocentia & auctoritate, in perduellionum ſuſpicionem devocati, Pontificis juſſu in Hadriana mole aliquandiu velut in cuſtodia habiti ſint. Tum illorum neceſſarii adhuc magis irritati, omnia Romæ per homines ſuæ factionis turbantes, Alphonſum venientem non ſo-

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1482 *Alphonſus Aragonius Romanum agrum infeſtat.*

ſolum commeatu juvere, ſed in ſua quoque oppida, unde commodius urbem infeſtaret, ultro induxere. Hinc itaque accidit, ut quanquam Pontifex per id tempus florentes haberet copias, eſſentque in illis caſtris multi clari & illuſtres viri, intra tamen urbis mœnia ſe tenerent, veriti, ut vulgo ferebatur, ne ſi caſtra extra urbem feciſſent, aliquid interim domi per homines adverſæ factionis moveretur. Ea Alphonſus occaſione uſus, aliquot oppidis Pontifici ademptis, Romanum agrum aſſiduis incurſionibus infeſtare. Ob hæc Pontifex ad Venetos miſerat, ut Rubertum Malateſtam ad ſe obſidione liberandum mitterent.

Patres, etſi Ferrarienſi bello ſatis occupati erant, maritimam tamen Appuliæ & Calabriæ oram validiſſima claſſe populandam Victori Superantio decernunt. Cæterum Franciſco Diedo mandant, qui oratoris munere apud Pontificem fungebatur, ut ſuo nomine militem Romæ conducat. Mandant & Ruberto Ariminenſi, ut cum quam maximis poſſet copiis ad urbem gravi bello levandam properaret. Mittunt ad hæc Petrum Diedum, qui apud illum legati nomine eſſet, quique paſſim mercenarium militem contraheret, ut Xyſto non imperatore ſolum, ſed milite quoque opitulari viderentur. Rubertus Romam ire juſſus, ex Flaminia cum valido equitatu movit. Nunciatur interim, Tiphernum a Nicolao Vitelio Florentinorum opibus freto occupatum. Eo quum ille divertiſſet, paucis Tiphernatium locis vi captis direptiſque, quia res Romanæ in diſcrimine erant, urbem verſus magnis itineribus abiit. Sub ejus igitur adventum mutata belli ratione, in hoſtem ſubito mota ſunt ſigna. Alphonſus, audito hoſtium acceſſu, in Veliternum agrum, ad locum qui *Campus mortuus* dicitur, conceſſit: Venetus imperator ubi hoſtem in conſpectu habuit, ſocios (ut fit) hortatus, copias in certos ordines diviſit: inde ſpei plenus in hoſtem vadit. Faciebat illi animum copiarum magnitudo, quibus fretus non multo poſtquam contractum fuerat certamen, coegit Aragonium hoſtem in orbem

bem pugnare. Habebat ille lectiſſimum equitatum, habebat & pedites, ſed pro numero equitum, admodum paucos: utebatur ad hæc Turcis quadringentis, quos Hidrunti ſuperiore anno domitos ad deditionem compulerat. His copiis ille fretus, Malateſtam venientem ferociſſime excepit. Certatum ferunt ſex & amplius horas, tanta animorum pertinacia, quanta hominum memoria in terra Italia raro alias. Inſtabat Ariminenſis dux, ac bellatorum numero melior undique hoſtem fatigabat. Contra Calaber ſuorum virtute nixus, aut mori, aut omnino locum retinere certus erat. Multi utrinque cadebant: ubique atrox erat prælium; ſed qua Turcorum manus dimicabat, atrociſſimum. Demum Pontificii Venetique, militis multitudine ſuperante, conſilioque & præſentia ducis vires juvantibus, acies minus ac minus hoſti conſtare cœpit: turbatiſque primo ordinibus, tentavit Alphonſus pluribus locis aciem reparare, nonnihilque ea ratione eſt victoriam remoratus; ſed ubi ſuos undique degravari vidit, remque ſemel inclinatam ſiſti non poſſe amplius, cum paucis equitibus dilapſus, in pacatum trepide conceſſit: reliqui viri illuſtres, qui omnia prius experiri maluerunt, quam hoſti cedere, cum omnibus ferme copiis in victorum poteſtatem venere. Raro alias tantus ductorum numerus uno prælio captus dicitur. His cum alia ingenti captivorum turba præ ſe actis, Rubertus victor non multo poſt urbem ingreſſus, deſuetam triumphi ſpeciem Romanorum oculis ſubjecit: ipſe per hæc immortale nomen conſecutus, paucis diebus vita deceſſit; cujus deſiderium eo majus fuit, quo minus inclytæ victoriæ laudem livor ullus fortunæ aut hominum tam brevi ſpacio violare potuit. Percrebuit rumor, eum veneno ſublatum: ſed fama tenuit, ea die quo tam proſpere pugnavit, nimio æſtu & labore corpus affectum contabuiſſe, atque ob id intra paucos dies graſſantis vi morbi expiraſſe. Romæ eſt ſitus, ejuſque ſepulchrum hoc habet: *Veni. Vidi. Vici. Lauream.*

Arragonius Dux in Veliterno agro victus clariſſimam Malateſtæ reliquit victoriam.

Rubertus Ariminenſis non multos poſt dies, quum proſpere in Alphonſum pugnaret, vita deceſſit.

Pon-

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1482 *Pontifici . Retuli . Mors . Secundis . Rebus . Invidit .* Tradunt quidam , duos ſummos Italiæ imperatores eodem die interiiſſe ; hunc de quo loquor , & Fœdericum Urbinatem , quem ex Stellatinis caſtris Ferrariam delatum diximus .

Fœdericus Urbinas moritur.

Dum vero hæc in Latio gerebantur , in Gallia Petrus Maria Rubrius Venetorum partes ſecutus , circa Parmam Sforcianas opes ſollicitare non deſtiterat , aſſiduiſque incurſionibus omnia hoſtibus infeſta reddere . Sed Veneti non tam nocendi ſtudio Mediolanenſium res Rubrianis armis vexabant , quam ut domeſtico bello impliciti , Æſtenſi Herculi illi auxiliari non poſſent . Ad hos motus comprimendos continuo Sforcianæ copiæ in Parmenſem agrum tranſivere ; quæ Rubrium gravi bello adortæ , non ſolum intra ſuos fines compulerunt , ſed Nucetum quoque oppidum aliquandiu oppugnatum illi ademere , nec multis poſt diebus & arcem Candidam . Erantque in hoc ſtatu Rubriorum res , quum Petrus ipſe , vir fortiſſimus , morbo implicitus vita deceſſit . Guido , qui ab eo hæres relictus erat , cum fratribus ad Secundum oppidum , ubi belli ſedem figere deſtinarat , ſe recepit . Verum excluſis Venetorum auxiliis , quippe quæ tum propter Padum , tum quia a Venetis finibus longiſſime recedebant , nulla mitti poterant ; etſi Sforcianas opes ferociſſime diu pertulere , ac nonnunquam etiam fregere , ut in Parmenſi agro , ubi duæ Rubrianæ turmæ adverſus Sforcianas copias triplo majores proſpere dimicaſſe dicuntur ; longo tamen bello fatigati , ut poſtea dicetur , ceſſere . Erat jam autumni pars non parva exacta , quum Severinas morbo levatus , in caſtra jam pene deſolata rediit . Omnia erant languentium plena , quanquam ex iis , qui vim morbi evicerant , jam non pauci convaleſcere cœperant . Summæ rei præerat Lucas Piſanus , qui ex Verona decreto Patrum , Lauretano morbo decedente , in caſtra venerat , ut tantiſper illic legati nomine eſſet , dum Joannes Hemus ex Brixiæ finibus revocatus Ficariolum veniſſet . Præerat

rat tum is cum Deiphobo copiis , quas Patres futuris Mediolanenſium motibus circa Ollium ab initio belli objecerant . Sub Hemi adventum Piſanus , qui jam & ipſe gravitate cœli languere cœperat , Venetias abiit . Ficariolana mœnia novi legati induſtria aſſiduo opere inſtaurabantur , dum Fœdericus Cornarius & Franciſcus Sanutus legati in caſtra venerunt ; poſt quorum acceſſum miles ad Ficariolum in caſtris , & naves in priſtina ſtatione aliquandiu ſine re ulla memorabili fuere ; atque ideo ceſſatum , quia non adeo multi erant , qui arma adhuc tractare poſſent : trahebant longe plures ægra corpora , qui non modo non bellica munera obire poterant , ſed ne pedibus quidem conſiſtere . Vertente autem autumno , quum aeris inclementia magis in dies magiſque remitteret , cœpiſſentque paſſim , qui ad eam diem jacuerant , levari , ne amplius tempus tereretur , mittit Severinas Fracaſſum filium cum valido equitatu ad præſidium oppugnandum , quod Hercules ad Obſcurum Lacum in ripa fluminis firmarat ; erat enim Venetis navibus citro ultroque commeantibus infeſtiſſimum . Ille , bellicis machinis in adverſa ripa conſtitutis , ita hoſtium munitiones aſſiduo jactu paucis diebus comminuit , ut jam hoſtem minimo negocio loco dejici poſſe nemo dubitaret . Sed dum Fracaſſus hac parte hoſtem fatigat , Victor Superantius , maritimæ claſſis præfectus , cum una & viginti triremibus , biremibuſque , & paraſchermis circiter quatuordecim , adverſo Pado in Argentinos fines progreſſus , Janiolum oppidum , quod ad Vatreni oſtium ſedet , oppugnare ſtatuit : apparebat , niſi eo expugnato , claſſem ſine magenti certamine ulterius procedere non poſſe . In adverſam igitur ripam e regione oppidi (*Filo* nomen loco est) quadringentos & amplius equites , milites ſexcentos Superantius expoſuerat : cœperant hi adverſis hoſtium incurſus Padi ripam communire , ut inde per ocium oppidi mœnia bellicis operibus diturbarent . In eos præ-

1482

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1482 præſenti operi intentos Sigiſmundus Æſtenſis, Nicolaus Corregianus, & Hugo Severinas, aliique nonnulli viri illuſtres cum tribus & amplius hominum millibus ex Argentia oppido repente impetum fecere; ac primo in Andreæ Burgenſis ſtationem irrupere, ubi nonnihil a Venetis primo congreſſu eſt laboratum. Inde vero, ubi hoſtem adeſſe cognitum eſt, ſumptis repente armis, ferociter Venetus in pugnam ruit. Objecerat Æſtenſis venienti illi quatuor currus, quaternas ſingulos machinas habentes. Atrox hic prælium inter hoſtes & navales ſocios coortum erat, multique jam ex utraque parte cadebant, dum trecenti Peloponneſiaci equites, qui cum Veneto venerant, paululum circumvecti, ut hoſtem pugnæ intentum circumſiſterent, tantum a latere conſpecti terrorem Herculanis injecere, ut ſubito Sigiſmundus & alii duces territi fugam moliri cœperint. Valareſia ad hæc triremis jam aquas, quas hoſtis a tergo habebat, ſubito tumultu inſederat. Quo cognito, quum jam Æſtenſes circumventos ſe vidiſſent, a prælio in fugam verſi, alii alio diffugere conantur: Sigiſmundus celerrimo equo uſus, præcipiti fuga Argentiam pene ſolus abiit. Multi, qui metu ſe præcipites in aquas dedere, vi fluminis victi perierunt, multi quoque ferro abſumpti, plurimi deditione facta in Victoris poteſtatem venere. Ingentem victoriam ac valde memorabilem eo die Superantius eſt adeptus, nam præter Hugonem Severinatem & alios circiter ſeptuaginta armorum ductores, quos claſſis imperator Venetias captivos miſit, ducentas & amplius caſſides cataphracto hoſti ademptas (quod eximii trophæi ſpeciem præbuit) publico loco ſuſpendit.

Sigiſmundus Æſtenſis & Hugo Severinas ad Argentiam a Victore Superantio prælio victi.

Republica ad Argentiam pulchre geſta, Severinas, ut & ipſe facinus aliquod præclarum ederet, in Ferrarienſem agrum tranſire ſtatuit: pontem ex galeonibus, quos ad hoc ipſum demoliri fecerat, ſubito conſtrui mandat, datque Baſſano Veronenſi id negocium:

cium: qui cum paucis diebus opus confeciſſet, Bar- 1482
badico ad Ficariolum relicto, cum Hemo & Sanuto legatis nocte profectus, mille paſſus infra hoſtium præſidium copias trajicere cœpit: ac quo tum quodque navigium præceſſerat, ita ſuo ordine fluminis alveo jactis anchoris, in pontis ſpeciem diſponebatur. Et jam ad mille & octingenti equites peditesque in hoſticum trajecerant, quando manifeſte apparuit, non adeſſe tot naves, quæ pontem explere poſſent, idque illorum culpa eveniſſe, qui fluminis latitudinem non recte dimenſi fuerant. Stabat itaque in adverſa ripa fortiſſimorum hominum manus omni ſuorum præſidio excluſa: quo periculo Severinas commotus, vehementer excanduiſſe dicitur: ſuperum hominumque fidem teſtatus, niſi quam primum naves expedirentur, quibus pons ante lucem jungeretur, fore ut paucorum ſtultitia lectiſſimorum hominum manus, ſe & ſuis ſpectantibus, in adverſa ripa ab hoſte trucidaretur. Sed legatorum induſtria mature proviſum, ut deducto in citeriorem ripam ponte, antequam hoſtis quicquam reſciviſſet, reliquæ copiæ ſint ultra flumen traductæ. Tum vero Herculani milites loco, quem præſidio tenebant, diffiſi, bellicis inſtrumentis in ſubjectum flumen devolutis, injectaque munitionibus flamma, Ferrariam celeri curſu ſe receperunt. Horum exemplo & alii metu conſternati plura loca quæ circa flumen Hercules communiverat deſerere. Quo accidit, ut totam Padi ripam, præterquam quod in Poleſini fronte præſidium unum ab hoſtibus eſt retentum, continuo Venetus occuparit. Miles, ubi non flumen, non munitiones ullæ erant, quæ ſuos ſucceſſus remorari poſſent, in Ferrarienſem agrum effuſus, villas & loca ſuburbana ſubito incurſu diripit, direptaque incendio abſumit. Eſt locus mille paſſus ab urbe, *Parcum* vulgo appellant: nunc primo Borſius muro circuiverat, ſed Hercules plus agri amplexus, illum majorem in modum auxit intus:

Severinas caſtra, Pado ſuperato, in conſpectum Ferrariæ locat.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1482 ſtagna, rivi, nemora, campi & loca ad venandum quæſita. Circa hos muros, qui non multum a flumine recedunt, Venetus primo conſedit; novuſque interim pons, ac priore illo firmior, Pado eſt impoſitus. Onerariæ naves, anchoris ſuperiore parte fluminis ferrea catena, ne recidi poſſent, dejectis, ordine ab una ripa ad alteram primo diſpoſitæ, inde trabibus inter ſe commiſſis ab utraque parte compactæ, lapidei pontis ſpeciem ſua firmitate præbuere. Omnigenum rerum venalium tabernæ dextra lævaque conſtitutæ, aquarum proſpectum tranſeuntibus adimebant: pontes ad id penſiles eas mediis aquis velut in inſula quadam, poſtea quam ſublati erant, ſtatuebant. Et ne pons ab hoſte nocturno ſolveretur incendio, ducentos inde paſſus codices anchoris ſuſpenſos, ferreis uncis prominentibus, fluvio objecere, qui ardentem materiam ſuperne dimiſſam remorarentur, donec prorſus extincta eſſet, aut omnino conſumpta. Ponte flumini impoſito, Severinas, refracto muro, per Parcum ipſum quadrato agmine ad mille paſſus Ferrariam adequitavit. Hic quum in acie ante urbem ſtetiſſet, nec ab hoſte moveretur quicquam, copias in caſtra reduxit. Converſus inde Venetus ad præſidium, quod hoſtes juxta flumen reliquerant, muniendum, majorem amplexus aream, foſſa vicenum pedum profunda æquis lateribus producta, circumquaque illi aggerem cum propugnaculis & pinnis ad hoſtem procul ſummovendum impoſuit: opus ſane inexpugnabile, ac niſi pax illud ſuſtuliſſet, perpetuus Ferrariæ terror. Rebus hac quoque parte firmatis, hoſtium portis Venetus ocioſe adequitat, omnia trepidationis & metus complet. Qui in urbe erant, pontem propinquo loco, præſidium propinquiore intuentes, uno ore omnes publicam privatamque fortunam deplorare: actum dicere de Herculis principatu, actum de Ferrarienſium ſalute; vulnus jam intra viſcera adactum, venenumque ad præcordia perveniſſe; nunquam amplius a Veneto ſperandam pacem, qui

qui ſigna in conſpectu urbis, quaſi arce quadam munitiſſima, præfixiſſet. Non paludes, non ſtagna, non Atheſis aut Padi fluenta, illius victoriam morari amplius; aut iniquiſſimas Padi conditiones, aut frænum accipiendum prædicare. Hæc illi. Venetus interim omnia moliri, quæ ad victoriam attinere arbitrabatur: flumina, & eorum ripas inſidere; præſidia non uno loco diſponere: & brevi, non aliter Ferrarienſibus imminebat, quam victores victis, quum ſubito debellatum volunt, imminere conſueverunt. 1482



BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODËR (2018)

IN LIBRUM SECUNDUM EPITOMA.

ROmanus Pontifex nova fœdera ſecutus, a Venetis defecit: Calaber Dux Ferrariam acceſſit: Bellum in Venetos ab omnibus Principibus & populis Italiæ decretum eſt: Patres Lothoringiæ Ducem in Italiam ſtipendio accerſivere: Severinas cum maxima copiarum parte, Abdua ponte ſuperato, ad Trecium conſedit: Lodovicus Sforcia Rubrianas opes per ocium evertit: Alphonſus, copiis ingentibus in unum contractis, multa Brixienſis & Veronenſis agri oppida Venetis ademit: Inde Mincio ſuperato, ad Atheſim uſque tumultuoſe adequitavit: Aſulam nec multo poſt per deditionem occupavit: Venetus peditatus ad Stellata Herculis interventu ad flumen præceps datus eſt: Alphonſus ex Aſula profectus irrequieto curſu ad opes Venetas circa Padum evertendas, a Severinate præventus, infecta re abiit: Jacobus Marcellus claſſis imperator Gallipolitana oppugnatione occubuit: Gallipoli a Veneto capta, Veneta arma in intima Calabriæ loca penetrare cœperunt: Caſtra noviſſime ad Balneolum collata, ubi pax, quæ non multo ante Cæſenæ fruſtra mota fuerat, ſancita eſt: Aurigationes & haſtarum certamina poſt pacem in urbe celebrata, poſtremo loco referuntur.

M. AN-

M. ANTONII SABELLICI, RERUM VENETARUM AB URBE CONDITA, DECADIS QUARTÆ,

LIBER II.

1483 *Romanus Pontifex nova fœdera ſecutus a Venetis deſcit.*

ERat jam res Veneta ſuperior, fuiſſetque non multo poſt cum Hercule rebellatum, niſi Xyſti Pontificis ſubita defectio Venetum non ſolum poſſeſſione victoriæ dejeciſſet, ſed in ſummum etiam diſcrimen belli adduxiſſet. Nam poſt Malateſtæ ducis mortem Pontifex & Hieronymus Vicecomes, cujus ductu omnia gerebantur, ſenſim alienati, aperte tandem ad hoſtes defecere. Noverat ita eventurum Franciſcus Diedus, qui tum, ut diximus, ad Pontificem orator erat; idque per literas Principi & Patri-

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1483 tribus ſignificarat, qui ut eos in fœdere retinerent, nullum interim bonorum ſociorum officium prætermiſere. Sua ne igitur ſponte, an alieno impulſu defecerint, difficile eſt judicare. Percuſſo cum hoſtibus fœdere, tentavit Pontifex per literas Venetos ab armis revocare, atque eo ſuadendo hortandoque perducere, ut Ferrarienſi bello omnino abſtinerent, reſtituerentque Herculi Æſtenſi, quæcunque ad eam diem armis illi ademiſſent. Patres ea denunciatione moti, etſi certi erant, ſemipartam victoriam nolle abjicere, cenſuerunt tamen, Pontifici reſpondendum, ac per literas non illi magis quam toti Italiæ, immo Europeis omnibus demonſtrandum: contracti belli, culpam a ſe quam longiſſime abeſſe; atque id ipſum ex eo facile intelligi, quod niſi Xyſto ipſo auctore, immo impulſore potius, arma in Herculem ſumere noluiſſent, quæ magno Reipublicæ diſpendio ſumpta, tum quum victoria jam pene parta eſſet, a ſe repeterentur: quaſi facile omnino eſſet, graviſſimum bellum grandi diſpendio contractum, tam repente ſolvere. Placuit itaque Bernardum Juſtinianum, virum inſigni eloquentia, ad Pontificem publico nomine reſcribere. Literarum, quas ille in Senatum attulit, quæque Romam poſtea miſſæ ſunt, hæc fere ſumma fuit, ut diceret: *Venetos ne injuria quidem laceſſitos, arma prius induere voluiſſe, quam belli, quod poſtea Herculi illatum eſſet, Pontificem non ſolum auctorem, ſed impulſorem etiam habuiſſent: nec tum quidem eos a pace multum abhorrere, quin veteri civitatis inſtituto libenter eam complexuros fuiſſe, niſi alieno tempore proponeretur, tunc ſane, quum jam prope debellatum eſſet, ac tam indignis conditionibus, ut nil aliud eſſet illam recipere, quam Venetum nomen omnibus gentibus irridendum exhibere: Certo ſe ſcire, Pontificis conſilia, monitus, hortationes ad commune ocium ſpectare; nec ab eo quicquam proficiſci poſſe, quod non idem chriſtiano nomini conducibile eſſet. Verum ſatis ſuperque apparere, ſecum in eo, dolo agi, quod dum ipſi viceſimum prope annum Othomanico bello terra marique occupati fuiſſent, ut communem hoſtem procul Italia (ad cujus imperium*

Venetorum literæ ad Pontificem.

rium aperte anhelabat) diſtinerent, hortarenturque interim Italiæ Principes ad incendium illud reſtinguendum, unde ingens chriſtiano nomini diſcrimen imminebat; & publici & privati periculi immemores omnes, tam ocioſis auribus ſuas hortationes audiſſent, quam ſe bellantes nuper pacatis animis ſpectare conſueviſſent: nec tunc aut conſpirare, aut ſocia inter ſe arma jungere curæ fuiſſe cuiquam. Jam vero, periclitante Hercule, quaſi de ſumma rei ageretur, conſternatos ad arma omnes concurriſſe: bellum communi nomine parare, pacem vel invitam vi & armis in Italia retenturos, quam, Venetis cum communi hoſte bellantibus, ne reſpicere quidem voluiſſent. Sed quod illi ſuo odio nequirent, ipſe, qui omnia mira ſapientia & judicio metiretur, videret, utrum ſatius eſſet Æſtenſi Herculi, an Veneto nomini velle conſultum. Nam quod ad ſe attineret, ſtatutum eſſe, bellum, quod ſemel, ſummo Pontifice auctore, ſuſcepiſſent, bona ipſius venia ad exitum perducere: quem tam fœlicem ſperarent, quam juſta viſa eſſet cauſa, propter quam illud ſuſcipere debuiſſent. Hæc & alia in hanc ſententiam Venetus. Pontifex autem priſtini fœderis oblitus, ubi Venetum in ſententia perſtare vidit, interdicti ſpiculum in eum detorſit: fœdus jam antea cum Ferdinando & aliis percuſſerat. 1483

Cæterum dum hæc literis citro ultroque jactantur, Alphonſus interim, Calabriæ Dux, cum duobus millibus hominum, in quibus ex iis quos ille Hidrunti longa obſidione domuerat, Turci numero quadringenti fuere, Ferrariam venit: at quantacunque fuit illa barbarorum manus, non multo poſt ad Venetos transfugit. Ejus igitur interventu levia quædam prælia circa urbem utrinque per occaſionem commiſſa: nec diu ibi fuit, ſed copiis cum Hercule ſororio relictis, Mantuam pr[illegible], inde Mediolanum conceſſit. Tum vero ad Caſale majus, in Cremonenſi concilio ſociis indicto, frequenti oratorum ſocioruinque Principum conventu, bellum quam maximo poſſet apparatu in Venetos communi nomine eſt decretum: imperium totiuſque rei ſumma Fœderico Gonzagæ, Mantuano

Calaber Dux Ferrariam venit.

Bellum in Venetos ab omnibus Principibus & populis Italiæ decernitur.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1483 no Principi, eſt delata: ſed rerum geſtarum gloria penes Aragonium fuit. Patres, quia nihil non eorum, quæ in hoſtium concilio erant geſta, reſciverant: ſecum reputantes quanta belli moles ſub vernum tempus ſuſtinenda eſſet (præter Genuenſes, quos Joannes Franciſcus Paſchalicus ad hoc ipſum in Liguriam miſſus, ſumma induſtria & dexteritate, quamdiu bellatum eſt, in fœdere retinuit, nullus erat jam Italiæ populus, nullus quidem Princeps, a quo non arma in ſe parari cernerent) ut & ipſi ſuas partes maturis viribus firmarent, ex Gallia Renatum, Lothoringiæ Ducem, ingenti ſtipendio accerſunt. Fuerat ad eum miſſus aliquanto antea Antonius Vinciguerra, ſcribarum unus, non magis Veneto quam Pontificis nomine, qui magnis illum pollicitationibus in Italiam adverſus Herculem traheret. Sed Pontifice alienato, perſtitit ille fidem, quam apud Venetos oppigneratam habebat, ſervare. Cum ducentis igitur equitibus, peditibus mille in Italiam tranſiit: Vinciguerra illum citra Alpes duxit. Cui venienti Bartholomæus Victurius & Nicolaus Foſcarenus, patricii uterque ſanguinis, Tridentum uſque in ipſis Italiæ finibus decreto Patrum obviam proceſſere. Allobrogas aliaſque Gallicas gentes, quas ſtipendio conduxerat, Auſtriæ Dux aliique Germaniæ Reguli ac liberi populi in Pontificis gratiam acceſſu prohibuerunt. Eratque jam vernum tempus, quum Petrus Privolus & Marcus Antonius Maurocenus legati in caſtra venerunt. Ingentes belli minæ ab hoſte inſtabant. Verum etſi nihil adhuc illi moverant, quia tamen ſpes Patribus facta erat, ſi Severinas Abdua copias trajeciſſet, fore ut Mediolani per homines ejus factionis omnino novus aliquis motus oriretur (conſtans fama erat, Galeacii uxori cum Lodovico Sforcia in principatus adminiſtratione parum convenire) variantibus itaque aliquandiu in ſenatu ſententiis, obtinuere tamen, qui ita facto opus eſſe cenſebant, ut ille, copiarum parte circa Ferrariam relicta, cum reliquo exercitu in Galliam tranſiret; præmiſſuſque Deiphobus Anguillarius cum valido equitatu, qui in Brixienſis agri finibus ad Aſulam uſque

Patres Lethoringiæ Ducem in Italiam ſtipendio accerſunt.

que ad Severinatis adventum ſederet. Nec ita multo poſt 1483
Rubertus ipſe ſecutus eſt, Mirandulano Principe, & Bernardino Montonio, Antoniacio Dulcienſi, Gaſpare Perusino, Alexandro cognomento Turco, ac cum his & aliis armorum ductoribus Thoma Himulano, Carolino, & Petro Illyrico centurionibus ad Ferrariæ obſidionem relictis. Miſſus & Gallicus Dux in eadem caſtra, cum iis copiis, quas ſecum duxerat, quaſque in Italia ad eam diem contraxerat. Sed ejus acceſſus magis hoſti terribilis, quam Veneto utilis fuit, Gallis inſita ſuperbia aſſiduas ſeditiones ſerentibus: quo accidit, ut ſæpius inter Italos & barbaros milites ſit cum cæde dimicatum. Severinas interim, traductis in Brixienſem agrum copiis, cum Marco Antonio Mauroceno legato aliquandiu apud novos Urceos fuit: inde impoſito Abduæ ſupra Trecium ponte, præſidioque utrinque firmato, caſtra in Abduana ripa fecit: Venetus dux nullam interim injuriam cuiquam inferens, eo loco quo primum metatus erat, tanquam in pacato ſe tenuit. Ea res non ſolum non lenivit invidiam, ſed cauſa fuit, ut bellum quod omnino inſtabat, ab hoſte aliquanto citius ſit illatum.

Severinas cum maximæ copiarum parte, Abdua ponte ſuperato, ad Trecium conſedit.

Moverat per id tempus Lodovicus Sforcia cum validiſſimo exercitu in Rubrios Parmenſes; qui principatum a patre relictum ad eam diem armis tutati, ubi tantam belli molem in ſe verſam videre, oppidis, quæ adhuc tenebant, præſidio firmatis, ne longa obſidione domiti in hoſtium poteſtatem venirent, in Genuenſium fines cum liberis conceſſere. Multitudo, quæ ex Principum fortuna pendet, cognita Regulorum fuga, non multo poſt Sforcianis armis ceſſere. Victor ea parte Lodovicus, ſubito in Cremonenſem agrum duxit, quo Alphonſus aliquanto antea venerat, accerſitus, ut quidam ajunt, a Mediolanenſibus ſub primos Severinatis motus, ut, Lodovico abſente, ſuos fines tueretur. Alii eum altro ex Cremonenſi Mediolanum veniſſe aiunt, injuriæque armis ulciſcendæ ſe auctorem & ducem illis præbuiſſe: ac tum demum inferendi belli occaſione oblata, collatis cum Lodovi-

Ludovicus Sforcia Rubrianas opes ad otium vertit.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1483 dovico caſtris, Abduam trajicere ſtatuiſſe. In hoc ſtatu res erant, quum Reſpublica duorum Severinatium juvenum ad hoſtes transfugio, novo quodam metu perculſa eſt. Erant in Venetis caſtris quatuor Ruberti filii, juvenes florenti ætate & manu promptiſſimi: horum Franciſcus & Galeacius, inſcio patre, ad hoſtes, magnis, ut creditur, pollicitationibus adducti, tranſivere: ſed in eo temperarunt, quod præter paucos domeſticos comites, nulla majore equitum jactura rem Venetam affecere. Defixit primo rei novitas patris animum; mox in iram profectus ſuperos hominesque graviter incuſare, natos nunc transfugas, nunc impios appellare, quod ſua perfidia patrem non ſolum in famæ, ſed in vitæ quoque periculum adduxiſſent: ſperare tamen ſe, fidem ſuam ſatis ſuperque Venetis ad eam diem exploratam, atque enixe curaturum, ut indies & illis & omnibus foret perſpectior. Miſit itaque Venetias qui Patribus coram ſatisfacerent, excuſarentque juvenum temeritatem: fidem ſuam ad hæc, ſtudium, induſtriam, diligentiam illorum oculis ſubjicerent; docerentque, tranſitionis illius culpam ad ſe nihil attinere: quin daturum ſe operam, ut, quantum in ſe eſſet, omnes brevi intelligerent, nihil Veneti imperii incolumitate ſibi charius eſſe. Hæc ille. Verum tantum abfuit, ut ſuſpicio ulla ob id Senatum inceſſerit, ut pro magno etiam negocio Patres habuerint, ducis animum literis, & eorum qui publico nomine in caſtris erant, hortatu erigere. Placuit præterea, Severinate petente, Franciſci conjugem ex Abbatia Poleſini oppido Veronam perduci, datumque id negocium Joanni Friſonio & Petro Franciſco Summeripæ, Veronenſibus viris ſpectatæ fidei, quibus curantibus, puella honorifice aliquandiu Veronæ habita eſt.

Alphonſus interim, præter Caſſianum ponte amni impoſito, in Abduanam glaream caſtra tumultuoſe tranſtulit; inde Bergomatum fines ingreſſus, Coloniam & Ugujanum ad deditionem compulit. Tum Severinas, audito hoſtium acceſſu, ponte & munitionibus circa illum præ-

fidio

1483 ſidio firmatis, ipſe cum copiis quas habebat, Bergomum verſus ſe recepit; inde Ollio ad Palatiolum ſuperato, ad Novos Urceos conſedit. Hoſtis, Treciano præſidio expugnato, & ipſe jam Pontificiis Florentiniſque copiis mirifice auctus, inter Novos Urceos & Quintianum Ollium trajecit. Patres non ignari quantum periculi ab hoſte impenderet (nam præter pedites, centum equitum turmas in caſtris habere dicebatur) confeſtim omnem reliquum equitatum, quem circa Padum habebant, Severinati mittunt, ut quam enixius poſſet, terribiles hoſtium ſuſtineret conatus. Occupaverat interim Alphonſus quicquid Brixienſium inter Mellam fluvium eſt & Novos Urceos, uberrimum ſolum, frequenterque oppidis & villis habitatum; ſed oppida ipſa natura & opere parum munita, hoſtis terrifico acceſſu facile ad deditionem compulit. Venetus dux, quum ſe nullo modo hoſti parem cerneret, ſatis habiturum putavit, ſi ad ejus curſus inhibendos, nunc a fronte, nunc a latere ſe illi ex improviſo oſtenderet. Antonio itaque Scarioto Urceis ad præſidium cum equitibus trecentis relicto, ipſe averſis itineribus Maclodium primo, inde ad Zenonem tria paſſuum millia a Brixia conſedit. Venerant aliquanto antea ex urbe in caſtra Auguſtinus Barbadicus & Zacharias Barbarus, uterque ingenio & auctoritate clarus: ſed Barbarus, Mauroceno & Barbadico in caſtris cum Severinate relictis, Brixiam ad urbem præſidio & opere muniendam conceſſit. Fuit hic illius Franciſci filius, qui olim urbem ipſam adverſus omnes Philippi conatus triennio ſervavit; dignus certe ob ingenii altitudinem aliaſque civiles virtutes, qui tanto viro genitus credatur: dignus & qui Hermolaum filium procrearit, virum græca & latina eloquentia noſtra ætate clariſſimum. Alphonſus Dux, Mela amne ſuperato, Balneolum occupavit: quibus diebus Mantuanus Princeps (nam ad eam diem ut ſocium non hoſtem ſe geſſerat) aperte factus hoſtis, caſtra cum Alphonſo contulit; atque ita illius appendicibus auctus hoſtium exercitus, ut centum triginta equitum haberet turmas,

Zacharias Barbarus, Franciſci fil. Hermolai pater.

Alphonſus, copiis ingentibus in unum contractis, multa Brixienſis & Veronenſis agri oppida ademit.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1483 mas, pluribus locis per Brixienſem agrum evagatus, omnia Veneto oppida citra Mellam, præter Aſulam, ademit. Venetus ſub hoſtis ad Balneolum acceſſum, ad Regianum quinque paſſuum millia ab urbe, ut opportuniore eſſet loco, conceſſerat: Alphonſus vero, cæteris in fidem receptis, ad Calcinatum caſtra promovit. Et hæc æſtate illa uſque ad principium autumni in Bergomati agro & Brixienſi geſta dicuntur.

Circa Padum, Gallis magna ex parte morbo conſumptis, eorum Dux, audita Lodovici Regis morte, a quo tutor regni teſtamento relictus eſſet, cum modico comitatu ſub exitum æſtatis in Tranſalpinam Galliam rediit. In mari verno anni tempore (quia rumor erat, Ferdinandum Regem a Pontifice & ſociis adjutum, validam claſſem comparaſſe) Patres ut hac quoque parte hoſtium conatibus occurrerent, Jacobo Marcello, cui maris imperium poſt Superantium fuerat decretum, mandant: ut diligenter det operam, ne Reſpublica incommodum aliquod in inſulis, aut intra ſinum circa Hiſtriam Dalmatiamque ab hoſte acciperet; ac ſi tuto poſſet, Appuliæ & Calabriæ oram, quemadmodum Superantius fecerat, excurſionibus infeſtaret. Haud quidem multo ante Marcellus in provinciam profectus erat: quum quadraginta hoſtium triremes biremeſque, quibus Fœdericus Aragonius, Ferdinandi filius, juvenis impiger, præerat, Anconis portum inſedere. Attulit ea res ingentem Patribus curam: apparebat, ex ea ſtatione hoſtem omnem maritimam oram Veneto clauſurum. Totam itaque civitatem in Marcellum oculos conjectos habere: illum unum, ejus claſſem intueri omnes: actum de poſſeſſione maris, actum de imperio credere, niſi hoſtis ex tam infeſto loco ſubito armis dejiceretur, quod ſine ingenti certamine fieri poſſe non putabant. Tota itaque civitas in eam expectationem erecta eſſe: ut Marcellus, qui tum Jaderæ erat, aut ſubito incurſu naves quæ in Anconitano portu erant, cremaret, aut hoſtem ad certamen compulſum, ingenti prælio profligaret. Sed dum ille properat turmas triremium ex Pado

do petitarum explere, quæ pene ad nihilum erant redactæ 1483
(quod vix tam cito conſequi potuiſſet, niſi proſcriptis ex tota Epiro, Dalmatia, & Hiſtria impunitatem promiſiſſet) dum commeatus atque alia quibus opus erat, expediuntur, hoſtis (quia parum tutum cernebat illic eſſe) ſublatis velis, ex Ancone triduo prius quam Venetus aſſuiſſet, incolumis abiit. Peperit ea res ingentem Marcello invidiam, & imprimis apud vulgus, qui omnia ex eventu metiri ſolet, quaſi ad hoſtem ire quum licuit, non eſſet auſus. Æquiores rerum æſtimatores non modo non vituperare factum, ſed aperte etiam tueri, affirmantes, ſatius fuiſſe id facere, quam inermes naves, ſine milite, ſine remige hoſtibus in prædam objicere: facile eſſe loquendo vincere, certando vero difficile. His rumoribus jactabatur Marcelli fama. Hoſtis interim ubi altum tenuit, ne non aliquid egiſſe videretur, Lyſſam Dalmatiæ inſulam ſubito agreſſus, eam ferro & igni pene deſolatam reddidit. Ex Lyſſa non multo poſt in Corcyram Nigram tranſmiſit. Erat tum inſulæ Comes Georgius Viarus, homo præſenti conſilio, ac conſtanti animo. Is, ubi Aragonia claſſis in conſpectu fuit, oppidanos vehementi oratione hortatus, omnia quæ ad ſuſtinendas hoſtium vires attinere putabantur, ſubito conſilio expedienda curavit: propugnatores, variaque telorum genera per muros, circa portas, ſtationes, & præſidia collocat. Terribiles fuerunt ab initio illorum conatus; quippe qui multitudine fretî, ſcalas pluribus locis uno tempore admovere; iis ad hæc ingens ſagittariorum, crebrique bombardarum ictus, eos qui in mœnibus erant, vehementer infeſtabant. Sed ea Viari & oppidanorum virtus fuit, ut non ſolum hoſtem ſuſtinuerint, ſed aliquos etiam temere in ſaltum evadere conatos, cum cæde & fragore cum ipſis ſcalis in ſubjecta loca præcipites egerint. Verum tametſi res Veneta in hunc modum ſe haberet, ſtrenueque mœnia defenderentur; quia nihil interim oppugnatio, jam in ſe-
rum diſtracta, remiſerat, videretque Venetus, ſuos longo labore jam propemodum feſſos, veritus ne ad hoſtium

Marcelli fama jactata.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1483 ſtium pertinaciam aliqua animorum defectio ſequeretur, rem novam commentus dicitur, ut repente rumores toto oppido diſſipandos curarit, ſe compertum habere, Venetam claſſem pauciſſimis horis affuturam. Jubet itaque toto oppido campanas pulſari, deque mœnibus alacrem clamorem tolli, tanquam a Veneto nova adeſſent auxilia. Cujus rei periculo perculſus hoſtis, quingentis circiter
1484 viris amiſſis, trepide in altum abiit. Veneta claſſis non multo poſt Corcyram venit, ubi tota hyeme fuit: multæ per occaſionem onerariæ hybernorum tempore hinc inde oppreſſæ, multæ citro ultroque clades illatæ & acceptæ: nunquam de ſumma rerum dimicatum.

Conſederat Aragonius Dux ad Calcinatum, ut diximus, apparebatque, recta inde ad Lunatum oppugnandum iturum. Idcirco Maurocenus legatus ex Regianis caſtris muniendi oppidi cauſa eo ſe contulit: accerſitiſque ex Veronenſi agro agreſtibus operariis, cum oppidanis & militibus, qui præſidio erant, foſſa & vallo valide communivit. Aderat & Jacobus Medius, qui aliquanto antea cum trecentis militibus eo miſſus erat, ut Lunatenſibus præſidio eſſet. Hi igitur cum expeditis equitibus, qui in oppido erant, & milite, quem eo veniſſe diximus, aſſiduis incurſionibus omnia hoſtium pabulatoribus, quandiu ad Calcinatum fuere, infeſta reddiderunt. Averterat ad hæc Venetus dux Seriolæ aquam ſuo curſu, ne ſi caſtra eo hoſtis admoviſſet, haberet unde aquari poſſet. Ob id Calaber, Gonzaga efflagitante, nunquam adduci potuit, ut in ſiticuloſo loco diutius eſſe vellet: tentavit tamen Vidaciolum, ubi Seriolæ curſum Venetus averterat, occupare. Derivatur is fluvius ex Brixienſi Navilio. Locus Severinatis juſſu præſidio initus, bis ab hoſte oppugnatus capi non potuit. Tum Alphonſus ne amplius in mora eſſet, Veronam verſus movere ſtatuit. Ferunt hinc Mantuanum Principem Aragonio Duci iratum, quia Lunatum & Piſcariam oppugnare in præſentia recuſaſſet (quæ duo oppida imprimis Veneto adempta voluiſſet) Mantuam abiiſſe. Sed id hoſtis conſilium haud Patres latuerat;

rat; quippe qui aliquanto antea, quam ad Calcinatum 1484
caſtra admoviſſet, ganzarias pleraſque ad Piſcariæ & totius Benacenſis oræ præſidium inſtruxerant: mandaverant ad hæc, ut & triremis quæ Lagiſii erat, ſubito in lacum deducta, armiſque & viris inſtrueretur. Negocium primo Petro Marcello Andreæ filio datum: qui tam diu claſſi præfuit, donec Petrus Duodus juſſu Patrum eo miſſus eſt. Nondum hoſtis ex Calcinato moverat, quum Thomas Himulanus, qui circa Padum peditibus præerat, fluvio ante lucem ſuperato, cum paucis peditum centuriis ſuburbana Stellatorum tecta, & munitiones arci circumjectas repente eſt adortus: aderant & ſocii navales militibus mixti. Tecta itaque modico negocio occupata diripiunt, direptaque incendio abſumunt: æneas machinas & alia bellica inſtrumenta ex hoſtium munitionibus ſublata, in naves deportant; inde animadverſa militum, qui in arce erant paucitate, ferociſſime eos invadunt. Tantus fuit militis navaliumque ſociorum ardor, ut momento temporis pars arcis capta ſit: tum qui ſuperiore loco erant, de deditione facienda cum Himulano primo, inde cum Andrea Zancano, qui claſſis præfectus erat, longum de induſtria terunt ſermonem, rati videlicet fore, ut non multo poſt ex Ferraria ſubſidium adeſſet. Quod ita ſane evenit. Nam ubi ad urbem tumultuoſe eſt allatum, Stellatinas munitiones cum parte arcis ab hoſte occupatas, remque in diſcrimine eſſe, ut niſi mature laborantibus ſubveniretur, vellent nollent cogerentur deditionem facere: Hercules ſubito curſu cum expeditiſſimo equite prægreſſus, reliquis compoſito agmine adeſſe juſſis, ex improviſo ſe Venetis circa arcem oſtendit. Tum certamine repente injecto, navalibus ſociis ad naves ſe trepide recipientibus, miles hoſti cædendus relinquitur. Suſtinuit tamen ab initio nonnihil hoſtium impetum: verum ubi majores copiæ affuere, præceps ad flumen datus eſt: multi, abductis jam navibus, ipſe ad hoſtes enatandi in aquas projecti impetu fluminis periere: nonnulli circa ripas ferro oppreſſi, plures tamen capti, in quibus Himulanus

Venetus proditatus ad Stellata Herculis interventu ad flumen præceps datur.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1484 lanus fuit. Is quum leve vulnus accepiſſet, quia præter ſpem omnium ſequenti nocte expiravit, veneno ſublatus creditur. Qui ad Obſcurum Lacum erant (ita enim inter eos & Himulanum convenerat, ut hoſtium oculos a Stellatina oppugnatione averterent) Ferrariam, qua proximum fuit, adequitantes, nobiliſſimum cœnobium Cartuſinæ profeſſionis diripiunt, direptumque, ſubjecto igni, aliqua ex parte incendunt. Joannes Hemus, qui in illis caſtris legatus erat, audita Stellatinæ arcis expugnatione, dum ſuis auxilio exire properat, geſtitque præ nimia lætitia, quaſi arce illa capta, brevi cum hoſte ea parte debellatum eſſet, pervicaciſſimo equo præceps effuſus, paucis diebus homo ingentis animi expiravit. Ejus loco Jacobus, cognomento Medius, in caſtra legatus venit: qui gravitate cæli preſſus, quum in gravem morbum incidiſſet, Venetiaſque delatus eſſet, non multo poſt & ipſe vita deceſſit. Noviſſime Franciſcus Thronus, vir florenti ingenio & ætate, in eadem caſtra, nihilo tamen meliore fato eſt miſſus.

Alphonſus Mincium ſuperat.

Dum autem hæc quæ dixi, circa Padum gerebantur, interim Alphonſus Calcinato profectus, Carpinetum occupat; inde copiis Caprianam circumactis, Mincium amnem ſupra Vallegium cum parte copiarum ſuperat: hic locorum naturam contemplatus, mox ultra flumen ſe recepit; motis inde ſignis, Goidum venit, ubi, Mincio ponte ſuperato, per Mantuanos fines ad Veronenſis agri caſtra proceſſit. Eſt Vallegium alto colle ſitum, Mincio amni incubans, hinc murus, interjectis turribus, per aliquot paſſuum millia uſque ad Tartari paludes ſe extendit. Hoc tractu Villa Franca media planitie ſedet, locus opere magis, quam natura munitus. Huc, reſciſſo non procul inde muro, caſtra Dux Aragonius admovit, arceque nonnihil tormentorum ictibus concuſſa, preſidium triduo, poſtquam eo venerat, ad deditionem compulit. Hinc vero longe lateque hoſtis in Veronenſes campos effuſus, uſque ad urbis mœnia omnia prædæ & terroris complevit. Miſſi & qui munitiora loca circuirent: hi modico negocio

cio Vigatium, Scalanam inſulam, & Sanguinetum ad deditionem compulerunt. Proceſſum inde uſque ad Atheſis ripam, in qua hoſtes conſpecti tantum terroris accolis, qui adverſam ripam tenebant, injecere, ut quaſi fluvium ſuperaturi adeſſent, paſſim cœptum ſit trepidari. Pervaſit ille terror Vincentiam ac Paduam uſque; fugaque ingens ex agris in urbes & loca munitiora eſt facta. Habitus ad hæc utrobique tumultuarius delectus ab ipſis magiſtratibus, ut ad Atheſis ripam hoſtibus occurrerent. Sed vix Alphonſus ad Villam Francam conſederat, quum Severinas præter Benaci ripam ducens, circa Vallegium loco eminentiore cum omnibus copiis conſedit. Secutus inde Marcus Antonius Maurocenus legatus cum parte copiarum quæ Lunati erant: ſub cujus acceſſum Auguſtinus Barbadicus collega, quia ægrotare cœperat, Venetias deceſſit. Calaber, ubi Venetum in conſpectum ſedentem, neque ad pugnam elici poſſe vidit, neque tuto oppugnari, motis repente ſignis, in Brixienſes abiit, Aſulamque tumultuoſe circumſedit. Fuerunt qui crederent, non temere eo impetu hoſtem, omnibus poſthabitis, retro conceſſiſſe; ſed ſpem illi Aſulæ voluntaria deditione recipiendæ ab oppidanis, aut ab illis qui præſidio erant, fuiſſe factam. Illud ſane conſtat, oppido Venetis non multo poſt ex fœdere reſtituto, pauciſſimos decreto Patrum proſcriptos qui culpæ ſibi conſcii ſub belli exitum voluntario exilio ſolum verterant: unde intelligi poteſt, deditionis illius culpam a publico conſilio prorſus abfuiſſe. Verum quomodocunque id factum ſit, ita accidit, ut ſub primos ejus conatus ſine aliqua majore oppugnatione (quum locus alioquin pene inexpugnabilis eſſet) deditio ab Aſulanis ſit facta: quam his qui in arce erant ſecutis, omnia brevi in hoſtium poteſtatem conceſſere. Venetus, Calabro abeunte, omnibus locis quæ ille in Veronenſi occuparat, receptis, relictoque Antonio Superantio ad Vallegii præſidium, præter Benacum in Brixienſes reverſus, ad Calcinatum conſedit.

1484 *Ad Atheſim uſque pergit.*

Aſulani ſeſe dedunt.

Dum hæc autem foris gerantur, Reſpublica non me-

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1484 diocrem domi cladem adiit. Ducarium nanque magna ex
Incendium. parte noctu abſumptum eſt incendio. Ferunt ſacrorum miniſtrum candelam in ſacello Principis incenſam, per incuriam reliquiſſe, cujus lapſu contractum ſit incendium: ſed per diem paulatim ſerpendo ignem ſeſe aluiſſe; inde circa ſecundam noctis vigiliam flammam ſubito emicuiſſe: latius omnino, ut ſæpe alias, peſtis illa evagata fuiſſet, niſi civitatis accurſu mature reſtinctus eſſet ignis. Severinas ubi ad Calcinatum caſtra communivit, aucto novis ſupplementis exercitu, ad hoſtem ire in animo habebat: quum præter ſpem allatum eſt, Aſulam cum arce & præſidio in hoſtium poteſtatem veniſſe. Defixit omnium animos ſubito ſtupore ejus rei nuncius: quærebant inter ſe multi, quid eſſet quod Aſulani, de quibus Venetum nomen optime meritum eſſet, tam cito hoſtem intra mœnia accepiſſent: quid arx ipſa, quæ munitiſſima eſſet? oportuit ne eam tam cito hoſti deditam? Proculdubio tam ſubitam deditionem fraude non carere: aliquid ſane fuiſſe, propter quod, mutata belli ſede, præceps hoſtis in Brixienſes reverſus eſſet. Hæc in Venetis caſtris.

Aragonius autem Dux, tradito Mantuano Principi oppido, ſtatuit quoquo modo Herculem ſororium ſuum obſidione levare. Afferebantur ab illo literæ querelarum plenæ, nihil rebus ſuis profuiſſe, quod ea æſtate cum maxima autumni parte res ab eo in Venetos pulchre geſta eſſet: ſpectare ad alios eam victoriam, ſe & cives ſuos nihilo magis, quam antea obſidione levatos: Veneta ſigna in conſpectu urbis eſſe: Padi ripas hoſtium ſtationibus teneri: nihil ſeſe circa Ferrariam cernere, quod non Venetis præſidiis terra & aquis teneretur: orare proinde illum, vehementerque obteſtari, ne ſe, ne Leonoram ſororem, ne liberos quos ex ea procreaſſet, in tanto diſcrimine deſereret. Appetere jam hybernorum tempus: quid futurum, ſi pertinaciſſimus hoſtis tota hyeme Ferrariæ mœnibus hærens, ſuæ ſuorumque civium cervicibus, ut antea, incumberet? quid futurum, quod ſolo admonitu animus horreret, ſi ſociorum ille conſenſus interim remit-

mittere cœpiſſet, aut ſi aliquo alio caſu amicorum Principum ſtudia mutarentur? Nonne actum de ſe, deque ſuo principatu eſſet? Rogare proinde, ut quum tempus, quum occaſio adeſſet, niteretur totis viribus circa Padum Venetas opes aliquo modo frangere, ac ita facere, ut urbs obſidione ſaltem ante hyemem levaretur. Movebant hæc, immo vehementer ſollicitabant, ferociſſimi Ducis animum: qua re præmiſſis qui ſecundo Pado Hoſtiliam veherentur, ipſe citato equitum agmine ſub noctem Aſula profectus, terreſtri itinere Hoſtiliam ire pergit. Rubertus, cognita hoſtis profectione, ratus quod erat, ad opes Venetas circa Padum evertendas illum properare, ipſe quoque ante lucem digreſſus, Veronam cum duabus expeditiſſimis cohortibus magnis itineribus venit: præmiſerat & qui magiſtratus urbis moneret, ut quotquot navigia circa Atheſis ripas comparari poſſent, illa continuo, ne quid in mora eſſet, ad ſubitam profectionem expedirent. Erat tum ibi prætor Franciſcus Diedus, qui oratoris munere ſuperiore anno, ut diximus, ad Xyſtum Pontificem functus fuerat, & Franciſcus Marcellus præfectus. Hi quum navibus comparandis diei partem conſumpſiſſent, nec adhuc parata eſſent omnia, ſub noctem irrequieto opere non deſtiterunt naves quam plurimas expedire, ita ut ſub Severinatis acceſſum, impoſito in eas milite, confeſtim in hoſtem ſecundo Atheſi ſit itum. Venetæ copiæ, quæ ducem ſecutæ Piſcariam uſque proceſſerant, bifariam diviſæ diverſum abiere: Maurocenus legatus & Fracaſſus cum nonnullis equitum turmis per Veronam ducentes, Severinatem ſunt ſecuti, ut ſi forte opus eſſet, confeſtim illi adeſſent. Antonius Victurius, qui Veronæ legatus fuerat, cum Delphobo Anguillario & reliquo exercitu ad Calcinatum in caſtra rediit. Venetorum fortuna ita tulit, quod, Auſtro flante, Padus non ita facile navigari poterat ab his qui Calabri juſſu Hoſtiliam venturi erant. Quæ res tamdiu illum diſtinuit, ut Severinas ſecundo fluvio ventus pene eodem tempore quo & hoſtis, circa Caſtrum Novum ſe ſuis oſtenderit. Tum ad ſubitum clamorem hoſtis perculſus, mira-

Alphonſus ex Aſula proficiſcitur ad opes Venetorum circa Padum evertendas.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1484 tuſque quid vellent ſibi voces illæ ex proximo redditæ; quæ copiæ, quæ præſidia ea eſſent, & unde tam cito accerſita; ubi vero ex iis qui in arce erant, Severinatem cum copiis adeſſe cognovit: *Alas ergo habuit hic ſenex*, inquit, *non pedes. Prob Deum atque hominum fidem! Me ne ab homine annis jam propemodum confecto, & cui longiore circuitu per flumina & ſtagna huc veniendum fuit, celeritate & curſu vinci oportuit?* Converſus inde ad ſuos centuriones, magiſtros navium, ventum, aquas, omniaque ſimul incuſare: atque ita frendens gemenſque retro infecta re Hoſtiliam conceſſit.

A Severinate præventus infectare abiit.

Victurius interim cum Deiphobo & Rodulpho Gonzaga ex Calcinato digreſſi, Caſtanedulas venere. Hic trepide nunciatur, Lodovicum Sforciam ſumma ope Romanum in Bergomati agro oppugnare. Superato itaque Ollio, Venetus Palatiolum conceſſit; unde Thomas Primanius Bergomum, & Petrus Carthaginenſis Martinengium, ut præſidio his locis eſſent, ſunt miſſi. Sed dum ad Palatiolum ſedet Sforcia, ad deditionem oppidum aliquandiu oppugnatum compulit. Veneta caſtra mox ad Pontolium translata; inde vero motis ſignis, ſecus Ollii ripam Venetus ducens, multa loca, quæ æſtate hoſtis occuparat, paucis diebus recepit. Conferunt interim cum ſuis caſtra Severinas & Maurocenus legatus, qui jam ex Padana expeditione redierant: rebus ubique ex ſententia firmatis, Petro Marcello legati nomine ad Vallegium relicto, & ad Villam Francam Dalmatico equitatu cui Nicolaus Enonius & frater, juvenes impigri, præerant, alii quoque aliis Veronenſis agri locis, quia Mantuanis junguntur finibus, juſſi ſunt hyemare: qui aſſiduis incurſionibus Mantuam toto hybernorum tempore ſollicitam habuere. Severinas, collatis cum Victurio & Rodulpho Gonzaga caſtris, Minerbium cum magno præſidio expugnavit. Hinc Maurocenus bona Patrum venia, Victurio in caſtris relicto, Venetias rediit. Poſt Minerbium Venetus dux Variolam, Scorſariolum, & brevi omnia, quæ hoſtis æſtate occuparat (præter Aſulam, Quincianum

num, & Senicam) recepit. Inde media bruma copiis in hyberna dimiſſis, ipſe Venetias cum aliquot illuſtribus viris venit. Mocenicus Princeps ac Patres, bucentauro ad id magnifice inſtructo, venienti illi obviam prodivere: multis ampliſque muneribus ob provinciam ſtrenue adminiſtratam publice donatus eſt: in Patavino agro Civitatula, oppido inſigni: in Veronenſi Montorio, ſuburbano amœniſſimo: in urbeque pretioſis ædibus. Decretum & uxori ſalarium, ut laute ſplendideque pro præſenti fortuna ageret. Pari munificentia Senatus Rubrios Parmenſes, qui principatu dejecti illis ferme diebus Venetias venerant, proſecutus eſt: benigne a Principe & Patribus accepti, juſſi ſunt bono animo eſſe: nunquam Venetum Senatum Parmenſium Rubriorum in ſe meritum oblivioni daturum. Irent & in præſentia aurum acciperent, quo ſe numeroſamque familiam honorifice alerent: atque cum his datum eis ex ærario magnum auri pondus. Decretum inde Guidoni & Jacobo fratribus annuum ſtipendium duum & triginta millium aureorum nummum: tertio, qui initiari cupiebat, ſacerdotium in Veronenſi opulentiſſimum. Hæc domi. In Gallia vero poſt Severinatis digreſſum Joannes Antonius Scariotus, qui quingentos equites Cremam hyematum ducebat, fraude eorum, quos duces ſortitus eſt, in inſidias præcipitatus, omnem ferme equitatum amiſit, ipſe cum filio & modica equitum parte per medios hoſtes in pacatum evaſit. Reliqua hyberna etſi non bellicoſa, haud omnino tamen quieta fuerunt, pluribus citro ultroque terroribus illatis, præliisque nonnullis, ſed illis ipſis tumultuariis, & ſine memorabili eventu commiſſis. 1484

Liberalitas Senatus Veneti.

Media ferme hyeme Severinas cum Nicolao Piſauro legato Novos Urceos, ubi Fracaſſus cum bona copiarum parte hybernabat, venit: poſt cujus reditum Antonius Victurius domum dimiſſus eſt: ſuitque Piſaurius ſolus in caſtris legatus uſque ad Lucæ Piſani adventum, qui poſt Zachariam Barbarum aliquandiu Brixiæ præſidio fuerat: hi uſque ad belli exitum in caſtris fuere. Ne interim 1485

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODËR (2018)

1485 in ocio omnino essent, placuit pontem Ollio cum præsidio imponi: inde Tristanniam turrim ultra flumen Venetus occupavit, ubi ingens tritici, vini, ac fœni vis reperta, nonnihil hyberna ipsa molliora fecit. Et quia opportunus ad bellum locus visus est, & opere & armis subito communivit. Appetebat jam vernum tempus, quum percrebuit rumor, conventum, quem Aragonius Dux Cremonæ sociorum Principum nomine celebrarat, parum optatum exitum habuisse, ac parum inter eos qui aderant, constitisse de bello in sequentem annum reparando. Id spem fecerat, pacem a Pontifice per Legatum in Flaminia motam, ad exitum æquis conditionibus perduci posse: ad quam componendam Zachariam Barbarum & Fœdericum Cornarium Cæsenam usque Patres misere. Sed re diu per altercationem jactata, ex iniquis conditionibus, quæ proponebantur, apparuit, non eam pacis actionem esse, sed ludificationem potius, ne Venetus pergeret illud conficere, quod per legatos superiore anno in Gallia & Germania moverat. Priore nanque æstate Patres de eventu belli solliciti, ac Xysto Pontifici irati, quod ejus ductu & auspiciis bellum ingens suscepissent, susceptumque & jam pene confectum, subita illius defectione aut cum periculo sustinere, aut turpiter deponere cogerentur, ad omnes Germaniæ & Galliæ Reges oratores miserant, qui illos ad publicum conventum ipsi Pontifici ac christiano nomini indicendum impellerent: ubi fas esset de Pontificis injuria queri, fidemque Christianorum omnium adversus illum implorare. Missi itaque fuerant ad Fœdericum Imperatorem Sebastianus Badovarius eques, Antonius Lauretanus ad Regem Galliæ, ad Austriæ Ducem Paulus Pisanus, in Belgas ad Maximilianum, Fœderici Imperatoris filium, Nicolaus Foscarenus, qui a barbaris interceptus, non multo post missus est. Hos motus Pontifex veritus, conciliandæ pacis prætextu rem discutere voluisse creditur. Veneti interim, quanquam futuræ quietis spes prætendebatur, nihilominus sub initium veris bellum summo studio repararunt. Nam præter Italas copias, quas novis supplementis terra marique mirifice auxere, ex Peloponneso & insulis circumjectis, Corcyra quoque, Epiro & Dalmatia ad mille & ducentos expeditos equites amplo accersivere stipendio: hi partim in municipiis dispositi, qua proximum illis erat, in hostium fines crebris erumpere incursionibus, pars circa Brixiam esse jussi, multi quoque in castris.

1485 Et jam ver exierat, quum Severinas, milite ex stativis accersito, edicit, ut ad sextum calendas Junias omnes circa Variolam & Scortianum sibi præsto adessent. Ibi itaque copiæ omnes coivere, factaque primo loco castra. Dum vero hæc in Brixiensi parantur, navalis turma Dodanæ triremis, quæ non multo ante ex Marcelli classe cum quatuor aliis fuerat in Padum accersita quia, Christophoro Dodo, qui gravi morbo decubare cœperat, domum abeunte, ipsa velut emerita commeatum impetrare non poterat, primo tumultuari cœpit: inde quum capita seditionis, Thomæ Zeni jussu, Padanæ classis præfecti, clandestine supplicio affecta resciviset, ad hostem, qui juxta Phelocinam in ulteriore ripa erat, transiit: vix Dodus ægrotus paucorum opera servatus est. Remiges ipsi, ubi primum ad hostes venere, confestim ab eis spoliati, multifariamque disjecti pessime habiti sunt. Patres, ut documento aliis essent, omnes nominatim proscripserunt, ut si quando intra imperii fines deprehensi essent, pro desertoribus more majorum capitali supplicio punirentur. Illis ipsis diebus, quibus triremis una ita periclitata est, Porcus Centurio, plus quam mercenarium decet, Veneto nomini infensus, quum ex Hostilia quotidie Mellariæ fossis incursaret, ac præter cætera Veneto ferociter insultans, jurejurando Joanni Canali, qui præsidio arcem tenebat, affirmaret, se paucis diebus Mellariæ portis clavum affixurum, omen male illi vertit. Captis ad Canalis præsentiam est perductus: tum Venetus, *Perfice*, inquit, *hostis vanissime, quod te facturum tam insolenter jactabas: ac ubi victor non potes, victus clavum Mellarianis portis affige. Accipe, ne perjurus sis, clavum: accipe & malleum.*

Porci Centurionis juramentum temerarium.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1485 *leum*. Ac cum his juſſit illi inſtrumenta afferri, quibus eum uſum, non multo poſt ad ſupplicium Venetias miſit. Ferunt Canalem non minus Porco infenſum fuiſſe, quam illum Venetis. Quippe qui ſuperiore anno, quum ad Comaclum præſidio eſſet, ab eo ſubito incurſu oppreſſus, Ferrariam captivus perductus eſt. Hæc circa Padum.

Marcellus Gallipolim oppugnat.

Marcellus autem, maritimæ claſſis imperator, Corcyra ſub veris exitum profectus, Gallipolim oppugnatum ire pergit. Eſt id oppidum in brevi peninſula, ea parte ſitum, qua maxime Calabria in Ionium mare excurrit, Hadriaci fere & Ionii confinium: Senonum eam oram Plinius fuiſſe ait, a quo loci nomen non omnino abhorret. Habebat Veneta claſſis naves ſex & quinquaginta, in quibus erant triremes ſexdecim, onerariæ quinque. Cum his Venetus Gallipolim adortus, non prius vim inferre ſtatuit, quam oppidanorum tentarentur animi, poſſent ne ſuadendo monendoque eo adduci, ut voluntariam facerent deditionem. Sed quum nihil inde pacati redderetur, tum navibus circa littora appulſis, militum pars in terram exponitur, pars e navibus hoſtem telis laceſſunt. Oritur utrinque laborioſum certamen: hortatur remiges ſocioſque navales Marcellus ex prætoria navi, munitiones intrepide ſubire jubet. Parent illi imperatoris dicto: per tela, per ſaxa machinis excuſſa in hoſtem eunt: Dominicus Delphinus, Aloviſius Garzonius, Conſtantinus Lauretanus, Thomas Dodus, ac plerique alii triremium præfecti ante alios invecti, hoſtem mirum in modum fatigant. Et jam non ſine multorum cæde Venetus ſcalas muro applicuerat, aliique muros ſcandere occœperant, alii reſcindere adorti erant: quum Marcellus ex prætoria puppi fortiſſimum quenque appellans, ſignis & voce ut muros occupent, hortatur: increpat etiam, ſi quem intuitus eſſet minus ſtrenue pugnam ciere: quoſdam ad hæc in ſummum evadentes, clamore adjuvat: ac denique dum imperatoris optimi munere defungi ſtudet,

Tormento ictus moritur.

tormento ictus repente concidit. Vidit eum cadentem Sagondinus ſcriba, ſubitoque pallio opperuit: inde cadavere in occultiorem locum translato, ſuos ut pergant vincere

cere hortatur: *Accepiſſe Marcellum leve vulnus, ac tantiſper abfuturum, dum, adhibito medico, plaga obligaretur: ipſi vero oſtenderent interim, etiam ſine duce ſe fortiter pugnare poſſe: ſcirent ad hæc, oppidum captum in prædam habituros.* Hæc ille. Dominicus Maripetrus onerariarum præfectus, & ipſe ea parte, qua pugnabat, ſuos impellens, ut intrepide muros tranſcendant, edicit. Demum poſt varios conatus, victa propugnatorum audacia, Venetus oppidum prius irrumpit, quam ſciret ſe ſine imperatore pugnare: tum prædæ cupiditate victores diffuſi, paſſim obvios trucidant. Edicitur, ut fœminarum pudicitiæ & templis parceretur. Gallipolitani, hoſte intra mœnia conſpecto, abjectis armis, veniam cum lachrymis implorant; exaudiri ubique gemitus & fœminarum ejulatus: plangore ad hæc & ſtrepitu (ut in tali re evenire ſolet) omnia circumſonabant. Cœpit ſubito Venetum victorem præſentium malorum pigere: edicitur proinde, ut a præda & cæde navales ſocii abſtinerent. Gallipoli capta, imperium claſſis conſenſu omnium Maripetro eſt datum, ut is Marcelli loco tam diu ſummæ rei præeſſet, donec Patres novum imperatorem legiſſent. Venetus victor captum oppidum ſtabilem belli ſedem ſubito opere communivit. Neritum interim Salentinorum oppidum, Rachaliſca, & alia pleraque vicina oppida, Gallipolitanorum caſu territa, ultro deditionem fecere. Victoriæ nuncius quo minus civitati lætus eſſet, Marcelli interitus effecit: in eo tamen non parum civitas ſibi gratulata eſt, quod, oppreſſa Gallipoli, apparebat factam eſſe bello anſam, quo inimicissimi Regis opes quandoque ad libitum vexare poſſent. Nec Ferdinandi ferocia, ubi Veneta arma in mediterranea Italiæ penetrare vidit, parum remiſit. Bellicoſiſſimus ille ſpiritus, quietis & ocii impatiens, ut ſe domeſtico bello implicitum vidit, bello quidem omnino gravi & difficili, ad pacem tum demum reſpexiſſe creditur. Quod ipſum ut ita eſſe exiſtimem, illud facit, quod pax non multo poſt ſecuta eſt.

1485

Gallipolis capitur.

Alphonſus ei filius, qui in Cremonenſi erat, ubi per ex-

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1485 exploratores cognovit, Venetum cum florentiſſimo exercitu ad Variolam veterem prima caſtra feciſſe, confeſtim & ipſe cum iis copiis quas habebat (quæ cum Venetis collatæ omnino exiguæ erant) ad Quintianum conſedit: hic munitis caſtris, ſine negocio ullo memorabili quotidie exercitum ſociorum appendicibus augebat. Placuit interim Severinati, ne omnino in ocio eſſet, ut Nicolaus Piſaurius legatus & Franciſcus filius cum nonnullis equitum turmis in hoſtium fines irrumperent. Illi, Olio ponte ſuperato, Calcem, & alia quædam ignobilia oppida ſubito incurſu recepere: horum nonnullis præſidio firmatis, reliqua in prædam militi dedere. Hoſtis interim, etſi non procul hæc gerebantur, haud aliquid tamen movit: nec toto meſſium tempore ulla alia memorabilis expeditio fuit. Noviſſime tamen Calaber, ſociorum viribus in unum contractis, ita ut ſupra centum & viginti equitum turmas habere diceretur, ac pro numero equitum peditatum non parvum, motis repente ſignis, Novos Urceos verſus movit. Severinas etſi equitum numero aliquanto inferior erat, quippe qui tres & nonaginta non amplius equitum turmas habebat, quia tamen peditum robore præſtabat, ad Veteres Urceos, quo hoſtem venturum arbitrabatur, ſe cum omnibus copiis contulit. Affuit & Nicolaus Triviſanus, Brixiæ præfectus, qui valido præſidio Novos Urceos iniit. Alphonſus interim Metellam adortus, ſubito ad deditionem compulit; inde alia oppida, ignobilia quidem, nec adeo multa, brevi recepit. Hinc porro digreſſus Variolam & Scorſariolum occupavit, noviſſimeque ad Balneolum conſedit. Venetus vero, qui non procul ſequebatur, quique tempus obſervabat, ut per occaſionem in hoſtem depugnaret, Maclodio profectus, Turbulas conceſſit; mox hinc ad Zenonem inter Brixiam & hoſtium caſtra metatus eſt. Hic de pace meliore eventu, quam non multo antea Cæſenæ, cœptum eſt agi; & quo melioribus initiis mota res eſt, eo fœliciorem habuit exitum. Nam (quod raro unquam accidit) ipſi duces & qui a pace præter cæteros abhorrere conſueverant, ſe

Caſtra ad Balneolum collata, ubi pax, quæ non multo ante Cæſenæ fruſtra mota fuerat, ſancita eſt.

ſe pacis auctores & arbitros præbuere: hinc Severinas, 1485
inde Lodovicus Sforcia, nunciis citro ultroque miſſis, rem non ſolum Galliæ, ubi res gerebatur, ſed toti Italiæ optatam moverunt. Sed dum de pace agitur, aut certe non multo ante, circa Ferrariam Reſpublica parum proſpere geſta eſt. Irruperant ex Veneta ſtatione, quæ ad Obſcurum Lacum erat, plures peditum centuriæ, omniaque ſuburbana loca circa Ferrariam terroris compleverant: tentarant ad hæc Veneti ductores, hoſtem inſidiis excipere. Sed ille tam diu intra urbis munitiones ſe tenuit, donec compoſito agmine, Venetum ſe in caſtra recipere vidit; tum paucas equitum in eum turmas immiſit, quæ, per equitem levis armaturæ certamine injecto, uſque ad id Parci latus quod Caſagiam reſpicit, hoſtem pugnando diſtinuerunt. Hic vero turbatis ordinibus, Venetus in fugam actus, per foſſas & aggeres viis circumjectos præceps datus eſt: multi cæſi ſunt, plures vulnerati, capti autem plurimi: quadringenti & amplius in hoſtium poteſtatem venere, qui, ademptis armis (ut Italicæ militiæ mos eſt) dimiſſi ſunt. Thronus ad Obſcurum Lacum legatus, per hos dies, aut certe non multo ante, morbo implicitus, ubi Venetias delatus eſt, ex humanis deceſſit. Pax interim ad exitum ſpectabat; induciiſque utrinque indictis, ex Verona videndi ſtudio in caſtra me contuli: ubi a Nicolao Piſaurio & Luca Piſano legatis (ad quos cum Triviſani literis veneram) benigne acceptus utraque caſtra per ocium luſtravi: ea haud multum ſunt mihi vila inter ſe diſtare. In eo magnum apparuit diſcrimen, quod ubi ab Alphonſi tabernaculum acceſſi, non ſine ſtupore publica omnium Italiæ Principum ac populorum ſigna in ejus veſtibulo præfixa intuitus ſum: quo ſpectaculo judicavi, quantam belli molem Venetum imperium ad eam diem ſuſtinuiſſet.

Pax, ut dixi, aliquanto antea a ducibus mota, per eos dies his conditionibus ſecuta eſt: ut Veneti Aſulam, Romanium, & quicquid eo bello in Gallia amiſiſſent, reciperent: ipſi vero, deductis citra utraque Padum præſidiis,

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1485 ſidiis, munitionibus circa ripas demolitis, ex iis quæ Herculi Æſtenſi ademiſſent, Rodigianam Poleſinum retinerent, omniaque antiqua & recentia jura Ferrariæ & ejus finium reciperent: Gallipolim, & quæ in Calabria ad eam diem occupaſſent, Ferdinando reſtituerent: Severinas adhuc Venetorum ſtipendia faceret, eſſetque interim omnium Principum Italiæ ac populorum imperator. Hunc exitum habuit ſociale bellum, quod Veneti adverſus totam ferme Italiam terra & aquis geſſere: cujus quidem apparatus quam ſumptuoſi fuerint, vel ex eo intelligi poteſt: quod biennii ſpacio, vel paulo plus, quo bellatum eſt, tricies ſexies centena aurerorum nummum millia in terreſtribus maritimiſque copiis ornandis alendiſque publice appenſa dicuntur. Raro alias pax tam grata Venetis fuit; quæ quo ſpecioſior, eo lætitiæ & gaudii plenior fuit. Paſſim per urbes & oppida quæ Veneto parent imperio, nocturni ignes & alia lætitiæ ſigna edita ſunt. Indicta ad id haſtarum certamina & aurigationes, quæ ſolenni conventu plures dies celebrarentur. Ludi ipſi poſt aliquot menſes ſub carniſprivii ferias editi ſunt: aureus & argenteus pannus certantibus propoſitus. Magnus mortalium undique ad id ſpectaculum concurſus eſt factus: affuit Æſtenſis Hercules, & Julius Camertium Comes, quibus a Principe & Patribus frequenter itum eſt obviam; et ex Mediolano Leo Lodovici Sforciæ filius cum Galeacio Severinate. Severinas ſenex præeſſe magis, quam præſidere ludis voluit. Affuerunt & Rubrii Parmenſes, Mirandulanus Princeps, ac plerique alii viri illuſtres, quorum certandi ſtudio alii, alii ſpectaturi venerant. Multitudo ad hæc ingens terra marique profecta, urbem mirum in modum replevit. Area, quæ ab aurea æde ad Geminiani fanum longe lateque excurrit, id tempus inſtructa eſt. Sumptuoſiſſimi fuerunt illorum apparatus, qui in certamen venerunt. Tres Severinatis filii, qui diverſo tempore in medium proceſſere, ſinguli vicenos quinos deſultorios equos, partim auro partim purpura inſtratos, præ ſe egerunt. Eadem ferme Parmenſium Rubriorum pompa fuit: Julii Principis

Aurigationes & haſtarum certamina poſt pacem in urbe celebrata.

pis ex fratre nepos longe conſpectior proceſſiſſe dicitur. 1485
Ad centum hominum millia interdum ſpectaſſe dicuntur; quibus Mocenicus Princeps cum primoribus Patrum & urbis magiſtratibus præſedit: unde Æſtenſis Hercules, acerrimus nuper hoſtis, inter alios Principes ſpectavit. Aurigationes, & haſtarum certamina civitatem plures dies occupatam tenuere. Demum tres Severinatis filii victores judicati: Fracaſſus & Antonius Maria aureum pannum ex æquo ſortiti ſunt, Galeacius argenteum; Julii nepos, qui omnium judicio ſtrenue haſta decertarat, trecentos aureos nummos ſibi publice decretos accipere recuſavit. Creditum vulgo eſt, indigne tuliſſe, quenquam eo certamine ſibi prælatum. Ex Rubriis Parmenſibus Mariottus puer, quia ultra quam ætas illa præſtare poſſet, haſta & aurigatione populo placuerat, phalerati equi precium accepit. Plures ad hæc, ut cujuſque virtus eo certamine enituit, alii aliis muneribus donati ſunt. Multi quoque viri fortuna & virtute inſignes, ad equeſtrem dignitatem ſunt promoti. Julius Camertium Princeps, quoniam Severinas Italiæ rebus præeſſet, Venetarum eſt copiarum imperator declaratus.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

IN

IN LIBRUM TERTIUM

EPITOMA.

DUcarium, quod medio belli tempore conflagrarat, ſumptuoſiſſime cœptum eſt inſtaurari: Gravis peſtilentia initio æſtatis orta, ingentem per autumnum fecit in urbe vaſtitatem: Maritimæ negociationis brevis explicatio: Quatuor Venetæ triremes quæ ad Gallicam exiverant mercaturam, circa Luſitaniam a piratis interceptæ: In Carnis nonnihil ſubito barbarorum acceſſu tumultuatum eſt: Rubertus Severinas cum florentiſſimo equitatu ad bellum circa urbem nuper ortum profectus eſt: Marci Barbadici Principis declaratio, qui Joanni Mocenico ſucceſſit: Romani belli inter Innocentium Pontificem & Ferdinandum Regem conflati brevis expoſitio: Triumviri creati, ad ea quæ ad contagionem e civitate tollendam attinerent, providenda: Severinas copiis exutus in Venetos reverſus eſt: Mos patrius funerandi Ducis, atque exequiarum ratio: Cauſæ belli cum Auſtriæ Duce in ipſis Italiæ finibus contracti, ſubitique hoſtium conatus, ultimo loco referuntur.

M. AN-



M. ANTONII SABELLICI, RERUM VENETARUM AB URBE CONDITA, *DECADIS QUARTÆ,*

LIBER III.

PArs illa Ducariæ ſedis quæ medio belli tempore conflagrarat, eodem anno quo in Gallia eſt debellatum, cœpta eſt a fundamentis reſtitui: opus ſane conſpicuum, diutiſſimeque duraturum. Tota facies, quæ aquis incubat, candido ſaxo, & in adamantis ſpeciem faſtigiato, ſuperbe conſtructa. Eſt & a fronte, qua forum ſpectat, aureæ ædis veſtibulum nonnihil peregrino lapide munitum. Principio æſtatis, quæ ſecuta eſt, civitas gravi cœpit peſtilentia laborare; quæ poſtea in autumnum acta, ingentem 1485 *Ducarium quod medio belli tempore conflagrat, ſumptuoſiſſime cœptum inſtaurari. Peſtilentia.*

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1485 tem fecit in urbe vaſtitatem. Acceſſit ad hanc domeſticam cladem alia omnino quidem atrox, ſub exitum æſtatis illius procul domo accepta. Sed de ea priuſquam dicere pergam, non ab re viſum eſt, memorare præſentem Venetæ urbis in re maritima induſtriam & opulentiam.

Maritimæ negotiationis brevis explicatio.

Nullum ſane eſt emporium interni maris, quod a Gaditano freto inter Africam & Europam in Syriam & Ægyptum ad ortum excurrit; ad ſeptentrionem vero & boream ad Boſphorum & Meotidem paludem, nullus tam ignoti littoris receſſus, quem Venetæ triremes ex antiquo civitatis inſtituto non negociorum cauſa frequentent. Supra fidem eſſet enarrare, quæ vis navium, non Italiæ ſolum, ſed Liburniæ quoque, Dalmatiæ, Macedoniæ, ac totius Græciæ littora velut ſuburbana quædam loca aſſidue ſcrutentur. De iis igitur dicam, quæ ſtatis anni temporibus ad merces ex remotiſſimis locis petendas publice inſtruuntur. Ex his quatuor longæ naves, ex Syria atque ex Ægypto totidem, aromata, ſericum, gemmas, uniones in Italiam deferunt. Ex Lybia tres, aurum, gemmas, & mancipia. Duæ ex interna Gallici maris ora precioſiſſimum vellus, & Hiſpanum ſericum omnium longe nobiliſſimum. Quatuor a Tanai & Meotide palude, ſalſamenta, tapetas, & ſmaragdos: ac præter eum numerum, quatuor ex Gallici oceani emporiis, lanas, aurum, aulea, & Flandrenſis panni vim omnino ingentem. Ad hæc negocia de more exierant triremes quatuor: earum imperium penes Bartholomæum Minium fuit. Sed cum hæ Ibericum navigarent oceanum, Columbus junior, Columbi piratæ illuſtris, ut ajunt, nepos, cum ſeptem navibus ad pugnam inſtructis circa Sacrum promontorium, hodie *Vincentii caput* appellant, ſub noctem factus eſt Veneto obvius. Ille vero, tametſi ſub primum occurſum animum ad Venetas naves opprimendas adjecerat, abſtinuit tamen pugna per noctem: cæterum futuro certamini intentus, ita interim abeunti inſtitit, ut piraticarum proræ Venetis hærerent puppibus. Poſt ubi illuxit, continuo vis a barbaro eſt illata. Tum vero injecto certamine, ſuſ-

Quatuor Venetæ triremes, quæ ad Gallicam mercaturam exierant, intercepta.

tinet

tinet Venetus hoſtem, & navium & bellatorum numero 1485
potiorem; pugnatumque eſt atrociſſime plures horas. Raro alias cum ejuſmodi genere hoſtium (quippe qui niſi per occaſionem vix pugnam conſerere ſoleant) majore eſt cæde dimicatum: ad trecentos ferme ex Venetis turmis eo certamine occubuiſſe quidam ex iis affirmant, qui pugnæ interfuere; alii nonnihil numerum extenuant; periitque in iis Laurentius Michael triremis unius præfectus, & Joannes Delphinus alterius præfecti frater. Proceſſerat pugna a prima luce inita ad viceſimam diei horam: erantque interim Venetæ turmæ vehementer acciſæ. Venerat jam & Delphina in hoſtium poteſtatem, cum reliquæ alia poſt aliam deditionem fecere. Meminere quidam atrociſſimæ illius pugnæ participes, numeraſſe ſe ea navi, qua tum forte fuerunt, octoginta fortium virorum cadavera a prora ad puppim disjecta, ad quorum conſpectum victor hoſtis ingemuiſſet, non ſine indignatione, profeſſus, ita Venetum cum ſua pertinacia evenire voluiſſe. Cæſorum corpora in altos fluctus projecta ſunt, vulneribus debilitata in proximum littus expoſita; qui ſuperſtites fuere, victorem ipſum Lisbonam uſque cum captivis navibus ſunt ſecuti: ibi facta eſt omnibus poteſtas abeundi. Eſt Lisbona maritimum Luſitaniæ oppidum, libetque ſuſpicari id eſſe, quod Oliſiponum olim dixere: hodie ob regiam ſedem celebritate nominis & rerum opulentia maxime inſignis. Hic Veneti hoſpitaliter a Rege accepti; quibus medico opus fuit, diligenter illius juſſu curati; reliqui viatico & veſtibus pro conditione donati. Perunt vetuſtum hoſpitium Veneto nomini cum Luſitanæ Regibus intercedere, quod illi a majoribus quaſi per manus acceptum, hoc quoque tempore omni officio & comitate ſtudeant ſervare: ejus neceſſitudinis cauſam a Veneta hoſpitalitate ortam affirmant. Fama eſt, antiquiſſimum ex ea gente Regem cum paucis olim Venetias appulſſe, ejuſque viſendæ ſtudio aliquandiu in urbe verſatum, diſſimulata interim perſonæ quam gerebat magnitudine. Sed tantus hoſpes diu in occulto eſſe non potuit: conſtare cœpit Patri-

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1485 tribus, eminentioris fortunæ virum, qui regium genus propinquitate ſanguinis attingeret, jam dudum in urbe eſſe. Continuo igitur benigne ab eis appellatus, in publicum eſt hoſpitium adductus; dati ad hæc ex patricio ordine plerique, qui urbem illi per ocium monſtrarent, quique ipſius latera ſtipantes, benigne ac comiter hoſpitem haberent: data & abeunti ex publico munera, miſſique non pauci, qui eum procul urbe officii cauſa comitarentur. Hæc Venetus cum ſe privato homini id præſtare, non Regi arbitraretur, barbaro publica illa hoſpitalitas eo gratior fuit, quo magis omni ambitionis ſuſpicione caruit. Ubi itaque in Iberiam venit, rem omnem poſteris tradiſſe dicitur, Venetamque in ſe liberalitatem perpetuo monumento ſuis conſtare voluiſſe: atque ob id ipſum mutuum hoſpitium Venetis cum regia illa familia in hunc diem durare. Ea cauſa fuit, quod Rex Venetos maritima illa pugna male habitos, hoſpitio & commeatu juvit, ut diximus. Acceſſit & illud, quod toto regno vetuit quenquam ex Veneta præda a piratis quicquam coemere. Nuncius acceptæ cladis civitatem haud parvo dolore affecit. Conſtabat ad ducenta & amplius aureorum nummum millia in precioſiſſima illa merce amiſſa; ſed clades illa privata: cæſorum hominum dolor omnino major fuit. Per eos ipſos dies, quibus id nunciatum eſt, peſtilentia aliquanto atrocius quam antea incubuerat: quo accidit, ut civitate domeſtica clade implicita, Patres præſentem injuriam nullo majore motu vindicandam cenſuerint, ſed ultionem in aliud commodius tempus differendam.

In Carnis nonnihil ſubito barbarorum acceſſu tumultuatur.

In Forojulienſi agro ſub id tempus nonnihil tumultuatum eſt. Eruperant aliquot equitum alæ repente in ipſos Italiæ fines, quæ a Pannoniæ Rege ad Portum Naonem (ut poſtea compertum eſt) ſubito acceſſu opprimendum miſſæ fuerant: eſt id oppidum ad Liquentiæ fluminis ripam. Barbari in Tergeſtino agro prius conſedere. Patres vero tametſi non ignorabant, Regem ipſum cum Fœderico adhuc in armis eſſe, atque eum equitatum iccirco in Italiam miſſum, ut Portum Naonem ac Tergeſte, quæ duo oppi-

oppida ille in Italia haberet, hoſti adimeret: quia tamen 1485
Regis animum haud ſatis exploratum habebant, confeſtim partem equitum non parvam, quam circa Veronam & Patavium ſtativa habebant, in Carnos miſere. Barbari vero per Utinenſem agrum pacatiſſime progreſſi, cum ſubito oppidum, cujus potiundi ſpes ab extorribus facta erat, opprimere nequiviſſent, paucis diebus ſine alio majore motu Italia exceſſere.

Severinas cum florentiſſimo equitatu ad bellum nuper ortum proficiſcitur.

Exierat jam medius autumnus, cum Rubertus Severinas (qui jam inde ex quo in Gallia fuerat bellatum, Venetorum ſtipendia fecerat) magnis pollicitationibus ab Innocentio Romano Pontifice, qui Sixto ſucceſſit, per legatos accerſitus, Patribus non permittentibus, neque omnino recuſantibus (quippe qui pacate tunc terra marique agebant) cum Fracaſſo & Galeacio filiis, duabuſque & triginta equitum turmis in Flaminiam primo, inde Romam media ferme bruma tranſiit; ſed ipſe aliquanto ſuos præceſſerat: urgebatur enim Pontificis nunciis, qui proximo bello ab Alphonſo Calabriæ Duce premebatur. Contracti autem belli cauſa ab Aquilanorum motu, ac Principum quorundam, qui a Ferdinando Rege ſubita conſpiratione defecerant: qui cum Innocentii fidem adverſus Regem imploraſſent, eoſque Pontifex dignos duxiſſet, quos non ſolum ſui nominis auctoritate, ſed totis etiam Romanæ Eccleſiæ viribus ab injuria tueretur, ita evenerat, ut Virginius Urſinus, qui (velut alio loco oſtendimus) præter oppida non pauca urbi proxima, quæ citra utraque Tyberim tenebat, multa etiam in Marſis uſque ad Fucinum lacum intra regni fines jam antea poſſidebat, in fide Regis adhuc eſſet. Fuitque illi ab initio, ut fertur, animus, neque a Rege omnino deficere, neque adverſus Romanum Pontificem aliquo modo arma induere; ſed majorum ſtudia ſecutus, cum Ferdinandi partes in regni malis tutatus eſſet, nihil circa urbem movere. Sic itaque medius ſub novos bellorum motus pacate agebat: cum poſt Severinatis acceſſum, fuaſu, ut creditur, Principum adverſæ factionis, Urſinorum ædes quæ ad Montem Jor-

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1485 danum (id eſt nomen loco in parte urbis) fuere, ſubito militum incurſu direptæ & incenſæ ſunt. Qua injuria ille adactus, cum reliquis Urſinæ familiæ Regulis aperte ab Innocentio defecit. Hujus opibus Alphonſus fretus, occupatis nonnullis circa urbem pontibus, poſt Severinatis acceſſum Romanum infeſtare agrum occœpit. Sed hæc eo tendunt, ne belli inter Pontificem & Ferdinandum Regem conflati cauſa ignoraretur. Quæ vero ſecuta ſunt, perſtringam potius, quam longiore exequar narratione, utpote ad rem Venetam nihil attinentia. Sed dum res circa urbem in hoc ſtatu eſſent, Mocenicus interim Princeps vita deceſſit, anno ſui ducatus ſeptimo. Marcus Barbadicus, vir prudentia ſingulari, atque ob anteactæ vitæ merita egregia inter Patres auctoritate, omnibus ferme ſuffragiis in demortui locum Dux declaratus eſt. Is, Republica domi foriſque pacata, ad ducarii refectionem, opus jam antea inchoatum, animum adjecit: ejuſque cura & diligentia eſt effectum, ut pauciſſimis menſibus, quibus, ille Princeps fuit, tota loci moles, quæ ad ortum ſpectat, ſuperbo opere ad ſummum ferme ſit perducta. Peſtilentia, quæ ne per brumam quidem multum remiſerat, mirum in modum ſollicitam civitatem habebat. Placuit itaque Triumviros creari, quibus negocium daretur, ut quantum humana ope provideri poſſet, omnia curarent, quæ ad levandam cladem attinerent. Ii igitur ad omnem contagionis cauſam tollendam, vim exuviarum ingentem, a veſpillonibus fraude contractam, publice concremarunt. Cæterum ad exonerandam multitudine civitatem, pars vulgi procul urbe ablegata eſt. Sub id tempus e regione fori, & ante geminas columnas cœptus eſt canalis maximus purgari, quem, quantuſcunque eſt, quamque longe ac late per urbem ſpaciatur, reparandum Patres cenſuere. In Cyprum aliquot peditum centuriæ, ad præſidium inſulæ, ex conſuetudine ſunt conſcriptæ.

Marcus Barbadicus Dux declaratur.

1486

Triumviri creati, ad contagionem e civitate tollendam.

Bellum interim circa urbem inter Pontificem & Urſinos (qui aperte, ut diximus, ad Ferdinandum defecerant) ſuſceptum, poſtquam Severinatis copiæ in urbem ve-

venere, majorem in modum exarſit. Nomentano nanque 1486
ponte, quem illi haud procul ab urbe præſidio occuparant, recepto (in cujus oppugnatione Fracaſſus Ruberti filius tormento ictus pene concidit) omnis armorum impetus in Paulum Urſinum, & reliquos Virginii neceſſarios verſus eſt. Siquidem Nomentum vi captum ac direptum, aliqua eſt ex parte dirutum. Eratque jamjam & Montem Rotundum Severinas petiturus, cum Baptiſta, ex Urſina familia Cardinalis, Romam profectus, ad Pontificis conſpectum venit: hic ſe ac ſuos in Apoſtolicæ ſedis poteſtate futuros eſt profeſſus. Neque majores ulli circa urbem armorum conatus fuere. Infeſtarunt Virginianæ equitum alæ Romanum agrum ſubitis excurſionibus uſque ad Alphonſi ex Hetruria reditum: qui cum florentiſſimum equitatum a Florentinis & Mediolanenſibus ex fœdere accepiſſet, ac celeri curſu Romam duceret, Severinas cum aliquanto minoribus copiis in Faliſcis ſeſe illi objecit. Hic tumultuarium prælium commiſſum: aliquot equites ſunt hoſtibus adempti. Verum enim vero Calaber ſuis fretus viribus, omnes Severinatis conatus noviſſime fruſtratus, in Romanum agrum tumultuoſe erupit. Hic Pontifex, qui coſtanti animo tantam belli molem ad id tempus pertulerat, etſi de accerſendis ex Gallia auxiliis jam antea, ut fertur, conſilium ceperat, accerſiveratque per literas & Legatos (ut conſtans fama erat) in Italiam Renatum Lothoringiæ Ducem, quem in Ferdinandum Regem armare in animo habebat, & ad Venetos Nicolaum Francum, Tauriſinum Antiſtitem deſignatum, miſerat, ſi eos ad belli ſocietatem aliquo modo trahere poſſet; quia Gallica auxilia omnino ſera creduntur, & Veneti fœderibus aſtricti, quæ ſub Ferrarienſis belli exitum in Gallia cum Lodovico Sforcia, Alphonſo, & Florentinis ſanxerat, nihil moturi videbantur: deſperatis undique auxiliis, ne rerum Romanarum ſtatum in aliquod majus diſcrimen conjiceret, pacem haud iniquis ab hoſte conditionibus oblatam, homo, etſi pontificiæ dignitatis aſſertor, pacis tamen & ocii non inimicus, libens complexus eſt: in

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1486 qua ſancienda, juxta Romanæ Eccleſiæ ac ſociorum fortunis, quantum in ſe fuit, cautum voluit. Rubertus continuo poſt pacem exauctoratus, cum ſuum equitatum in Galliam reducere ſtatuiſſet, per literas & nuncios a Patribus petiit, ut liceret ſibi cum duobus millibus equitum intra Veneti imperii fines ſe recipere. Quod ipſum cum Senatus nullo modo tribuendum cenſuiſſet, conſiliorum inops, ac deſtituto ſimilis, quum nullus eſſet locus, quo tuto divertere poſſet, hæreretque interim veſtigio Alphonſus, qui citato agmine eum abeuntem in Flaminiam uſque fuerat inſecutus, ſine aliquo majore certamine, copias quaſcunque ſecum habuit, hoſti in fidem recipiendas reliquit: ipſe paucis comitatus celeri curſu in Ravennatium fines ſe recepit. Hunc exitum habuit celebris illa Ruberti & filiorum ex Gallia ad Romanum bellum profectio: de qua non tam hæc breviter referenda duxi, quod ad eam diem ille Venetum ſtipendium feciſſet; quam ut Venetorum conſtantia, ac fides nota eſſet. Quippe, qui quum per occaſionem Ferdinandi Regis domeſtico bello, ac per hoc graviſſimo impliciti, opes facile aut evertere, aut certe in diſcrimen maximum adducere potuiſſent, ſi ejus belli partes, ad quod ampliſſimis invitabantur conditionibus, ſequi voluiſſent; ne tamen aliquo modo fœdus violarent, pertinaciter ab omni injuria abſtinuerunt.

Maximilianus Romanorum Rex declaratur.

Dum igitur hæc, quæ dixi, circa urbem gererentur, ex Gallia allatum eſt, Maximilianum, Fœderici Imperatoris filium, Romanorum Regem declaratum: quam nominis, Romanæ civitati ſemper alioquin inviſi, uſurpationem jam inde ab ejus Caroli temporibus, qui Longobardicas opes in Italia afflixit, initium ſumpſiſſe ſuſpicari libet. Siquidem Pipinum ejus filium, regio nomine poſtea Italiæ præfuiſſe, plerique rerum ſcriptores prodidere; quum pater interim Imperatoris nomen obtineret; atque ita factum, ut procedente tempore non ſolum Italiæ, ſed Romanorum quoque Rex ſit dictus, qui ea poteſtate, qua ille olim, emineret. Duxerat Maximilianus Caroli Belga-

garum Ducis, qui Elvetio bello periit, filiam in uxo- 1486
rem; atque ob eas nuptias in ampliſſimum principatum receptus, per novos motus difficileſque bellorum minas audax juvenis, & ad arma & pacis ſtudia æque promptus, ferociſſimam alioquin gentem ſuo aſſueſcere coegit imperio. Eam igitur declarationem ille & Fœdericus pater Venetis, velut amiciſſimo populo, per literas ſignificarunt. Quo nomine ad utrunque decreta eſt legatio: Dominicus Triviſanus & Hermolaus Barbarus (vir non in Venetis ſolum, ſed tota etiam Italia literarum ſtudiis maxime inſignis) miſſi, qui publico nomine illis præſentem regiæ appellationis declarationem gratularentur. Ambo equeſtri ſunt dignitate donati. Decreta & in Luſitaniam altera legatio, ad gratias ipſi Regi Principis & Patrum nomine agendas, quod paucis ante menſibus Venetarum triremium turmas, poſt piraticum prælium ſuis littoribus disjectas, hoſpitio & viatico juviſſet. Hieronymus Donatus, vir & ipſe ſtudiis philoſophiæ clariſſimus, per eos ferme dies, quo illi in Galliam, ſolus ad id munus profectus eſt. Remiſit ſub vernum tempus peſtilentia: atque id prorſus circa ſolſticium evanuit, ut multis ante annis nullus ſalubrior fuerit civitatis ſtatus. Secuta & alia fœlicitas, Barbadici Principis ſolertia diligentique adminiſtratione orta: tam larga rerum omnium annona, oneroſam alioquin civitatem aluit, tanta vis tritici, vini, olei, omniumque obſoniorum tempeſtive eſt in urbem importata, ut raro alias conſtet, Venetam civitatem majore ocio & ſecuritate floruiſſe. Accedebat ad hanc temporum lætitiam, quod Veneti tunc terra mariquæ pacate agebant: qua re vulgo perſuaſum eſt, ab urbe condita ad id tempus nullum beatiorem fuiſſe civitatis ſtatum, in quo non ſolum retinendo, ſed augendo etiam, quum maxime ille eſſet occupatus, morte quidem fatali, ſed quæ poſtea tanti viri deſiderio invidia non caruit, menſe ſuæ adminiſtrationis nono vita deceſſit; atque eo fortaſſe eorum omnium, qui ante illum Reipublicæ præfuere, fœlicius, quod præter egregiam ſobolem, quam ſolpitem

Regimen Barbadici fœliciſſimum.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1486 reliquit, quodque de religione, de patria, deque omnibus civitatis ordinibus optime meritus credebatur, patriam ipſam ſalubritate cœli, rerum omnium opulentia æque domi foriſque florentem reliquiſſet: & quod illius fortunæ aſcribere poſſis, illis ipſis diebus quibus humanis

Obitus ejus.

deceſſit, a Baiſſeto, Mahomethi filio, ac Græciæ Imperatore legatus ad eum cubantem cum amplis muneribus venit. In eo fortaſſe minus fœlix, quod ad pietatem ſuam in Rempublicam oſtendendam parum omnino temporis ſit datum. Percrebuit rumor, eum jam animam exigua ſpe trahentem, quatuor filios, quos ſuperſtites reliquit, ad ſe accerſitos graviſſimo ſermone allocutum, quos utique ad Rempublicam perpetuo ſtudio & pietate colendam hortatus, identidem admonuiſſet: *Opportere eos beneficii ab ea accepti perpetuo eſſe memores, quæ quo magis de patris æſtimatione merita eſſet, quem ex privato ordine ad ampliſſimum dignitatis faſtigium evexiſſet, eo impenſius niti, ut quam ipſe ob brevem adminiſtrationem non poſſet, filii debitam patriæ pietatem exolverent.* Civitas vehementi ob ejus interitum mœrore affecta eſt: miro omnes deſiderio lamentari, prædicare vulgo illius in omnes manſuetudinem & clementiam: quippe qui præter alia multa in humilioris fortunæ viros benignitatis exempla ſtatim ab initio ſui regiminis auctor fuiſſet, ne ob curarum multitudinem minus ad ſe aditus inopibus pateret, ut omnium qui audiri vellent, nomina in ſortem octavo quoque die conjicerentur, atque ita quorum nomina primo educta eſſent, illi ad ſuum tribunal prius aditum haberent. Quo pientiſſimo decreto eſt factum, ut neque ambitio neque gratia inopiæ obſtaret, neque ſpes illius adeundi cuiquam adimeretur. Frequens civitas funus ad Gemellorum ædem extulit: ipſe ad fanum publicæ Caritatis eſt ſitus. Libet hic breviter memorare, quæ

Sepultura.

Mos funerandi Principis.

ſit hodie funerandi Principis ratio. Poſt ejus obitum cadaver extenteratum balſamoque delibutum ſub aureo amiculo, enſe aureiſque calcaribus inverſis, publice in foro triduo aſſervatur. Mox vero omnia civitatis collegia (quæ tot

tot ferme numero ſunt, quot & opificum genera) ſub 1486
ſignis religioſa quadam ac ſolenni pompa ordine præcedunt. Succedit inde numeroſus clerus. Funus ipſum pullatorum vis ingens mœſto ſilentio ſequitur, juxtaque patriciorum non parva manus, purpura & cocco culta, quo datur intelligi, in quantumvis optimi Principis funere civitatem, quæ libera eſt, in luctu eſſe non oportere. Hi lætiore cultu ornati, ubi funus templo eſt illatum, ſuggeſtum quo cadaver imponitur, venerabili conſeſſu cingunt, dum interim defuncti memoria pro concione populi more majorum laudatur. Hinc patriciis reverſis, prima ad novum Principem creandum comitia indicuntur. Sed idcirco ad hunc civitatis morem deſcribendum acceſſi, ut ex iis quæ diximus appareret, Republica incolumi, eundem ſemper civitatis vultum eſſe ſolere, nec privatum dolorem aliquo modo illius faciem variare.

Auguſtinus Barbadicus ſuccedit.

Auguſtinus Barbadicus, defuncti Principis frater, vir & vitæ innocentia & gravitate ſenatoria inſignis, ac tum Divi Marci Procurator, fratri ſucceſſor eſt datus. Fuit ea declaratio eo civitati gratior, quo facilius eſt omnibus perſuaſum, qui defuncto ſimilior futurus eſſet, potuiſſe creari neminem. Quod & ipſe ita futurum poſtridie quam ad dignitatem fuerat provectus, pro concione populi manſuetiſſima oſtendit oratione. Accedebat his præſentiæ dignitas ac majeſtas quædam, quam cana barba, & ad pectus propexa adhuc venerabiliorem facit. Poſt ejus declarationem, quum omnia ocio & luxu, ut antea, florerent, fratris veſtigia ſecutus, & ipſe a ducarii inſtauratione ſuam eſt adminiſtrationem auſpicatus: quod opus a fronte, qua veſtibulum ſpectat, magnifico & ſumptuoſo appuratu magna eſt ex parte confectum. Antonius Ferreus hyeme illa, quæ ſecuta eſt, ac non multo poſt Joannes Darius, Byzantium ad Turcorum imperatorem ſunt miſſi. Antonius Lauretanus, qui legati munere apud Pontificem fungebatur, ex urbe revocatus, quia Rempublicam parum ex ſententia Patrum adminiſtraſſe credebatur, homo alioquin præſtanti ingenio & eruditione præditus, in 1487

de-

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

1487 decem annos est urbe ablegatus. Sebastianus Badovarius & Bernardus Bembus non multo post ad Pontificem oratores sunt lecti, cum quo Veneti post Lauretanum revocatum, Antonio Vinciguerra secretario rem Venetam apud illum interim jussu Patrum procurante, fœdus percusserunt. Per eos ferme dies quibus id fœdus est publicatum, imperium maris Francisco Privolo est demandatum. Is sub vernum tempus, publicis signis in æde aurea manu Principis acceptis, urbe est profectus. Præcessarant ejus digressum triremes aliquot ad maritimæ oræ presidium instructæ; nonnullæ etiam postea illum secutæ sunt. Hæc erat tum Patribus rei maritimæ cura, quum inopinatum ex Germania bellum ob finium contentionem est Venetis exortum; de cujus initio & successu quum certius nobis omnia constabunt, abunde dicemus.

FINIS.

INDEX I.
DUCUM VENETORUM,

Quorum principatus Historiæ Sabellici complectitur.

I. Paullutius Anafestus. 25.
II. Marcellus Heraclianus 27.
III. Horleus Hipatus *ibid.*
IV. Theodatus Hipatus 31.
V. Galla *ibid.*
VI. Dominicus Monegarius *ibid.*
VII. Mauritius Heraclienſis *ibid.*
VIII. Joannes Heraclienſis 33.
IX. Obelerius 34.
X. Angelus Particiatius 42.
XI. Juſtinianus Particiatius 45.
XII. Joannes Particiatius I. 52.
XIII. Petrus Tradonicus 53.
XIV. Urſus Particiatius 58.
XV. Joannes Particiatius II. 59.
XVI. Petrus Candianus I. 60.
XVII. Petrus Tribunus 61.
XVIII. Urſus Baduarius 65.
XIX. Petrus Candianus II. *ibid.*
XX. Petrus Baduarius 66.
XXI. Petrus Candianus III. 67.
XXII. Petrus Candianus IV. 68.
XXIII. Petrus Urſeolus I. 74.
XXIV. Vitalis Candianus 77.
XXV. Tribunus Memus. 78.
XXVI. Petrus Urſeolus II. 80.
XXVII. Otho Urſeolus 88.
XXVIII. Petrus Centranicus ſive Barbolanus 89.
XXIX. Dominicus Flabanicus 90.
XXX. Dominicus Contarenus I. 91.
XXXI. Dominicus Silvius 92.
XXXII. Vitalis Falerius 98.
XXXIII. Vitalis Michaelius I. 99.
XXXIV. Ordelaphus Falerius 124.
XXXV. Dominicus Michaelius. 130.
XXXVI. Petrus Polanus 143.
XXXVII. Dominicus Maurocenus 146.
XXXVIII. Vitalis Michaelius II. 148.
XXXIX. Sebaſtianus Zianus 153.
XL. Aureus Maſtropetrus 168.
XLI. Henricus Dandulus 170.
XLII. Petrus Zianus 184.
XLIII. Jacobus Theupolus 201.
XLIV. Marinus Maurocenus 212.
XLV. Raynerius Zenus 217.
XLVI. Laurentius Theupolus 231.
XLVII. Jacobus Contarenus 235.
XLVIII. Joannes Dandulus 238.
XLIX. Petrus Gradonicus 241.
L. Marinus Georgius 257.
LI. Joannes Superantius 259.
LII. Franciſcus Dandulus, 263.
LIII. Bartholomæus Gradonicus 289.
LIV. Andreas Dandulus 293.
LV. Marinus Falerius 317.
LVI. Joannes Gradonicus 322.
LVII. Joannes Delphinus 327.
LVIII. Laurentius Celſus 330.
LIX. Marcus Cornelius 340.
LX. Andreas Contarenus 345.
LXI. Michael Maurocenus 440.
LXII. Antonius Venerius *ibid.*
LXIII. Michael Stenus 44[illegible]
LXIV. Thomas Mocenicus 46[illegible]
LXV. Franciſcus Foſcarus [illegible]69.
LXVI. Paſchalis Maripetrus 714.
LXVII. Chriſtophorus Maurus 715.
LXVIII. Nicolaus Thronus 748.
LXIX. Nicolaus Marcellus 77[illegible]
LXX. Petrus Mocenicus [illegible]88.
LXXI. Andreas Vend[illegible]mus 79[illegible]
LXXII. Joannes Moceni[illegible]s 798.
LXXIII. Marcus Barbadicus 872.
LXXIV. Auguſtinus Barbadicus 877.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

INDEX II.
AUCTORUM,
Quorum teſtimonio utitur Sabellicus in hac hiſtoria.

Aleardus Veronenſis. 613.
Anaxagoras. 299.
Anaximander. 194. 300.
Andreotius (Paullus) 740.
Anonymus Venetus Chronologus. 248.
Apollodorus. 194.
Artemidorus. 194. 779.
Aſtimonus. 779.
Benintendius de Ravignanis, *Venetus Chronologus*. 25. 33. 34. 56. 58.
Blondus Flavius. 17. 36. 124. 136. 233. 265. 275. 289. 310. 317. 408. 507. 566. 574. 579. 588. 590. 591. 604. 606. 613. 619. 646. 820.
Callimachus. 53.
Careſinus (Raphael) *Venetus Chronologus*. 293. 302. 352.
Cato. 2. 3.
Chinatius (Daniel) *Tarviſinus*. 402. 419. 434. 435.
Cleobulus. 744.
Coriolanus Cepio, *vel Cippicus*. 717. 750. 752. 761. 764. 786.
Cornelius Nepos. 2.
Crates. 194.
Damaſtus. 194.
Daſiades. 779.
Ephorus. 774.
Eudoxus. 194.
Fabius Pictor. 138.
Florus (Lucius) 20.
Gothifredus Viterbienſis. 37.
Herodotus. 120.
Homerus. 2. 120.
Jacobus Genuenſis v. de *Voragine* (Jacobus)
Joſephus Flavius. 119.
Iſidorus. 715. 753. 779.
Lagiſianus (Georgius) *Veronenſis* 636.
Livius (Titus) 2.
Metodorus. 744.
Montanus (Mariottus) 507. 525. 574. 579. 642.
Obbo Ravennas. 158. 159. 162.
Paſius (Angelus) *Ariminenſis*. 574. 579. 582. 588. 590. 591. 595. 613. 613. 619. 630. 632. 648.
Paullus Diaconus. 21. 36.
Petrarcha (Franciſcus) 310. 820.
Petrus Damiani. 92.
Philiſtides. 194.
Philonides. 779.
Plato. 194. 308. 320.
Plinius junior. 54.
Plinius hiſtoricus. 3. 138. 194. 299. 781. 783. 820.
Plutarchus. 128. 184.
Polybius. 2. 820.
Poſſidonius. 299.
Priſcus. 4.
Robertus Monachus. 116.
Robertus, *Neapolitanus Rex*. 820.
Strabo. 2. 120. 194.
Tacitus (Cornelius) 120.
Timoſtenes. 779.
Trogus Pompejus. 176. 453.
De *Voragine* (Jacobus) *Genuenſis*, 134.
Xenagoras. 779.

INDEX III.
Propriorum nominum, rerumque notabilium copioſiſſimus.

A

Abramus (*Leonardus*) a Cretenſibus rebellibus occiditur. 334.
Adheletae, Othonis conjugis, varii caſus. 75.
Advocara (*Braida*) Brixiana moenia ſtrenue tuetur. 581.
Advocarus (*Achilles*) Venetis Brixiam dedit. 490.
Advocarus (*Petrus*) Venetis Brixiam dedit. 490. Paridi Ludronio reconciliatur. 566. Italum Forojulianum profligat. 596. Pro patria orator, Senatui gratulatur relatas victorias. 629. Eques creatur. 662.
Aedes ducariae: quando primum conſtructae. 42. Illarum deſcriptio. 43.
Aemilianus (*Joannes*) triremis praefectus. 364. Ab hoſte capitur. 401.
Alexandri III. cum Federico imp. ſimultas. 157. Confert ſe Venetias. 158. Supplex fit ei Federicus. 161. Ejus in Venetos liberalitas. 159. & *ſeqq.*
Aligerius (*Paullus*) Veronae praetor, a Maſtino Scaligero Eques creatus. 383.
Alphonſus, Calabriae Dux. 831. & *ſeqq.*
Amulius (*Chriſtophorus*) claſſis legatus: Hadriam occupat. 824. & Comaclum. 825.
Anafeſtus (*Paullutius*) primus Dux. 25.
Anconitanum bellum. 234. & *ſeqq.*
D. Andreae caput Romam translatum. 716.
Annonae caritas. 298.
Annulo mare Venetis deſponſatur. 160.
Antiochiae deſcriptio. 112. A chriſtianis obſidetur. 113. Capitur. 115.
D. Antonii aedes quando condita. 294.
Arbenſes ad deditionem compelluntur. 419.
Ardizonius (*Joannes*) legatus in Creta. 203. In praelio vulneratur. 204.
Arietis deſcriptio. 116.
Arimundus (*Petrus*) primus Veronae praefectus. 454.
Armenia occupatur a chriſtianis. 110.
Aſcalonis expugnatio. 123.
Ateſtini: Venetorum hoſtes. 451.
Atheſis mira Veronae inundatio. 23.
Attaliam expugnat Petrus Mocenicus. 754.
Attila. 15.
Auditores veteres: quando creati. 297.
Aurellus nummus: quando & a quo [illegible] mum cuſus. 170.
Aurigationes haſtarumque certamina. 864.
Aurius (*Jacobus*) ad Henricum Imperatorem orator. 98.
Auſtriaci negociatores in vincula conjecti. 357.

B

Baduaria gens. 42. Conſtruit templum & coenobium s. Crucis. 128.
Baduarius (*Jacobus*) ſtrenue pugnans ad Sontium, cadit. 796.
Baduarius (*Manaſſes*) ad Emanuelem imp. orator. 161.
Baduarius (*Petrus*) Dux. 66.
Baduarius (*Sebaſtianus*) ad Pannoniae regem orator. 787. Ad Galliae regem orator. 858. Ad Pontificem orator. 878.
Baduarius (*Urſus*) Dux. 65.
Baduarius (*Urſus*) claſſis in Narentanos praefectus. 67.
Baduarius (*Urſus*) multa largitur diverſorio d. Jacobi. 144.
Balaſter (*Nicolaus*) 201.
Balduinus I. Hieroſolymae rex. 125. Venetis privilegia multa largitur. 126.
Balduinus II. Hieroſolymae rex. 126. A Parthorum rege capitur. 130. Liberatur 139. Ornat Venetos multis privilegiis. *ibid.*
Balduinus: creatur Conſtantinopolis imperator. 181. Juvatur a Venetis. [illegible]
Barbadicus (*Auguſtinus*) Patavii praetor, Poleſinum inviſit. 828. Co[illegible]ni legatus. 847. 853. Dux creatur. 877.
Barbadicus (*Franciſcus*) [illegible] Florentinorum orator. 584. 590. Ad Sfortiam orator. 647. Procurator creatus. 652.
Barbadicus (*Hieronymus*) procurator. 733.
Barbadicus (*Jacobus*) in Peloponneſo legatus. 730. Moritur. *ibid.*
Barbadicus (*Joannes*) [illegible]igiis levibus a[illegible]verſus [illegible]quenſes praefici[illegible] 390.
Barbadicus (*Marcus*) Dux creatur. 872. Hominis ejus [illegible] felicitas. 875. Moritur. 876.
Barcani aedes a quo conſtructa. 24.
Barbarus (*Franciſcus*) [illegible] praefectus. 566. Illam adverſus Venetum ſtrenue tuetur.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

tur. 580. 602. & *seqq.* Ejus encomium. 639.
Barbarus (*Hermolaus*) ad Maximilianum, Romanorum regem, orator. 875.
Barbarus (*Josephus*) legatus in Peloponneso. 735. Ad Persarum regem orator. 763.
Barbarus (*Victor*) copiis terrestribus praefectus. 493.
Barbarus (*Zacharias*) legatus in Forojulio ad recognoscendum provinciae statum. 798. Brixiae praefectus. 847. Ad Xystum IIII. orator. 858.
Barbolanus (*Petrus*) Dux. 89. Agitur in exilium. 90.
Barbus (*Joannes*) trirem's praefectus. 364. 395. Classis praefectus adversus Albertum Atestinum. 451. Procurator, & ad Ladislaum regem orator. 463.
Barbus (*Pantaleo*) legatus adversus Cretenses rebelles. 343. Legatus classis quarto bello Ligustico. 361. Ejus filia juncta Riccardo Caminensi. 362. Ad Austriae ducem orator. 424. Tenedum, Reip. nomine, Allobrogo dedit. 437.
Barbus (*Petrus*) cardinalis: Venetias venit. 689.
Basilius (*Andreas*) classis praefectus adversus Istros. 236.
Basilius (*Joannes*) classis praefectus. 171.
Basilius (*Marcus*) classis praefectus adversus Genuenses. 249. Vincitur. 250.
Beatus, Dux. 35.
Belegnus (*Philippus*) ad Joannem XXII. orator. 264.
Bellinus (*Gentilis*) pictor egregius. 772.
Belli sacri origo. 99. Duces. 103. Successus varii. 103. & *seqq.*
Bellum inter Heraclienses & Jesulanos. 28. Cum Pipino. 33. Cum Othone. 79. Normannicum. 145. Byzantinum. 175. Ligusticum. 186. 219. 302. In Patavinos. 188. In Ezelinum. 208. 215. In Bononienses. 233. In Istros. 239. In Scaligeros. 265. In Lodovicum Hungariae regem. 297. In Tergestinos. 347. In Pannones. 354. In Carrarios. 449. In Philippum-Mariam, Mediolanensium ducem. 769. Persarum cum Turcis. 770. Hungarorum cum Turcis. 786.
Bembus (*Aloysius*) classis praefectus. 669. Classis legatus. 746. 782.
Bembus (*Aloysius*) classis legatus. 782. Moritur. 786.
Bembus (*Benenatus*) pugnans cadit. 309.
Bembus (*Bernardus*) apud Florentinos orator. 805. Ravennae praetor. 830. Apud Pontificem orator. 878.
Bembus (*Eustachius*) classis in Pado praefectus. 503. Hostes profligat. *ibid.*
Bembus (*Marcus*) ejus caedes. 776.
Benaci lacus descriptio. 576.
D. Benedicti aedes & coenobium. 80. 88.
Benedictus Papa: largitur templo d. Zachariae corpora Ss. Pancratii & Sabinae. 56. Quando Venetias venit. 92.
Benintendius. V. *de* Ravignanis (*Benintendius*)
Bathanius (*B.*) classis legatus. 198.
Bertoldus, Aquilejensis Patriarcha. 189.
Bibliotheca d. Marci: ubi primum sita. 43.
Bocchonus (*Marinus*) in Remp. conspirat. 251.
Boccolus (*Franciscus*) triremis praefectus. 361. Triremium septem praefectus. 401.
Boemundus Normannus: dux in bello sacro. 103. & *seqq.* Antiochiae princeps. 115. Ejus cum Raymundo simultates. 116. A captivitate vindicatus. 125.
Bolanus (*Candianus*) mittitur ad recognoscendum Forojulii statum. 798.
Boldonius (*Joannes*) primus Vallis marinae praetor. 325.
Bondumerius (*Joannes*) Chalcidis legatus. 739. Ejus caedes. 740.
Bononienses: bellum gerunt cum Venetis. 233. In libertatem se asserunt. 658.
Bonus (*Marcus*) 201.
Bragadinus (*Bernardus*) ad Leopoldum Austriacum orator. 433.
Bragadinus (*Bonus*) in Ducem conspirat. 45.
Bragadinus (*Jacobus*) legatus adversus Cretenses. 341. Illos vincit. 342.
Bragadinus (*Laurentius*) ad Mediolanensem ducem orator. 470.
Brandolinus (*Tybertus*) Venetarum copiarum ductor. 554. Strenue pugnans vulneratur. 593. 594.

C

Caeparius, *sive* Hipatus (*Julianus*) magister militum. 29.
Calendarius (*Philippus*) Architectus. 321.
Calistus, Aquilejensis antistes, Gradensium fines infestat. 28.
Caloprinorum cum Maurocenis dissidia. 78. Othonem II. in Venetos instigant. 79.
Caloprinus (*Dominicus*) Torcellanus episcopus. 59.
Calvus (*Leonardus*) Chalcidis praefectus. 739. Ejus caedes. 740.
Canalis (*Guido*) Boemundum Theupolum a conjuratione dehortatur. 256.
Canalis (*Joannes*) Mellariae praefectus. 859.
Canalis (*Nicolaus*) ad Nicolaum V. orator 687. Ad Federicum III. orator. 708. Classis imperator. 733. Oenum capit & diripit. 734. Frustra Chalcidem conatur recipere. 745. Rei male gestae damnatur. 746.
Canalis (*Petrus*) classis praefectus. 295. Jaderam oppugnat. 296. Profligato Pannonum exercitu, illam recipit. 297.
Canalis (*Philippus*) piratas insequitur. 653.
Canalis orphanus. 40.
Candianus (*Petrus* I.) Dux. 60. Pugnans cadit. 61.
Candianus (*Petrus* II.) Dux. 65.
Candianus (*Petrus* III.) Dux. 67.
Candianus (*Petrus* IIII.) a patre collega in ducatu ascisitur. 67. Ejicitur. 68. Successor patri creatur. *ibid.* Waldertam uxorem ducit. 69. A populo interficitur. 70.
Candianus (*Vitalis*) Dux. 77. Abdicat se principatu. 78.
Candianus (*Vitalis*) Gradensis patriarcha. 69. Ad Othonem II. confugit. 75. Othonem Venetis conciliat. 77.
Canis: Danduli cognomen. 263.
Canum sagacitas in Caria. 751.
Capellius (*Aloysius*) mittitur ad parandam navium materiam. 706.
Capellius (*Franciscus*) ad Mahomethum orator, Byzantii moritur. 747.
Capellius (*Victor*) triremis praefectus. 654. Sinui praefectus, piratas profligat. 679. Peloponnesum recipit. 709. Classis imperator. 716. Furnos Chalcide aedificat. 717. Iterum classis imperator. 730. Ejus mors. 732.
Caravellus (*Marinus*) Tarvisio nititur ferre suppetias. 420. Primus Patavii praetor. 457.
Carcerius (*Rabanus*) ad Bonifacium Thessaliae regem orator. 182. Euboeam occupat. 186. Venetis illam subjicit. 189.
Caritatis publicae templum quando conditum. 140.
Carolus, Lodovici filius, Tarvisium obsidet. 388.
Carossiana conjuratio. 52.
Catharina, Galeacii uxor. 448.
Celsus (*Laurentius*) ad Carolum Caesarem orator. 330. Dux creatur. *ibid.* Moritur. 340.
Centranicus, *sive* Barbolanus (*Petrus*) Dux. 89.
Chalcidis obsidio. 736.
Christophorus, Gradensis patriarcha, comitia cogit, creando primo Duci. 25.
Cianus: v. Zianus.
Civranus (*Joannes*) rei malae gestae damnatur. 377.
D. Clementis aedes quando extructa. 144.
Clodia Metamauci ruinis ornatur. 128. A Genuensibus oppugnatur. 376. Ejus situs. 379. Expugnatur. 381. Obsidetur a Venetis. 396. Recipitur. 412.
Coccus (*Jacobus*) triremis praefectus. 702.
Coccus (*Nicolaus*) ad Turcarum regem orator. 747.
Columbae tabellarii munere fungentes. 137.
Columna (*Joannes*) cardinalis, ad Pannoniae regem legatus. 190. In Syriam transit. 191.
Columnae duae ingentes in foro erectae. 153.
Concanus (*Marcus*) Bebianam turrim propugnat. 189.
Condulmerius (*Antonius*) triremis praefectus. 655.
Condulmerius (*Gabriel*) Pontifex creatus, Eugenium IIII. se dicit. 526.
Condulmerius (*Joannes*) institutor Canonicorum S. Georgii in alga. 46.
Condulmerius (*Joannes*) cardinalis, Eugenii nepos. 654.
Conjugalis fidei exemplum. 270. 760.
Constantiacum: quando conditum. 25.
Consules: qui primi Venetiis fuerint, & unde. 19.
Contarenus (*Albertus*) ad Leopoldum Austriacum orator. 433.
Contarenus (*Andreas*) Procurator, ad Pannoniae regem orator. 328. Dux creatur invitus. 344. Classi adversus Genuenses praeficitur. 390. Clodiam obsidet. 396. Moritur. 440.
Contarenus (*Andreas*) ad Mediolanensium ducem orator. 470.
Contarenus (*Andreas*) Foscarum Principem vulnerat. 522. Supplicio afficitur. 523.
Contarenus (*Andreas*) triremis praefectus. 706.
Contarenus (*Antonius*) ad Jaderam recipiendam legatus mittitur. 462.
Contarenus (*Dominicus* I.) Dux. 91.
Contarenus (*Federicus*) copiarum Venetarum legatus. 557. Liniacum propugnat. 595.
Contarenus (*Franciscus*) Arbensium praetor. 370.
Contarenus (*Franciscus*) legatus, strenue pugnans cadit. 791. 792.
Contarenus (*Henricus*) Olivolensis Episcopus. 92. Venetae classis ductor in bello sacro. 112.
Contarenus (*Hieronymus*) 593.
Contarenus (*Jacobus*) Dux creatur. 235. Moritur. 238.
Contarenus (*Leo*) filiam Jacobo Foscareno, Francisci Ducis filio, despondet. 640.
Contarenus (*Marinus*) classis praefectus, adversus Gonzagam strenue pugnat. 593. Pugnans cadit. 594.
Contarenus (*Marinus*) triremis praefectus. 706.
Contarenus (*Nicolaus*) Clodiae legatus. 381.
Contarenus (*Nicolaus*) triremis praefectus. 655. 706.
Contarenus (*Stephanus*) procurator, strenue pugnans moritur. 309.
Contarenus (*Stephanus*) classis praefectus adver-

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

adversus Gonzagam. 587. 591. Classis in Benaco praefectus. 608. Classem construit. 609. Hostes profligat. 628. Ejus gesta post victoriam. 630. 637.
Contarenus (*Zacharias*) ad Carolum Pannonem orator. 388. Ad Allobrogum ducem orator. 431.
Contarenus (*Zacharias*) Cuniani praetor. 327.
Corberius (*Catharinus*) triremis praefectus, pugnans cadit. 420.
Corcyram mittuntur coloni. 189.
DD. Cornelii & Cypriani aedes Metamaucensis. 128.
Cornelius (*Andreas*) ad pontificem orator. 294.
Cornelius (*Andreas*) a Cretensibus rebellibus caesus. 334.
Cornelius (*Andreas*) Catharinae reginae patruus. 772. A conjuratis occiditur. 776.
Cornelius (*Antonius*) ad Pannonem orator. 465.
Cornelius (*Bernardus*) aream *d.* Matthei aedi largitur. 148.
Cornelius (*Federicus*) quatuor longarum navium in Genuensi bello praefectus. 397. Ad Albertum Atestinum orator. 425.
Cornelius (*Federicus*) in Severinatis castris legatus. 835. Ad Xystum IIII. orator. 858.
Cornelius (*Franciscus*) legatus ad recipiendam Jaderam mittitur. 462.
Cornelius (*Georgius*) copiis terrestribus praeficitur. 539. Bene rem gerit. 541. Pugnans ab hoste capitur. 542. Mediolani moritur. 543.
Cornelius (*Joannes*) ad Gregorium Pontificem orator. 207.
Cornelius (*Marcus*) classis legatus. 310. Proprinceps. 322. Ad Pannonem orator. 326. Ad Carolum imp. orator. 330. Dux creatur. 340. Moritur. 345.
Cornelius (*Paullus*) ad Mediolanensem orator. 471.
Cornelius (*Petrus*) classis legatus. 352. Ad Austriacum orator. 358. Tenedi legatus. 360.
Cornicula (*Felix*) magister militum. 29.
Corynthus a Venetis oppugnatur. 719.
Cremona pene capitur. 535.
Creta Veneto subjicitur. 182. Describitur. 193. Saepius rebellat. 195. 200. 202. 262. 291. 331. 340.
Crucigerorum aedes: quando condita. 148.
Crucis templum & coenobium: quando conditum. 128.
D. Cypriani aedes Muriani: quando condita. 128.
Cypri rex moriens Petro Mocenico prolem & conjugem commendat. 767. Cypri motus. 775. & *seqq.* Descriptio. 779.

D

Dandulus (*Andreas*) Euboeae praetor. 235. Classis praefectus, in Ligures pugnans vincitur. 248. Moritur. 249.
Dandulus (*Andreas*) Dux creatur. 293. Ejus doctrinae monumenta. 293. 298. Moritur. 316.
Dandulus (*Andreas*) copiarum terrestrium legatus. 354.
Dandulus (*Andreas*) ad Babylonium regem orator. 352.
Dandulus (*Carolus*) a Ligure ad Corcyram nigram vincitur. 248.
Dandulus (*Dominicus*) ad Henricum imp. orator. 98.
Dandulus (*Franciscus* cognomento *Canis*) Clementem V. Venetis placatum reddit. 259. Dux creatur. 263. *Medianinum* cudit. 265. Moritur. 289.
Dandulus (*Gerardus*) cohortis militum ductor, strenue pugnat. 585. Placentiae praefectus ab hoste capitur. 668. Copiarum terrestrium legatus. 672. Strenue pugnans capitur. 673.
Dandulus (*Gilbertus*) praefectus classis. 226.
Dandulus (*Henricus*) ab Emanuele imp. excaecatur. 155. Dux creatur. 170. Classis imperator. 173. Istoriam & Delmatiam recipit. 174. Expeditionem Byzantinam suscipit. 175. Insulis Aegei maris potitur. 182. Moritur. 183.
Dandulus (*Jacobus*) classis praefectus. 228. Ligures ad Drepanum profligat. 229.
Dandulus (*Jacobus*) Thessalonicae praefectus, a Turcis capitur. 527.
Dandulus (*Joannes*) Dux creatur. 238. Moritur. 241.
Dandulus (*Joannes*) ad Cretam componendam mittitur. 345.
Dandulus (*Joannes*) triremis praefectus. 706.
Dandulus (*Laurentius*) in Cretenses rebelles mittitur. 341.
Dandulus (*Leonardus*) dux Cretae. 331. Copiarum in Pannonem legatus. 354. Ad Austriacum orator. 358.
Dandulus (*Leonardus*) Tarvisii praefectus. 425.
Dandulus (*Marcus*) Callipoli potitur. 186.
Dandulus (*Marcus*) copiis terrestribus praeficitur. 539.
Dandulus (*Nicolaus*) a Cretensibus rebellibus caesus. 340.
Dandulus (*Petrus*) ad Belam orator. 211.
Dandulus (*Raynerius*) classis praefectus. 175. 185. Dictum ejus generosum in Senatu. 195. Classis adversus Cretenses praefectus. *ibid.* Creta recepta, moritur. 196.
Dandulus (*Saracenus*) Suppetias ferre Tarvisio nititur. 420.
Dandulus (*Simon*) classis legatus. 295.
Darius (*Joannes*) scriba: pacem firmat cum Turcarum rege, Reip. nomine. 802. Orator iterum ad Turcarum regem. 877.
Decemviri: quando primum creati. 153.
Delmatia in fidem recipitur. 82.
Delphinus (*Dominicus*) dux Cretae. 201.
Delphinus (*Dominicus*) triremis praefectus. 860.
Delphinus (*Franciscus*) Mestram tuetur. 368. Asulae praetor. 427.
Delphinus (*Jacobus*) Ad Leopoldum Austriacum orator. 433. Classis praefectus. 441.
Delphinus (*Joannes*) ad Constantinopolis Imp. orator. 306. Classis legatus. 310. Copiarum ductor. 327. Dux creatur. *ibid.* Moritur. 330.
Delphinus (*Joannes*) strenue pugnans cadit. 869.
Delphinus (*Michael*) classis praefectus. 352. 353.
Delphinus (*Michael*) triremis praefectus. 418.
Diedus (*Antonius*) sinus praefectus, Antibarim capit. 642. ad Bistonium, amissa classe, capitur. 653.
Diedus (*Franciscus*) ad Pannonem orator. 787. Ad Xystum pontificem orator. 832. 841. Veronae praetor. 855.
D. Dominici templum cum coenobio: quando conditum. 259.
Dominicus, Olivolensis episcopus. 67. 92.
D. Donati corpus: quando Venetias translatum. 141.
Donatus (*Andreas*) Thessalonicae praefectus. 527.
Donatus (*Andreas*) Cretae Dux: a Decemviris damnatur. 664. Ejus opera Venetis Crema deditur. 680.
Donatus (*Antonius*) copiarum legatus. 807.
Donatus (*Christophorus*) Brixiae praetor. 580.
Donatus (*Hermolaus*) ejus caedes. 664. 688.
Donatus (*Hieronymus*) ad Lusitaniae regem orator. 875.
Donatus (*Jacobus*) ad Florentinos orator. 590. Patavii praetor. 593. Rei male gestae accusatur. 595.
Donatus (*Zacharias*) rerum a Lauretano gestarum nuncius Venetias venit. 684.
Dorsum durum: quando coeptum habitari. 59.
Ducalium aedium descriptio. 43.
Duces Veneti: quando Delmatiae Croatiaeque titulos usurpare coeperint. 86. Quando desierint. 329.
Ducis Veneti primi creatio. 25. Ejusdem creandi novus modus. 212.
Duodus (*Petrus*) classis in Benaco praefectus. 851.
Duodus (*Thomas*) triremis praefectus. 860.

E

Elias: primus Gradensis patriarcha. 23.
Emanuel, Byzantinus Imp. Venetos movet in Normannos. 144. Ejus in Venetos perfidia. 149. Venetos oratores violat. 154. Ejus genus, & ad imperium evectio. 155. Caussae ejus odii in Venetos. 156.
Episcopatus Olivolensis institutio. 34.
Equilinus Episcopus: ad Emanuelem imp. orator. 151.
Equilium: idem, ac *Jesulum*. 25.

F

Fabriciatius (*Cianus*, seu *Joannes*) magister militum. 29.
Falerius (*Angelus*) Procurator, auream d. Marci tabulam gemmis ornat. 190.
Falerius (*Marinus*) ad pontificem orator. 294. Classis legatus. 310. Dux creatur. 317. In patriam conjurat. 319.
Falerius (*Michael*) ad Pannonem orator. 328.
Falerius (*Nicolaus*) frumentatum in Siciliam cum classe mittitur. 263. Copiarum ductor. 291.
Falerius (*Ordelaphus*) Dux creatur. 124. Delmatia subacta, primus ducem Delmatiae Croatiaeque se nuncupat. 129. Fortiter pugnans cadit. 130.
Falerius (*Thomas*) classis praefectus. 171.
Falerius (*Vitalis*) Dux creatur. 98. Delmatiae Croatiaeque Ducem se primus nominat. *ibid.* Lauretum occupat. 144.
Falerius (*Vitalis*) ad Henricum IIII. imp. orator. 127. Ad Calomanum Pannonem orator. 130.
Faseolus (*Matthaeus*) 391.
Federicus I. Alexandro pontifici inimicus. 157. Venetiis illi conciliatur. 161.
Federicus III. cum Eleonora conjuge a pontifice coronantur. 687. Venetiis honorificentissime excipiuntur. 689.
Ferreus (*Antonius*) ad Turcarum regem orator. 877.
Flabanicus (*Dominicus*) conjurat in Ursolum Ducem. 89. Dux eligitur. 90. Suncit, ne quem Dux liceat collegam ascisc[illegible]. 91.
Fontana [*Petrus*] terrestrium copiarum legatus. 354. Pannones vincit. 355.
Fontana [*Philippus*] Ravennas antistes: movet Venetos adversus Ecelinum. 224.
Fortunatus, Aquilejensis patriarcha: Gradensem ecclesiam dilapidat. 24.
Fortunatus, Gradensis patriarcha: in Mauri-

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

ritium Ducem conjurat. 32. Carolum imp. in Venetos inſtigat. *ibid.*
Foſcarenus [*Aloyſius*] ad Mediolanenſem ducem orator. 661.
Foſcarenus [*Joannes*] ad res Cretenſium componendas mittitur. 345.
Foſcarenus [*Margaritus*] 202.
Foſcarenus [*Nicolaus*] ad Lotharingum ducem orator. 844. Ad Maximilianum orator. 858.
Foſcarenus [*Stephanus*] Corcyram colonus mittitur. 189.
Foſcarus (*Franciſcus*) ad Pannonem orator. 465. Dux creatur. 468. Bellum ſuadet adverſus Mediolanenſem Ducem. 483. Ab Andrea Contareno vulneratur. 522. Mors ejus & funera. 714.
Foſcarus (*Jacobus*) Franciſci Ducis filius: ejus nuptiae. 640. Ejus varii caſus. 663.
Foſcolus (*Franciſcus*) triremis praefectus. 364.

G

Galla, Dux. 32.
Garzonius (*Aloyſius*) triremis praefectus. 860.
Gatiloſus (*Petrus*) s. Clementis aedem condit. 144.
Geminae inſulae: quaenam dicantur. 44.
D. Geminiani templum: a quo & quando conditum. 22.
Georgius (*Dominicus*) in Forojulium miſſus ad recognoſcendum provinciae ſtatum, moritur. 798.
Georgius (*Fantinus*) Tenedenſes domat. 439.
Georgius (*Joannes*) ad Cyprum tuendum mittitur. 790.
Georgius (*Marinus*) Dux creatur. 257. Ejus legationes piae & obitus. 259.
Genuenſes: Venetorum hoſtes. 186. Vincuntur, 227. 250. 313. 362. 409. 445. Vincunt. 248. 308 374. Clodiam oppugnant. 375. Et expugnant. 381. Clodiam Venetis dedunt. 410. Ipſorum captivi a Venetis matronis viatico juvantur. 434. Libertatem abjiciunt. 313. 314.
Giſius (*Zacharias*) pugnans in Genuenſes, cadit. 362.
Glacies mira in Venetis aeſtuariis. 527.
Glaſii (*Andreas* & *Henricus*) multis in Aegeo inſulis potiuntur. 186.
Gradenſis eccleſia: unde originem duxerit. 23. Quando inſtituta Venetiae & Iſtriae metropolis. 23. 69.
Gradonici: d. Cypriani aedem Muriani conſtruunt. 128.
Gradonicus (*Angelus*) Cretae dux. 204.
Gradonicus (*Bartholomaeus*) Cretae dux. 203.
Gradonicus (*Bartholomaeus*) Dux creatur. 289. Moritur. 291.
Gradonicus (*Joannes*) Petri Candiani IIII. corpus ſepeliendum curat. 70. Petri Urſeoli fugae comes. 79.
Gradonicus (*Joannes*) Dux creatur. 322. Moritur. 327.
Gradonicus (*Joannes*) ad Pannonem orator. 329. Item ad Carolum imp. 330.
Gradonicus (*Joannes*) Tenedi legatus. 360. Ad Pannonem orator. 388. Ad Allobrogem orator. 431.
Gradonicus (*Marcus*) Byzantii praetor. 224. Claſſis praefectus. 228. Genuenſes ad Drepanum profligat. 229. Iterum in Cyprio mari. 230. Bononienſes vincit. 234.
Gradonicus (*Marcus*) dux a Cretenſibus rebellibus creatur. 331. & occiditur. 335.
Gradonicus (*Marcus*) Cretae dux. 334.
Gradonicus (*Marinus*) 147.
Gradonicus (N.....) Andreae Contareni Ducis gener, pugnans moritur. 392.
Gradonicus (*Nicolaus*) Ad Pannonem orator. 301.
Gradonicus (*Petrus*) Dux creatur. 241. D. Catharinae feſtum diem inſtituit. 245. Moritur. 257.
Gradum: cur dictum *nova Aquileja*. 23.
Gregorii aedes: a fundamentis inſtauratur. 714.
Grimanus (*Marcus*) amiſſa claſſe, in Carrarienſium poteſtatem venit. 451.
Grimanus (*Marinus*) claſſis legatus. 310. Ad Pannonem orator. 326.
Grimanus (*Petrus*) 360.
Grio (*Zacharias*) Stamati furtum detegit. 678. Triremis praefectus. 702.
Grittus (*Baptiſta*) Byzantini imp. domui tuendae praeficitur. 700.
Grittus (*Joannes*) 200. 201.
Grittus (*Laurentius*) a rebellibus Cretenſibus occiditur. 334.
Grittus (*Triadanus*) claſſis imperator. 778. Ejus ad Scodram res geſtae. 782. *& ſeqq.*
Groſſum: a quo primo cuſum. 171.
Guiſcardi Normanni geſta in Italia. 93.
Guſſonia familia: Crucigerorum aedem condit. 148.
Guſſonius (*Marcus*) claſſis praefectus, Vatazanam claſſem fundit. 205.

H

Hemus (*Joannes*) ad Pannonem orator. 786. Forojulii ſtatum recognoſcit. 798. Padanae claſſi praeficitur. 834. Moritur. 852.
Hemus (*Petrus*) Tarviſii praetor. 357. Clodiae praetor. 381. Capitur a Ligure. *ib.* Principis conſiliarius. 410. Copiis terreſtribus praeficitur. 421. Ad Leopoldum Auſtriacum orator. 433.

Hen-

Henricus IIII. imp. Venetias venit. 99. Multa Venetis largitur. 127. Venetos cum Patavinis conciliat. *ibid.*
Heraclia; idem quod *Civitas nova*. 24. Ejus fines. 31. Excidium. 33. Inſtauratio. 42.
Heraclienſes: eorum cum Jeſulanis diſſidia. 28. 29. Metamaucum migrant. 32.
Hericius (*Paullus*) Chalcidis praetor. 739. Ejus mors. 740.
SS. Hermagorae & Fortunati corpora: quando Graduni translata. 24.
Hexarchorum Ravennatium inſtitutio. 28.
Hexarchus a Venetis adjutus, Ravennam recipit. 28.
Hieroſolymae deſcriptio. 119. Obſidio. 121. Capitur a chriſtianis. 122.
D. Hilarii aedes: ubi ſita fuerit. 44. In illam monachi d. Servuli traducuntur. *ibid.* Inde migrant in Sorboli aedem. 128.
Hipatus (*Horleus* ſive *Urſus*) Dux creatur. 27. Interficitur. 28.
Hipatus, *ſeu* Caeparius (*Julianus*) magiſter militum. 29.
Hipatus (*Theodotus*) magiſter militum. 29. Dux creatur. 31. Excaecatur & ejicitur. 32.
Hunni: unde orti. 61. Venetias aggrediuntur. 62. Vincuntur. 64.

I

D. Jacobi diverſorium & coenobium Ciſtercienſium virginum. 144.
Jaderenſes deficiunt. 91. 128. 168. 173. 174. 211. 256. 295. Tandem in Venetorum fidem, perpetuo permanſuri, veniunt. 462.
Jaderenſis eccleſia: quando declarata metropolis. 147.
Jeſulum: idem quod *Equilium* 25.
Iconium: capitur a chriſtianis. 109.
Illyrici deſcriptio. 81.
Incendia. 128. 468. 854.
Inundatio ingens. 238. 289. 290.
Joannes (*Andreolus*) Tarviſii praetor: eques a Leopoldo Auſtriaco creatus. 331.
Joannes, Bellunenſis epiſcopus. 86.
Joannes, Gradenſis archidiaconus. 58.
Joannes, Gradenſis patriarcha: a Mauritio Duce occiditur. 33.
Joannes, Mauritii filius, Dux. 32.
Joannes (*Nicolaus*) ad Babylonium regem orator. 294.
D. Joannis Baptiſtae fanum in *Embragora*: quando conditum. 24. Ejuſdem reliquiae ubi conditae. 67.
Jobi aedes & coenobium: a quo conditum. 747.
Iſacus ab Alexio fratre ſpoliatur imperio. 172.
D. Iſidori corpus: quando Venetias translatum. 139.
Iſthmus: a Venetis munitur. 537.
Juſtiniana familia: pene tota exſtincta. 151.
Juſtinianus (*Bellettus*) claſſis praefectus. 252. 257.
Juſtinianus (*Bernardus*) claſſis praefectus. 322. 325.
Juſtinianus (*Bernardus*) juſſu Patrum ad Xyſtum IIII. ſcribit. 842.
Juſtinianus (*Federicus*) ſtrenue in Turcas pugnat. 745.
Juſtinianus (*Franciſcus*) ad Pannonem orator. 787.
Juſtinianus (*Joannes*) Enonam ſtrenue tuetur. 329.
Juſtinianus (*Juſtinianus*) claſſis praefectus. 260. Vincit Genuenſes ad Tauricam Cherſoneſum. 261. Dux Cretae. 262. Adverſus Iſtros copiarum ductor. 263. Patavium legatus mittitur. 285. Copiarum ductor adverſus Cretenſes. 291.
Juſtinianus (*S. Laurentius*) unus ex inſtitutoribus Canonicorum S. Georgii in alga. 464.
Juſtinianus (*Marcus*) Jaderam obſidet. 295. Pannones fundit. 296. Jaderae comes. 297. Frumentatum in Apuliam & Siciliam mittitur. 298. Ad Pannonem orator. 301. Copiarum ductor in bello Pannonico. 327. Tarviſium cum imperio mittitur. 328.
Juſtinianus (*Marcus*) ſinus praefectus. 359. Tenedum recipit in fidem. 360.
Juſtinianus (*Michelettus*) res ejus geſtae adverſus Genuenſes. 393. 395.
Juſtinianus (b. *Nicolaus*) familiae ſuae inſtaurator. 151.
Juſtinianus (*Nicolaus*) claſſis praefectus. 319. Legatus in Cretenſes. 340. Variis in locis illos vincit. 341. 343. 344.
Juſtinianus (*Pancratius*) claſſis praefectus. 302. Moritur ex vulnere. 309.
Juſtinianus (*Pantaleo*) Conſtantinopolitanus patriarcha. 225.
Juſtinianus (*Petrus*) primus Alexandriam conſul miſſus. 294.
Juſtinianus (*Petrus*) procurator, & claſſis legatus. 352.
Juſtinianus (*Stephanus*) ad Gregorium pontificem orator. 207. Ad Pannonem orator. 211.
Juſtinianus (*Thadaeus*) ad res componendas in Cretam mittitur. 343. Claſſis praefectus, Tergeſtinos in fidem recipit. 347. Copiarum legatus. 351. Pugnans in Pannones capitur. 353. Claſſis praefectus in bello Clodienſi. 375. Victori Pisano collega datur. 387. Frumentatum in Apuliam mittitur. 406. Ad Siponti[illegible] ab hoſte capitur. 407.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

Juſtinianus (*Ugolinus*) Clodiae praetor. 256.
Juſtinianus (*Urſatus*) Ad Sfortiam orator. 680. Ad Nicolaum V. orator. 706. Claſſis imperator. 725. Moritur. 727.
Juſtinianus (*Urſus*) ad Henricum IIII. orator. 127. Item ad Pannonem. 130.
Juſtinianus (*Zanachius*) a rebellibus Cretenſibus occiditur. 334.
Juſtinopolis: a Venetis deficit. 302. Ab hoſtibus expugnatur. 416. Recipitur. 418.

L

Landus (*Vitalis*) copiarum legatus. 723.
S. Laurentii aedes. 44. Et coenobium. 45.
Lauretanus (*Aloyſius*) claſſi praeficitur. 420. Ejus geſta in Iſtria & Delmatia. 422.
Lauretanus (*Aloyſius*) Procurator. 652. Claſſis adverſus Turcas praefectus. 655. Ad Nicolaum V. orator. 663. Terreſtrium copiarum legatus. 668. 674. Claſſis adverſus Alphonſum imperator. 679. Hoſtium naves in Syracuſano portu comburit. 684. Ad parandam navium materiam in continentem mittitur. 706. Iterum claſſis imperator. 718. Lemnum recipit. 725.
Lauretanus (*Antonius*) Scodrae praetor et Epiri legatus. 784. Scodram ſtrenue tuetur. 784. *& ſeqq.* Claſſis imperator. 788. Naupactum tuetur. *ibid.* Et Lemnum. 789. Prohibet Turcas ab oppugnanda Zacyntho. 803. legatus in caſtris Roberti Severinatis. 817. Ejus geſta in bello Ferrarienſi. 822. *& ſeqq.* Moritur. 829.
Lauretanus (*Antonius*) ad Galliae regem orator. 858. Ad Pontificem orator. 877.
Lauretanus (*Conſtantinus*) triremis praefectus. 860.
Lauretanus (*Franciſcus*) triremis praefectus. 654.
Lauretanus (*Georgius*) triremium praefectus in Pado. 668.
Lauretanus (*Jacobus*) triremium praefectus. 699. Ejus ad Senatum litterae. 705. Claſſis imperator. 727. Rhodienſes clade afficit. 728. Iterum claſſis imperator. 732.
Lauretanus (*Joannes*) Byzantii Cherſinam portam adverſus Turcas tuetur. 700.
Lauretanus (*Laurentius*) triremium praefectus adverſus piratas. 669. Item adverſus Turcas. 735.
Lauretanus (*Lodovicus*) claſſis legatus adverſus Genuenſes. 361. Ejus filius ſtrenue pugnans cadit. 407. Quinque triremium praefectus. 430.
Lauretanus (*Lodovicus*) terreſtrium copiarum legatus. 676.
Lauretanus (*Lodovicus*) pontificiae triremis praefectus. 769.
Lauretanus (*Marcus*) claſſis praefectus in Scaligeros. 279. Marſilio Carrario Patavii regimen tradit. 285.
Lauretanus (*Paullus*) Magnus: claſſis praefectus. 311. Copiarum ductor in bello Pannonico. 327.
Lauretanus (*Paullus*) legatus adverſus Cretenſes rebelles. 342. Ad Cretenſes res componendas mittitur. 345. Copiarum terreſtrium ductor. 346. Feliciter in Auſtriacos pugnat. 347.
Lauretanns (*Paullus*) triremis praefectus. 655.
Lauretanus (*Petrus*) Brixiae praefectus. 505. Strenue pugnat inermis. 506. Claſſis imperator, Genuenſes profligat. 530. Eugenio IIII. Urbem veterem obſidenti auxiliatur. 535. Claſſis praefectus in Gonzagam. 565. Urbanum tumultum auctoritate ſua ſedat. 573. Ejus elogium. *ibid.* Mantuanos fines invadit. 579. Ejus mors & humile funus. 587.
Lazaretum vetus: quando conditum. 666.
Legius (*Antonius*) praetor, Scodram ſtrenue tuetur. 799.
Leo, pontifex: Venetias venit. 91.
Leo (*Andreas*) claſſis legatus. 607. Capitur. 608. Navis onerariae in piratas praefectus. 666.
Leo (*Dominicus*) primus militum magiſter. 29.
Leo (*Nicolaus*) 320.
Leo, Veneta navis: viginti Genuenſium triremes fugat. 226.
Leopoldus Auſtriacus: bellum Venetis infert. 357. Induciae cum illo & pax. 358. In Italiam deſcendit. 432. Tergeſtinos recipit. 439. Carrariis Tarviſium cedit. 440.
Lex de ſicariis. 440.
Lombardus (*Lodovicus*) decem triremibus praefectus. 765.
Longus (*Jacobus*) cum navibus in Cretam mittitur. 196. Tres naves Genuenſium opprimit. *ibid.*
Ludicrum bellum, cruenti belli origo. 188.
Ludi in Carniſprivio. 45. 149.
Ludi Mariani. 21. 96.
Luſitanorum in Venetos hoſpitalitas. 869.

M

D. Magnus, Opiterginus Epiſcopus, Jeſulanam eccleſiam inſtituit. 24.
Marcellus, Heraclienſis, Dux. 27.
Marcellus (*Antonius*) 576.
Marcellus (*Bartholomaeus*) ad Turcarum regem orator. 704. 708.
Marcellus (*Franciſcus*) Veronae praefectus. 855.
Marcellus (*Hieronymus*) copiarum legatus. 807.
Marcellus (*Jacobus*) claſſis legatus. 780.
Marcellus (*Jacobus*) claſſis imperator. 849. In Gallipolis oppugnatione pugnans cadit. 860.
Marcellus (*Jacobus-Antonius*) copiarum terreſtrium ductor, Ravennam recipit. 638. Eques creatur. 662. Laudem & Placentiam praeſidio firmat. 667. Venetias revocatur. 668. Veronae praefectus. 675. Terreſtribus copiis praeficitur. 676. Tergeſtum oppugnat. 723.
Marcellus (*Nicolaus*) Dux creatur. 773. Moritur. 788.
Marcellus (*Petrus*) copiarum legatus. 828. Claſſis Benacenſis praefectus. 851.
Marcellus nummus: quando cuſus. 774.
D. Marci corpus: Venetias transfertur. 46. Ejus inventio. 99. Aedes conditur. 52. Ejus incendium. 70. Reparatio & ornatus. 74. Deſcriptio. 163.
Mare: Veneti dominii in ipſum auſpicia. 21. Ejus deſponſatio. 160.
D. Mariae Hieroſolymitanae aedes: quando condita. 190.
D. Mariae Jubanicae templi incendium. 71.
D. Mariae-Magdalenae feſtum; quando celebrari coeptum Venetiis. 323.
Marinus (*Marinus*) 203.
Marinus (*Rubrius*) Veronae primus praetor. 154.
Maripetrus (*Darius*) claſſis in Atheſi praefectus. 594.
Maripetrus (*Dominicus*) navis praefectus. 861. Claſſi praeficitur. *ibid.*
Maripetrus (*Marinus*) claſſis legatus. 746.
Maripetrus (*Nicolaus*) ad Mediolanenſem ducem orator. 470.
Maripetrus (*Paſchalis*) copiarum terreſtrium legatus. 630. Procurator, ad Nicolaum V. orator. 663. Terreſtrium copiarum legatus. 674. 676. 699. Ad Sforciam orator 675. 680. 687. Pacem cum Alphonſo firmat. 686. Dux creatur. 714. Moritur 715.
Maripetrus (*Peratius*) triremis praefectus. 418.
Maripetrus (*Stephanus*) claſſis legatus. 749. Ejus virtus in Attaliae expugnatione. 754. Claſſi praeficitur. 788.
Maritimae Venetorum negotiationis deſcriptio. 868.
Marmanus (*Demetrius*) 34.
Martinengius (*Antonius*) 576. Eques creatur. 662.
Martinengius (*Leonardus*) 566. 576. Ab Arcuano regulo in vincula conjicitur. 578.
Marturius (*Petrus*) Olivolenſis epiſcopus. 69.
Marulla, virgo: ſtrenue Lemnum defendit. 780. 790.
Maſſonius (*Dominicus*) 58.
Maſtropetrus (*Aurius*) ad Emanuelem imp. orator. 159. Principatum reſpuit. 153. Dux creatur. 168. Moritur. 170.
S. Matthaei aedes. 148.
Mauritius I. dux. 32. Joannem filium primus in collegam aſſumit. 33. Ejus diſſidia cum Gradenſi patriarcha. *ibid.*
Mauritius II. Dux. 33. Joannem, Gradenſem patriarcham interficit. *ibid.*
Maurocena (*Agnes*) coenobii d. Zachariae antiſtita. 56.
Maurocena (*Thomaſina*) Pannonum regi nubit. 245.
Maurocenus (*Andreas*) copiarum ductor in Cretenſes. 291. Claſſis legatus. 295. Ad Pannonem orator. 301.
Maurocenus (*Andreatius*) Patavium legatus mittitur. 285. Eques creatur. 288.
Maurocenus (*Dominicus*) a Caloprinis trucidatur. 78.
Maurocenus (*Dominicus*) Dux creatur. 146. Ejus filius Iſtros domat. 147. Moritur. 148.
Maurocenus (*Jacobus*) onerariae navis in piratas praefectus. 666.
Maurocenus (*Joannes*) Petri Urſeoli in fuga comes. 77. A Memo Duce accipit templum & inſulam s. Georgii. 80.
Maurocenus (*Marcus*) ſinus praefectus. 303. In Genuenſes fortiter pugnat. 304.
Maurocenus (*Marcus*) copiarum legatus in Cretenſes. 342.
Maurocenus (*Marcus*) ad Carolum Zenum revocandum mittitur. 395.
Maurocenus (*Marcus-Antonius*) copiarum legatus. 844. 850. 853. 855.
Maurocenus (*Marianus*) ad Gregorium pont. orator. 207.
Maurocenus (*Marinus*) ſcriba, ad Pannonem orator. 130.
Maurocenus (*Marinus*) Dux creatur. 212. Moritur. 217.
Maurocenus (*Marinus*) Patavii praetor. 328.
Maurocenus (*Marinus*) ad Joannem XXII. orator. 264.
Maurocenus (*Michael*) Jaderae comes. 256.
Maurocenus (*Michael*) ad Allobrogem orator. 431. Dux eligitur. 440. Moritur. *ibid.*
Maurocenus (*Nicolaus*) ad Pannonem orator. 558.
Maurocenus (*Petrus*) ad Cretae res componendas mittitur. 345.
Maurocenus (*Rainerius*) in Iſtriam mittitur cum imperio. 230.
Maurocenus (*Rogerius*) claſſis praefectus. 246.
Maurocenus (*Silveſter*) claſſis praefectus. 338.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

Maurocenus (*Stephanus*) ad Henricum IIII. orator. 127.
Maurocenus (*Thomas*) Conſtantinopolitanus patriarcha. 181. Coronat Balduinum Graeciae imperatorem. 182.
Maurocenus (*Zeno*) naufragium facit. 663.
Maurorum in Italiam expeditio. 54.
Maurus (*Chriſtophorus*) Advocator populi, ad Nicolaum V. orator creatus. 663. Ad eumdem orator mittitur. 706. Dux creatur. 715. Anconem uſque obviam procedit Pio II. 729. Moritur. 747.
Maurus (*Damianus*) claſſi in Pado praeficitur. 817. 824. Ferrarienſes vincit. 825.
Maurus (*Jacobus*) claſſis praefectus. 354. 355.
Maurus (*Joannes*) 307.
Maurus (*Laurentius*) triremis praefectus. 655.
Medianinus nummus: quando cuſus. 265.
Medices (*Coſmus*) 558.
Medius (*Jacobus*) Lunati praefectus. 850. Copiarum legatus moritur. 852.
Meliſſini: rebellium Duces in Creta. 201.
Meliſſinus (*Michael*) defectionis auctor in Creta. 201. Venetis conciliatur. 203.
Meliſſinus (*Theodorus*) 200. 201.
Memus (*Joannes*) 307.
Memus (*Joannes*) Tenedo praeficitur. 439.
Memus (*Marinus*) ad Auſtriacum orator. 433.
Memus (*Tribunus*) Dux. 78. Monaſticum inſtitutum amplectitur. 80.
Meſſeteria, magiſtratus: quando inſtitutus. 465.
Metamaucum: ejus epiſcopatus quando inſtitutus. 24. Ejus deſcriptio. 38. Excidium. 52. Incendium & inundatio. 128. Quando illuc primus praetor miſſus. 289.
D. Michaelis aedes ad Brundulum. 34.
Michaelius (*Andreas*) ad Henricum imp. orator. 98.
Michaelius (*Bonfilius*) canonicorum s. Salvatoris inſtitutor. 143.
Michaelius (*Dominicus*) Dux creatur. 130. Ejus res geſtae in Siria. 134. Memorabile ejus fidei exemplum. 136. Moritur. 141.
Michaelius (*Dominicus*) ſinus praefectus. 331. Claſſis imperator. 333. Cretam urbem recipit. 339. Copiarum ductor in Tergeſtinos. 346. Et in Carrarium. 351.
Michaelius (*Fantinus*) ad recipiendam Jaderam mittitur. 462. Ad Ferrarienſem orator. 541.
Michaelius (*Franciſcus*) legatus in Florentinorum caſtris. 805.
Michaelius (*Joannes*) Byzantii praetor, Vatazum navali praelio vincit. 206.
Michaelius (*Joannes*) Jaderae comes. 211.
Michaelius (*Joannes*) triremis praefectus, pugnans cadit. 869.
Michaelius (*Marcus*) claſſis praefectus. 220. Boemundum Theupolum a conjuratione dehortatur. 256.
Michaelius (*Petrus*) Corcyram colonus mittitur. 189.
Michaelius (*Simonettus*) claſſis praefectus. 423. 429.
Michaelius (*Vitalis I.*) Dux creatur. 99. Ejus filius claſſis imp. in bello ſacro. 112. Moritur. 124.
Michaelius (*Vitalis II.*) Dux creatur. 148. Claſſis ductor in Emanuelem imp. 150. Moritur. 152.
Michaelius (*Vitalis*) Jaderae comes. 259.
Milenius (*Conradus*) 202.
Minius (*Bartholomaeus*) quatuor triremium onerariarum praefectus. 868.
Minius (*Laurentius*) Anconitanis praeſidio miſſus. 666.
Minottus (*Paſchalinus*) victor in Veneto haſtiludio. 340.
Mocenicus (*Andreas*) ad Vicecomitem orator. 470. Claſſis praefectus, Chium oppugnat. 537.
Mocenicus (*Andreas*) Liniacum propugnat. 595.
Mocenicus (*Franciſcus*) triremis praefectus. 364.
Mocenicus (*Joannes*) Clodiae legatus. 381.
Mocenicus (*Joannes*) Dux creatur. 798. Moritur. 872.
Mocenicus (*Leonardus*) Jaderam recipit. 462.
Mocenicus (*Petrus*) legatus in Cretenſes. 341. Dux Cretae. 343.
Mocenicus (*Petrus*) Claſſis imperator. 745. 746. Ejus geſta in Aegeo & Aſia. 748. & *ſeqq.* 759. & *ſeqq.* Et in Cypro. 767. 772. 775. & *ſeqq.* Cypro praeficitur. 780. Ejus ad Scodram geſta. 782. & *ſeqq.* Dux creatur. 788. Moritur. 790.
Mocenicus (*Thomas*) Procurator, ad Pannonem orator. 463. 465. Dux creatur. 465. Refert ad Senatum de ducario inſtaurando. 468. Moritur. *ibid.*
Molinus (*Creſſius*) legatus, Cretenſes opprimit. 344. Claſſis praefectus. 348.
Molinus (*Dominicus*) legatus in Cretenſes. 341.
Molinus (*Georgius*) Coronenſis epiſcopus. 336.
Molinus (*Hieronymus*) Chalcidis dux. 737.
Molinus (*Lodovicus*) claſſis praefectus, Mantuanos vincit. 593 & *ſeqq.*
Molinus (*Marcus*) in Creta, legatus. 203.
Molinus (*Marinus*) triremis praefectus. 655.
Molinus (*Nicolaus*) Byzantinae portae tuendae praeficitur. 700. Strenue ad Chalcidem pugnat. 745.
Molinus (*Paullus*) ad Gregorium pont. orator. 207.

Monegarius (*Dominicus*) Dux. 32.
Monetarii conſpiratio. 45.
D. Moſis aedes. 34.

N

Narſes. a Venetis adjutus Gothos profligat. 22. Theodori et Geminiani aedes conſtruit Venetiis. *ibid.* Langobardos in Italiam vocat. 23.
Navale Venetum: quando auctum. 261.
Navigajoſus (*Leonardus*) cum navibus Cretam mittitur. 196
Nicea: a ducibus chriſtianis obſidetur. 106. Occupatur. 107.
S. Nicolai corpus: quando Smyrna Venetias translatum. 113.
S. Nicomedis corpus: ubi conditum. 66.
Niger (*Aegidius*) ob rem bene geſtam muneribus ornatur. 447.
Norma norum origo & geſta. 92. A Venetis vincuntur. 95.
Nummus aureus: quando primum Venetiis percuſſus. 238.

O

Obelerius: in Mauritium Ducem conjurat. 34. Dux creatus, Beatum fratrem collegam adoptat. 35. Ejus mors. 52.

P

D. Pancratii corpus: ubi conditum. 36.
Paradiſus (*Andreas*) Caſtelli franci praetor. 424.
Particiatius (*Angelus I.*) Dux. 42. Quos collegas aſciverit. 44. Moritur. 45.
Particiatius (*Angelus II.*) ab Angelo avo adoptatur collega. 44.
Particiatius (*Baduarius*) ad Joannem pontificem orator. 59. Ejus mors. 60.
Particiatius (*Joannes I.*) a patre Angelo adoptatur collega, et mox abdicatur. 44. Fratri Joanni ſuccedit. 52. Moritur. 53.
Particiatius (*Joannes II.*) in Saracenos ſtrenue pugnat. 58. Urſo patri ſuccedit. 59. Abdicat ſe. 60. Principatum recipit. 61.
Particiatius (*Juſtinianus*) ab Angelo patre optatur collega. 44. Patri ſuccedit. 41. Mors ejus & teſtamentum. 51.
Particiatius (*Urſus*) D. Laurentii coenobium condit. 45. Dux creatur. 52.
Paſchalici (*Marinus* & *Laurentius*) a Cretenſibus caeſi. 334.
Paſchalicus (*Joannes. Franciſcus*) ad Genuenſes orator. 844.
D. Paulli aedes: quando condita. 53.
D. Paulli feſto die terraemotus ingens. 298.
Paullus, Altinas epiſcopus: Torcellum ſe-dem transfert. 24.
Paullus, Aquilejenſis antiſtes: Gradum ſedem transfert. 23.
Pecunia: mutui nomine quando primum a privatis in publicum collata. 156.
Peloponneſi deſcriptio. 715.
Pepo, Aquilejenſis patriarcha, Venetis infeſtus. 89. 91.
Peregrinus, Aquilejenſis patriarcha. 172.
Petrarcha (*Franciſcus*) Joannis Vicecomitis ad Venetos orator. 317.
D. Petri aedes. 58.
Petrus, Equilinus epiſcopus. 58.
Petrus, Gradenſis epiſcopus. 59.
Piceamani fratres: animo praeſtantes. 739.
Pipinus rex: bellum Venetis infert. 33.
Piſani cum Venetis ad Rhodon confligunt. 113. Venetis conciliantur. 144.
Piſanus (*Bertucius*) Victoris frater, pugnans cadit. 394.
Piſanus (*Hircus*) Meſtrae obſeſſae opitulatur. 368. Copiarum ductor in bello Clodienſi. 381. Pugnans cadit. 396.
Piſanus (*Joannes*) ad Sfortiam orator. 584.
Piſanus (*Lucas*) claſſis in Pado legatus. 834. Brixiae praefectus. 857.
Piſanus (*Nicolaus*) claſſis praefectus. 303. Genuenſes in Caryſtio portu profligat. *ibid.* Imperator claſſis. 306. A Genuenſibus circa Boſphorum victus. 308. Naves aliquot Genuenſium opprimit. 310. 311. Genuenſes ad Sardiniam vincit. 312. Iterum claſſis imperator. 315. Victus ad Sapientiam, in hoſtium poteſtatem venit. 317.
Piſanus (*Paullus*) ad Auſtriacum orator. 858.
Piſanus (*Victor*) ſinus praefectus. 330. Claſſis imperator, Genuenſes ad Antium vincit. 361. Catarum expugnat. 365. & Sebenicum. 368. A Genuenſibus ad Polam vincitur. 373. Carceri addicitur. 374. Liberatur. 384. Iterum claſſi praeficitur. 385. Maris imperium ei decernitur. 416. Juſtinopolim recipit. 418. Ejus mors & elogium. 420.
Piſaurus (*Aloyſius*) duarum triremium praefectus. 676.
Piſaurus (*Nicolaus*) copiarum legatus. 857. 862. Ad Auſtriacum orator. 858.
Plumbei ſigilli uſus in ducalibus litteris. 159.
Polanus (*Joannes*) Petri Ducis frater. 145.
Polanus (*Petrus*) Dux creatur. 143. Moritur. 146.
Polanus (*Raynerius*) Petri Ducis filius. 145.
Pomilia inſula: ejus deſcriptio. 52.
Portius (*Stephanus*) ejus gener. 696. In pontificem conjurat. 197.
Premarinus (*Rogerius*) claſſis praefectus. 186.

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

Primicerius d. Marci: quando inſtitutus. 52. Quando inſignibus pontificiis ornatus. 217.
Primigenius, Gradenſis patriarcha: accipit ab Heraclio imp. d. Marci ſedem. 24.
Priolus (*Franciſcus*) claſſis imperator. 878.
Priolus (*Petrus*) copiarum legatus. 844.
Probinus, Gradenſis antiſtes. 23.
Procuratores d. Marci: qua olim ratione publicam pecuniam pauperibus diſtribuerent. 167. Quando ſex eſſe coeperint. 259.
Ptolemais: a chriſtianis capta. 125. A Turcis recepta. 169. A Venetis occupata. 221. A Babylonio rege everſa. 240.

Q

Quirinus (*Andreas*) piratas inſequitur. 653. Padanae claſſis praefectus. 668. Vincitur. 670.
Quirinus (*Antonius*) triremis praefectus. 735.
Quirinus (*Dominicus*) claſſis legatus in Cretenſes. 198.
Quirinus (*Franciſcus*) triremis praefectus. 735.
Quirinus (*Leonardus*) claſſis praefectus, Vatazanam claſſem opprimit. 205.
Quirinus (*Marcus*) 200.
Quirinus (*Paullus*) Cretae dux. 200.
Quirinus (*Petrus*) triremis praefectus. 364.
Quirinus (*Petrus*) Liniacum propugnat. 595.
Quirinus (*Sigibertus*) Corcyram colonus mittitur. 189.

R

de Ravignanis (*Benintendius*) ſcriba. 328. 329.
Rhodus: a Turca fruſtra oppugnatur. 810.
Rivoaltum: Veneti Ducis ſedes. 38. Quando primum ponte junctum. 154. Quando ſumptuoſius inſtauratum. 230.
Rogatorum concilium: cur ita nuncupatum. 44.
Roſolus (*Petrus*) dux expeditionis in Narentanos. 67.
Rubrius (*Marſilius*) copiarum ductor in Scaligeros. 282. Petro fratri ſe jungit. 282. Moritur. 286.
Rubrius (*Petrus*) a Scaligeris Parmae dominio ejicitur. 266. Copiarum imperator a Venetis eligitur. 270. In Lucenſi agro Scaligeros fundit. 272. A Veneto Duce recipit ſigna imperii. 274. Ad Patavium caſtris hoſtium potitur. 278. Patavio potitur. 284. Ejus mors & elogium. 286.
Rubrius (*Rolandus*) Florentinorum ductor. 284. Venetarum copiarum imperator creatur. 286.
Ruzinius (*Marcus*) claſſis praefectus, ingentem de Genuenſibus victoriam refert. 303.

S

D. Sabinae corpus: in aedem Zachariae transfertur. 37.
Sagundinus (*Nicolaus*) ejus factum inſigne. 860.
S. Salvatoris canonicorum regularium Venetiis inſtitutio. 143. Ejus templi dedicatio. 144.
Sanutus (*Franciſcus*) copiarum legatus. 835.
Sanutus (*Joannes*) in Genuenſes fortiter pugnat. 312. Decem triremium praefectus. 317.
Sanutus (*Marcus*) ad Theſſaliae regem orator. 182. Multas in Aegeo inſulas occupat. 186. In Cretam accerſitus adverſus rebelles. 196. Fit rebellium dux. 197. Victus, Creta excedit. 199. Adverſus rebelles in Cretam redit. 202.
Sanutus (*Stephanus*) Cretae rebelli praeficitur. 197. Capitur. 199.
Saracenorum origo. 46.
D. Saturnini corpus: ubi conditum. 66.
Savorgnanus (*Federicus*) Venetis Utinum dedit. 464.
Scordili: defectionis auctores in Creta. 201.
Scordilus (*Paullus*) Cretenſis defectionis auctor. 201.
Sejus (*Jacobus*) colonus Corcyram mittitur. 189.
DD. Sergii & Bacchi reliquiae Venetias translatae. 45.
Serra (*Franciſcus*) ſcriba, ad Mediolanenſem orator. 470. Reip. nomine illi bellum indicit. 486.
Sevaſtus (*N.*) rebellium princeps in Creta. 197.
Sevaſtus (*Conſtantinus*) rebellium princeps in Creta. 200.
Sevaſtus (*Nicolaus*) Venetis conciliatur. 203.
D. Severi aedes. 44.
Sigillum plumbeum, quo Veneti Duces in literis utuntur. 159.
Silvius (*Dominicus*) Dux creatur. 92. Ejus uxoris inſolens luxus. *ibid.* Ejus obitus. 98.
Sorbolus Cretenſis: triremes ex Atheſi in Benacum per montes plauſtris vehit. 587.
Stenus (*Michael*) ad Aragoniae regem orator. 305.
Stenus (*Michael*) Dux creatur. 444. Moritur. 465.
Stenus (*Joannes*) ad Boſphorum pugnans cadit. 309.
Storlatus (*Joannes*) dux Cretae. 203.
Superantius (*Antonius*) Vallegii praefectus 853.
Superantius (*Joannes*) Ejus geſta ad Tauricam Cherſoneſum. 247. Dux creatur. 259. Moritur. 262.

Superantius (*Marinus*) copiarum ductor, bene rem gerit adverſus Auſtriacum. 257.
Superantius (*Petrus*) copiarum legatus in Cretenſes. 332.
Superantius (*Superantius*) 294.
Superantius (*Victor*) claſſis legatus. 749. Ejus in Attaliae expugnatione ſtrenuitas. 754. Agit cum Caſſambeto Caramano de bello in Turcas gerendo. 764. In Cyprum mittitur. 776. 778. Terreſtrium copiarum in Cypro legatus. 780. Claſſis imperator. 812. In Neapolitanum regem jubetur ire. 817. 832. Ejus geſta in circumpadanis regionibus. 835.
Surianus (*Jacobus*) Vicetiae praeficitur. 449. In hoſtium poteſtatem venit. 452.
Sybillae carmen de Byzantino imperio. 183.

T

Tanolinus (*Joannes*) in Ducem conſpirat. 45.
Techius (*Lodovicus*) Aquilejenſis Patriarcha. 466. & *ſeqq.*
Thealdus (*Andreas*) 201.
D. Theodori aedis incendium. 71.
D. Theodori corpus: Venetias transfertur. 124.
Theupolus (*Andreas*) claſſis praefectus. 211.
Theupolus (*Boemundus*) in Remp. conſpirat. 254. & *ſeqq.*
Theupolus (*Jacobus*) Byzantii praetor. 190. Cretae dux. 196. Geſta ejus in Creta. 196. & *ſeqq.* Dux creatur. 201. Moritur. 212.
Theupolus (*Jacobus*) claſſis ad bellum ſacrum praefectus. 241. Dux creari renuit. 242.
Theupolus (*Joannes*) Apuliam multis cladibus afficit. 209.
Theupolus (*Laurentius*) claſſis imperator, Genuenſes ad Tyrum vincit. 222. Dux creatur. 231. In Bononienſes bellum gerit. 233. Moritur. 235.
Theupolus (*Petrus*) copiarum dux, captus ab hoſtibus & trucidatus. 204.
Thoniſtus (*Nicolaus*) Cretae dux. 203.
Thoniſtus (*Petrus*) 200.
Thronus (*Donatus*) Tenedi praefectus. 360. Tergeſti praetor. 416.
Thronus (*Franciſcus*) Goriciam & Folianam munit. 793. Copiarum legatus. 852. Moritur. 863.
Thronus (*Joannes*) Chalcidenſibus auxilio mittitur. 736. Strenue ad Chalcidem pugnans cadit. 745.
Thronus (*Nicolaus*) Dux creatur. 748. Moritur. 772.
Thronus (*Paullus*) copiis praeficitur. 557. Ad Sfortiam orator. 647. Procurator creatur. 652.
Thronus nummus: quando cuſus. 759.
Tradonicus (*Joannes*) a Petro patre collega optatur. 53. Ejus obitus. 57.
Tradonicus (*Petrus*) Dux creatur. 53. Ejus res geſtae. 53. & *ſeqq.* A conjuratis trucidatur. 57.
Tribuni: quando primum Venetiis creati. 20.
Tribuni annui: Monegario Duci aſſignati. 32.
Tribunus (*Petrus*) Dux creatur. 61. Moritur. 65.
Tribunus (*Petrus*) epiſcopus Olivolenſis. 66.
Triremes: per montes ex Atheſi in Benacum actae. 587.
Triviſanus (*Benedictus*) Veronae praefectus. 213. 863. Ad Turcarum regem orator. 803. Ad Ferrarienſem ducem orator. 812.
Triviſanus (*Dominicus*) ad Maximilianum, Romanorum regem, orator. 875.
Triviſanus (*Guido*) Cretae legatus. 319.
Triviſanus (*Joannes*) Genuenſes ad Drepanum vincit. 187.
Triviſanus (*Leonardus*) ſex triremium ductor. 444.
Triviſanus (*Nicolaus*) legatus in Cretenſes. 343. Illos domat. 344.
Triviſanus (*Nicolaus*) claſſis padanae praefectus. 529. Vincitur. 531.
Triviſanus (*Nicolaus*) Brixiae praefectus. 862.
Triviſanus (*Petrus*) ad Pannonem orator. 329.
Triviſanus (*Petrus*) Rodigii praefectus, moritur. 828.
Triviſanus (*Zacharias*) primus Patavii praefectus. 457.
Triviſanus (*Zacharias*) ad Nicolaum V. orator. 663. Ad Federicum III. orator. 708.
Triumviri ſanitatis: quando creati: 872.
Trunnus (*Joannes*) d. Jacobi diverſorium conſtruit. 144.
Turris: quando in foro marciano condita. 146.
Typographia: quando primum in Italiam devecta. 715.

V

Valareſſius (*Nicolaus*) Serravalli praetor. 428.
Valerius (*Andreas*) legatus claſſis. 608. Ab hoſte capitur. 609.
Valentinus: Obelerio fratri, Duci, collegatur. 35. Rivoaltum ducalem ſedem transfert. 38.
Varinundus, Hieroſolymitanus Patriarcha: Siriam gubernat. 135. Venetos privilegiis multis ornat. 137.
Vendraminus (*Andreas*) Dux creatur. 790. Moritur: 798.
Venerius (*Aloyſius*) Antonii Ducis filius: a pa-

BIBLIOTEKA PUBLIKE "MARIN BARLETI" SHKODER (2018)

patre carceri addicitur. 440. Moritur. 441.
Venerius (*Andreas*) Tarviſii legatus. 425.
Venerius (*Antonius*) Tenedi praefectus. 360.
Venerius (*Antonius*) Dux creatur. 440. Filium damnat. *ibid.* Moritur. 445.
Venerius (*Franciſcus*) ad Pannonem orator. 786.
Venerius (*Gabriel*) a Cretenſibus occiditur. 334.
Venerius (*Jacobus*) ſinus praefectus. 729. Dardanulos triremi una praetervectus, redit incolumis ad ſuos. *ibid.* Canali imperatori ſe conjungit. 743. Claſſis legatus, Corictam ſe confert. 812.
Venerius (*Leonardus*) orator, a Mediolanenſibus trucidatur. 686.
Venerius (*Robertus*) Rodigii praefectus. 828.
Venerius (*Sanctes*) copiis in Mediolanenſem praeficitur. 541.
Veneti: unde orti. 1. 17.
Veneti imperii qui olim fines. 21.
Veneti dominii in mare prima auſpicia. 21.
Venetiae antiquae fines. 3.
Venetiarum origo. 12. 13. Situs. 38. Laudes. 15. Forma regiminis: primo per conſules. 19. Deinde per tribunos. 20. Tum per Duces. 25. Tum per magiſtros militum. 29. Tandem iterum per Duces. 31.
Venetiae: muro & catena ferrea muniuntur. 64.
Viarus (*Georgius*) Corcyram nigram ſtrenue tuetur. 849.
Viarus (*Jacobus*) Callipoli potitur. 186.
Viarus (*Thomas*) claſſis praefectus, rei male geſtae damnatur. 263. 305.
Victurius (*Antonius*) ad Pannonem orator. 787.
Victurius (*Antonius*) Veronae legatus. 855.
Victurius (*Bartholomaeus*) ad Lotharingum orator. 844.
Victurius (*Daniel*) copiis praefectus. 541.
Victurius (*Matthaeus*) copiarum legatus. 668.
Vinciguerra (*Antonius*) ſcriba, ad Maerblaſium orator. 812. Ad Lotharingum orator. 844. Apud pontificem oratoris ſcriba. 878.
Urſeola familia: Venetiis proſcripta. 90.
Urſeolus (*Dominicus*) Dux unius diei. 90.
Urſeolus (*Otho*) Dux. 88. In Graeciam relegatur. 89. Moritur. 90.
Urſeolus (*B. Petrus I.*) inſcius conjurationis in Candianum. 70. Dux eligitur. 74. Clam fugit, & fit monachus. 76. Moritur clarus miraculis. 77.
Urſeolus (*Petrus II.*) Dux. 80. Iſtriam & Delmatiam ſubigit. 82. Hicelam filiam Stephano Croatiae Principi deſpondet. 84 *Delmatiae ducem* primus ſe nuncupat. 86. Othonem imp. excipit hoſpitio. *ibid.* Joannem filium collegam adoptat. 87. Ejus teſtamentum & obitus. 88.
Urſeolus (*Urſus*) Gradenſis patriarcha. 89. Ejecto Centranico, Remp. adminiſtrat. 90.
Urſus, Olivolenſis epiſcopus. 59.
Vulpertus, Aquilejenſis patriarcha. 59.
Vulricus, Aquilejenſis patriarcha, captivus ducitur Venetias. 45. 148.
Walderta: Petri IIII. Candiani uxor. 69. Adheletae auguſtae opem implorat. 75.

Z

D. Zachariae corpus: Venetias transfertur. 44. Ejus aedes, quando condita. *ibid.* Ditatur ex legato Juſtiniani Particiatii, Ducis. 52. Ornatur corporibus ss. Pancratii & Sabinae. 56. Nova aedes quando conſtrui coepta. 714.
Zancani: ex illorum aedibus foedum ortum incendium. 128.
Zancanus (*Andreas*) claſſis in Benaco praefectus. 851.
Zenus (*Andreas*) in Cretenſes legatus. 341. Pugnans cadit. 343.
Zenus (*Andreas*) in Cretenſes legatus. 332. In Franciſcum Carrarium legatus. 351.
Zenus (*Andreas*) Venetae claſſis praefectus. 221. Genuenſes vincit. 222.
Zenus (*Blaſius*) ad Joannem XXII. orator. 264.
Zenus (*Carolus*) claſſis praefectus. 374. Ejus geſta in maribus Supero & Infero. 392. Item in Aegeo & Ionio. 394. Fert opem patriae laboranti. 400. Copiis terreſtribus praeficitur. 403. Clodiae receptae praeficitur. 416. Imperator claſſis. 420. 422. Legatus ad Tenedenſes rejicientes Allobrogis praeſidium. 438. Iterum claſſis imperator. 445. Genuenſes ad Methonem profligat. 446.
Zenus (*Catharinus*) ad Perſam orator. 756. 763. 769. 770.
Zenus (*Donatus*) Aurium, Liguſticae claſſis praefectum, pugnans interimit. 373.
Zenus (*Henricus*) ex ejus aedibus foedum oritur incendium. 128.
Zenus (*Joannes*) in Cretenſes legatus. 343.
Zenus (*Marcus*) Tarviſii praetor. 425.
Zenus (*Marinus*) primus Byzantii praetor. 184.
Zenus (*Nicolaus*) triremis praefectus. 395!
Zenus (*Petrus*) claſſis imperator. 264. Smyrnam occupat. 294.
Zenus (*Petrus*) claſſis in Benaco praefectus. 591. Strenue pugnat. 596. Amiſſa claſſe, in hoſtium poteſtatem venit. 607.
Zenus (*Petrus*) triremis praefectus 655. Claſſis praefectus. 692.
Zenus (*Raphael*) in Peloponneſum cum imperio mittitur. 196.
Zenus (*Raynerius*) Jaderam expugnat. 211. Dux creatur. 217. Fruſtra ſeditionem conatur ſedare. 250. Moritur. 251.
Zenus *Theophilus*) Byzantii praetor. 205.
Zenus (*Thomas*) claſſis Padanae praefectus. 859.
Zianus (*Petrus*) Ravennam it obviam Federico. 161. Dux creatur. 184. Conſtantiam, Tancredi regis filiam, ducit. 190. Moritur. 201.
Zianus (*Sebaſtianus*) ad Emanuelem imp. orator. 150. Dux creatur. 153. Alexandrum III. excipit hoſpitio. 158. Vincit capitque Othonem, Federici filium. 160. Multis ab Alexandro donis augetur. 159. 160. 162. Mors ejus & teſtamentum. 163. 167.

BIBLIOTEKA PUBLIKE
"MARIN BARLETI"
SHKODER (2018)

BIBLIOTEKA PUBLIKE
"MARIN BARLETI"
SHKODER (2018)